

52/6

52/6

INITIA IVRIS CIVILIS

SECUNDVM

ORDINEM INSTITUTIONVM

ADORNAVIT

TABVLASQVE ADIECIT

D. IO. FRIDERICVS IVNGHANS

PROFESSOR IVRIS EXTRAORDINARIUS IN
ACADEMIA LIPSIENSIS.

Ita quoniam periegere nec opinus est nec pro-
pria causa fecit; quique tamen necessarium
est in institutionibus tractatur, doctrina-
rum, expositi non paucis operis, quam
quae in compendio occurrit. Hoc brevem
litteram.

 quaeque quoque
panio conspicuus, ac in compendio non forte,
procurauit. Prout hoc quoniam coepit colligi,
ut hic abeatur, si fieri posse, sum pereuer-
iens ad institutiones praestitutus academi-
cia modo.

 ante minus in eis laudata videt
in officiis, quae in actione sum
generum cuius.

 LIPSIAE

SUMTV E. B. SCHWICKERTI

CIDIOCLXXXVII.

EPI

INITIA
IARIS CIVITIS
SECUNDUM
ORDINEM INSTITUTIONUM
ADORNATA
TABVÆSÆ ADIECTI
D. IO. FREDERICAS JANGHANS

PROFESSOR IARIS KUTRARIO ORDINARIAS IN
ACADEMIÆ LIBERIANÆ.

FESTIVE
SAMLA E. & SCMICERETI
CIBOCERKNAU.

L 143

PRAEFATIO.

Duplex fuit, quod mihi proposui, in conscribendo hoc qualicunque libello, consilium. Primo enim conscriptus est eorum causa, quibus pleniorum ad Institutiones commentarium perlegere nec animis est nec propter otium licet; quique tamen nonnullarum, quae in Institutionibus tractantur, doctrinarum, expositionem paulo vberiorem, quam quae in compendiis occurrit, licet breuem, desiderant. Quem in finem nonnulla quoque paulo copiosius, ac in compendiis fieri solet, tractauit. Deinde hoc quoque coepi consilii, ut hic libellus, si fieri posset, simul inseruaret ipsis ad Institutiones preelectionibus academicis, modo, quae forte nimis late dicta videntur, breuiter explicitentur, aut lectioni diligentiaeque cuiusque priuatae relinquantur.

Ex-

Existimauit enim, (vt Bachii verbis ex praefatione ad historiam suam iuris Romani utar,) breue aliquod disciplinae compendium, si quidem iusta disciplinae scientia auditoribus tradenda sit, non breuiori tempore explicari posse, quam vberiorem atque copiosiorem eius generis librum, propterea, quod necessario multa in breuiori libro omissa, aut saltē breviter tantum tacta, in enarrationibus vberius explicanda sunt, plusque adeo temporis desiderant, quam vbi sunt diligentius in ipso libro tradita. Ceterum ex hoc duplici respectu velim diiudices, quod tibi trado, candide Lector, opusculum.

Vt vero, quid praestare voluerim, intelligatur eo melius, de ipsa, quam secutus sum, tractandi ratione, pauca adhuc monenda videntur.

Primo litteraturam, discentibus necessariam addendam putavi. Qua quidem in re ita versatus sum, vt non solum praecipuos, qui de aliqua materia in *universum* tractarint, autores laudarem, sed et eos, qui *speciarum* de aliqua quaestione scripserint, non omitterem. Imo interdum ex ipsis Iureconsultorum Romanorum libris, qui in Schultingii iurisprudentia Antejustiniane deprehenduntur, loca singula, quae ad illustrandum ius nouum facere visa essent, allegare non dubitauit. Qua quidem me-

methodo hoc efficere studui, partim, ut is,
qui ad priuatam suam industriad hoc libello
vti velit, fontes ipsos, ex quibus ad vberio-
rem comparandam eruditionem hauriendum
est, cognoscere possit paulo vberius, ac qui-
dem ex ipsis praelectionibus, in quibus pro-
pter breue temporis spatium non semper licet,
copiosiorem adferre litteraturam; partim vero,
ut, si quis ad ipsas praelectiones eo vtatur,
non sit necesse, multum temporis dictando lit-
teraturam consumere, quod explicando ipsa
iuris principia melius in rem auditorum verti
potest.

Deinde nonnullas Institutionum materias
difficiliores, quarum tamen adcurata cognitio-
ne statim discentes imbuendi videntur, paulo
vberius proponere studui, ita quidem, ut optimos
mihi duces eligerem. Sic v. g. in doctrina
de praescriptionibus RAVIVM; de condi-
tionibus RAVENSBERGIVM; de Lege Falci-
dia VOORDAM; de successione ab intestato
Cel. KOCHIVM; in aliis alios fecutus sum.
Eas vero iuris Romani materias, quas ipse Iu-
stinianus in Institutionibus tractari noluit, con-
sulto omisi, partim, ne nimis augeretur libel-
lus, partim, ut eiusdem Iustiniani sequerer
consilium, quo §. 2. I. de I. et I. putauit, primo
leui via singula esse tractanda, ne statim ab initio
fortasse discentium animus *multitudine* et va-
riate rerum nimis onereatur, sicque cum ma-
gno

gno labore serius ad id perducatur, ad quod
leuiori via maturius perduci potuisset. Ex qua
ratione alias, easque a iure Romano plane alie-
nas, res aequae omisi, nihilque v. g. de prohi-
bitis ex iure diuino nuptiis, de vnione pro-
lium, de tutela et successione paetitia, de cam-
biis, de feudis, aliisque similibus, dicendum
existimauit. Ea tamen, quae statim ab initio
scitu necessaria mihi visa sunt ad ipsas Institu-
tionum doctrinas eo adcuratius percipiendas,
paucis attuli v. g. diuisiones possessionis, pi-
gnorum et hypothecarum; de vsuris, mora,
et eo quod interest.

Loca probantia et illustrantia, ne filius ora-
tionis interrumperetur, separatis notulis sin-
gulis paragraphis addidi.

Vt porro et iudicio et memoriae discentium
succurrerem, hac usus sum methodo: Primo
secutus sum in vniuersum Heineccii exemplum
i. e. attuli definitiones, ex quibus axiomata et
consectaria deriuauit; (de qua re videri potest
v. g. §. 84. 102. 108. 130. 136. 241.) Deinde
diuisiones ex ipsa rei natura, quantum fieri
poterat, demonstrauit, addidique diuidendi
fundamentum; (vid e. g. §. 11. 22. 30. 179.
196. 212. 229. 257.) Porro varia iuris prin-
cipia, circa eandem doctrinam obtinentia, in
certas classes distinxit. Hinc v. g. iura patriae
potestatis distinxit in ea, quae in bona, in perso-
nas

nas et in actiones liberorum competunt; requi-
fita iustarum nuptiarum *duplicis* generis feci,
eiusmodi nempe, quae ex utroque iure, tam
naturali quam ieiunili, et, quae ex solo iure Ci-
villi necessaria sunt; effectus alicuius negotii di-
stinxii (vid. v. g. §. 90. 92. 588. 594. 601.
607.), Modos, quibus finitur vel cessat ali-
quod negotium in certas classes redegi (vid.
§. 93. 142. 250. 317. 429. 436.).

De antiquitatibus iuris paucissima dixi,
non, quod eas inutiles iudicarim, sed, quod
mihi *principia*, non *antiquitates*, iuris fuerit
tradendi animus; has enim ex aliis propriis
que libris addiscendas putauit.

Vsum iuris Romani, quem dicunt, ho-
diernum breuiter, ubi et quantum opus vide-
batur, addidi.


Denique adieci tabulas in vsum dissentium,
quibus forte memoriae causa vti poterunt.

Sed sufficient haec de meo, quod securus
sum, consilio. Quid vero praestiterim, tuum
est, candide Lector, iudicare. Ceterum
ipse ego non tantum tribuo labori meo
pretii, ut omnibus eum numeris absolutum
existimem. In tanta enim rerum tractanda-
rum, et breuiter tamen proponendarum, co-
pia

pia et varietate, facile fieri potuit, ut nonnulla
minus recte proponerentur. Quod si tamen
aequi et periti iudices propterea non *totum* li-
bellum tanquam plane inutilem reiciant, fat
me praemii laboris mei consecutum esse, ex-
istimabo. Dabam Lipsiae d. IV. Aprilis
MDCCLXXXVI.

De solidissimis suis bacilliis dixi
mon, dum est intermissione, tunc dupli-
cium pectorum non evanescat, tunc ante
tempore suum; pars tamen ex suis brachia

*Autem iuxta Romanos deinceps dicitur pro
dicitur quod est in aliis. id est in aliis
quod est in aliis. id est in aliis.*



PROLEGOMENA.

A. BREVIS IVRIS IVSTINIANEI HISTORIA.

I.

Ab initio reipublicae Romanae Reges varias tulерunt leges, vnde LEGES REGIAE.

II.

Regibus eiectis INCERTO iure MORIBVSQVE
ali coepit populus Romanus.

III.

Postea, vt ius certum redderetur, legum collectio facta est. Missi enim sunt a. V. 300. tres legati in Graeciam, qui optimas Graecorum leges eorumque mores describerent cognoscerentque. Quibus reuersis et decemuiris legum scribendarum a. V. 302. creatis, leges nouae in DECEM TABVLIS populo promulgatae sunt, quibus postea DVAE adhuc accepdebant. Vnde leges DECEMVIRALES seu DVO-

A

DECIM

DECIM TABVLARVM, quae partim ex legibus
graecis, statui reipublicae Romanae adcommodatis,
partim ex moribus ipsius populi Romani conscriptae sunt.

IV.

Hisce XII. tabb. legibus sub libera republica
multae aliae accesserunt, vel POPVLISCITA vel
PLEBISCITA dictae. Praeterea per EDICTA MA-
GISTRATVVM, MORES MAIORVM, DISPVTA-
TIONES FORI et RESPONSA PRVDENTVM
multa iuris principia introducta sunt.

V.

Sub Imperatoribus iuris prudentia cum ipso rei-
publicae statu magnam passa est mutationem. Etenim:

A. Imperatores in vniuersum per CONSTITU-
TIONES ius nouum condiderunt.

*Votus off.
Eduar. Papini
pri. Instan!*

B. A TIBERII temporibus, translatis e campo in
curiam comitiis, noua legum species per SE-
NATVS-CONSVLTA in causis priuatis et ciui-
libus orta est.

C. Imperator HADRIANVS per EDICTVM
PERPETVVM anno Christi 131. publicatum
multa circa totam iurisprudentiam et potissi-
mum circa ius honorarium mutauit.

D. Sub CONSTANTINO M. aut eius filiis duo
codices, GREGORIANVS et HERMOGENIA-
NVS, a priuatis Iureconsultis, Gregorio et Her-
mogene, facti sunt; qui erant collectiones constitu-
tionum nonnullorum Imperatorum. Et quamvis
a priuatis facti propter utilitatem tamen in
praxi recepti fuerunt.

E. Im-

E. Imperator THEODOSIVS IVNIOR ipse nō
uum codicem anno Christi 438, publicauit, qui
THEODOSIANVS dictus est.

F. Tandem IVSTINIANVS totum iuris systema
mutauit per 1) Codicem priorem 2) Pandectas
3) Institutiones 4) Quinquaginta decisiones 5) Co-
dicem repetitae praelectionis et 6) per Nouellas.

VI.

1) CODEX ille erat *collectio constitutionum Imperatorum a Iustiniano facta*. De eo nota: 1) promul-
gatus est anno Christi 529. 2) continet constitutio-
nes tum *anteceſſorum* cum *ipſius Iustiniani*, 3) eo Gre-
goriano, Hermogeniano et Theodosiano Codicibus
omnis vis legalis ademta est. Hinc illi codices vſum
tantum *theoreticum* hodie praefstant. 4) Ipſe hic co-
dex per eum, qui repetitae praelectionis dicitur,
abolitus est, nec hodie extat.

VII.

2) PANDECTAE seu DIGESTA sunt *collectio fragmentorum, ex iis Ictorum scriptis, quae nouif-
sima iuris principia continerent, desumptorum*. De
iis obſerua: 1) Compilatae sunt intra triennium,
nempe anno 531. 532. et 533. 2) Publicatae sunt
die XVI. Dec. anni 533. vſumque forenſem acceperunt
d. XXX Dec. ei. an. 3) Iis omnis veterum Ictorum
auctoritas abrogata est. 4) Distribuuntur: α) in
SEPTEM PARTES, quarum prima protribunalia seu
τα περιττα dicitur, β) in L. LIBROS, quorum XLVII.
et XLVIII. in specie terribiles appellantur, γ) singu-
lus liber TITVLOS i. e. CAPITA habet, excepto li-
bro XXX. XXXI. et XXXII. qui omnes vnicam de
legatis doctrinam complectuntur, δ) singulus titulus
continet fragmenta ex scriptis Ictorum desumpta,

quae LEGES dicuntur ε) singula lex plerumque PROEMIVM seu PRINCIPIVM et PARAGRAPHOS habet. 5.) Modus eas allegandi hic est: ut numerus fragmenti sub nomine legis, eius proemium seu principium et §, deinde tituli, qui hoc fragmentum continet, rubrica exprimatur, omisso tamen ipsius libri titulique numero. Nomen Pandectarum significatur vel per D. vel per π. vel per ff. v. g. L. 1. pr. et §. 1. D. de constituta pecunia. L. 3. §. 3. π. de iureiurando. L. 37. ff. de usufructu. In specie vero libri, qui de legatis agunt, ita allegantur: l. 1. de leg. 1. l. 2. de leg. 2. l. 15. de leg. 3.

VIII.

3) INSTITVTIONES sunt compendium, grauiſſimarum materiarum e Pandectis tyronum causa factum. De his tene: 1) conscriptae sunt post Pandectas; publicatae ante eas anno 533. d. XXI. Noubr. vſumque forensem acceperunt d. XXX Dec. ei. an. vna cum Pandectis. 2) In iis non proponuntur omnia iuris principia, sed ea tantum, quae tyronibus, vt eo melius Pandectas intelligere possent, necessaria videbantur. 3) Aliquando et noua, quae in Pandectis non extant, iuris principia continent. 4) Conſectae sunt admodum institutionum CAII, veteris alicuius Icti. 7) Distribuuntur in IV. LIBROS; singulus liber in TITVLOS, et singulus titulus in PRINCIPIVM et §§. 8) Allegantur ita: v. g. pr. I. de patria potest. §. 2. I. de iufit. et iure.

IX.

4) QVINQVAGINTA DECISIONES sunt Constitutiones Iustiniani, quibus Iectorum controuerſias decidit. Eae intra annum 530, 531 et 532, latae et codici repetitae preelectionis insertae sunt.

X.

X.

5) CODEX REPETITAE PRAELECTIONIS
talis est collectio, qualis prior Codex Iustinianus
fuit, nisi quod constitutiones recentiores in eo con-
tineantur. Publicatus est anno 534. Distribuitur
in XII. LIBROS, TITVLOS et LEGES, eodemque,
quo Pandectae, modo allegatur, v. c. l. i. C. de iu-
diciis.

XI.

6) NOVELLAE sunt *constitutiones a Iustiniano*
POST *Codicem factae*. Obserua: 1) eas ab initio
graece scriptas esse, sed duplicem earum in latinam
linguam obserua translationem, quarum altera *bar-*
bara vocatur, altera vero ab HOMBERGIO ZV
VACH publici iuris facta est, 2) in praxi non *omnes*,
sed GLOSSATAS tantum vim habere, 3) iis derogari
omnibus anterioribus Corporis iuris partibus, hinc
et codici repetitae pralectionis. Dicatur de AV-
THENTICIS.

XII.

His igitur partibus constat corpus iuris civilis.
De quo denique addendum: 1) omnes legum collec-
tiones ante Iustinianum factas hodie vsum tantum
theoreticum praestare. 2) Omnes leges post NO-
VELLAS publicatas v. g. edita XIII. ipsius Iustiniani
et sequentium Imp. imprimis Nouellas LEONIS in
praxi vnu desitui. 3) Ipsum ius Iustinianum in Ger-
mania tantum esse in SVBSTITUTVM receptum 4) Dis-
sentientibus inter se corporis iuris partibus, id se-
quendum esse, quod in posteriore parte continetur,
quia lex posterior derogat priori; hincque patet, in
dubio *Institutiones* derogare *Digestis*.

A 3

B. PRAE-

B. PRAECIPVI IN INSTITUTIONES
COMMENTARI.

FRANCISC. BALDVINI in institutiones iuris civilis
commentarii, cura et cum notis Henrici Pe-
treii Frf. 1582. f.

FRANC. HOTTONANNI Comm. ad Instit. *Bafil.*
1585. f. et in *Eius Opp.* T. II.

EGVINARII BARONIS Comm. ad Institutiones
Lugd. 1574. f. et in *Eius Opp.* T. II.

REINH. BACHOVII Com. in Institutiones *Frant.*
1628. et saepius.

EDMVNDI MERILLII Comm. ad Instit. cum praef.
TROTZII *Vltrai.* 1739. 4.

ARNOLDI VINNII Notae et Comment. ad Instit. ed.
nouiss. cum notis HEINECCHI *Lugd.* 1747. 4.

EV. OTTONIS Comment. ad Instit. ed. nouiss.
ISELII *Bafil.* 1760. 4.

IANI A COSTA Comm. ad Instit. *Paris.* 1659. 4. et
cura IO. VAN DE WATER L. B. 1744. 4.

VLRICI HVBERI Praelectiones juris ciuilis, Tomi
III. nouiss. cum notis LVD. MENKENII *Lipf.*
et Frf. 1749. 4.

HOPPII Comment. ad Instit. Frf. 1694. et optime
cura WALCHII *Ienae* 1771. 4.

HEINECCHI Recitationes in elementa iur. ciu. secun-
dum ordinem Institutionum, *Vratisl.* 1773. 4.

EIVSDEM syntagma antiquitatum iurisprudentiam
Romanam illustrantium. *Arg.* 1741. 8.

LVDW. IVL. FRIEDR. HOEPFNERS theoretisch-
practischer Commentar über die Heineccischen
Instit-

Institutionen nach der neuesten Ausgabe Erf.
am Mayn 1783. 4.

EBENDESELBEN Tabellen über die Heineccischen
Institutionen als des Commentars zweyter Theil
Fr. a. M. 1783. Querf.

Praeterea notetur :

THEOPHILI paraphrasis graeca Institutionum, ex
versione et edit. GVIL. OTT. REIZII, Hag.
Com. 1751. 4. II Tomi. Adiecta est quoque
ISELII editioni commentarii OTTONIS.

SCHVLTINGII iurisprudentia Anteiusliniane. L.
B. 1717. et Lips. 1737. 4. cura AYRERI.

EV. OTTONIS thesaurus iuris Romani. Edit. altera,
Vlrai. 1733—1735. V Tomi in f.

MEERMANNI nouus Thesaurus iuris ciu. et canon.
Hagae Com. 1751—1754. VII Tomi in f.

GER. OELRICHII thesaurus dissertationum iuridica-
rum selectissimarum in academiis Belgicis habi-
tarum. *Bremae* 1768—1770. II Vol. 4.

EIVSD. thesaurus nouus differtt. iur. sel. in acad. Belg.
hab. *Bremae* 1771—1773. II Vol. 4.

TITVLVS I.
DE
IVSTITIA ET IVRE.

§. 1.

Definitio iustitiae.

IUSTITIA a) I. Romanis erat *confans et perpetua voluntas, ius suum cuique tribuendi* b) sed II. nobis est *habitus actiones EXTERNAS ad leges EXTERNAS conformandi.*

a) CLAVD. DAVID. *Velit. ad proem. et I. et II. tit. Inst.* in MEERM. thes. T. IV. CONST. LANDI *enarrationum liber. ad b. t. in OTTON. thes. T. III. GEBAYERI* diff. de iust. et iure in EIVS exercit. aead. *Exford. 1776. 4. Vol. I.* b) pr. I. b. t. Haec definitio (de qua cf. NOODTII probab. L. III. c. 1. 2. ibique WAECHTLERVS. GEBAYERI diff. cit. §. 4. WOLFII *borae subces. Marb. Trim. vern. anni 1729. h. 2.) ex philosophia stoica desumpta est, cf. MALQVITIVS de vera non simulata Ictor philosophia in GVNDLINGII triga libellor. rarissim. Hala 1727. 4. EV. OTTONIS orat. de philosophia veter. Ictorum in opusc. SLEVOGTI de sc̄ctis et philosophia veter. Ictorum. Ienae 1724. 8. I. H. BOEHMER. de stoica Ictor. philos. in Eius Exerc. ad Pand. T. I. et in SLEVOGTI opusc. laud.*

§. 2.

Eius diuisiones.

Diuiditur:

I. Ex ARISTOTELE a) A. in VNIVERSALEM
et PARTICVLAREM. ILLA est *exercitum
OMNIVM*

OMNIVM virtutum; HAEC: abstinentia a LV-CRO INIVSTO. B. in COMMVTATIVAM, quae versatur circa contractus et rerum commutations, et DISTRIBVTIVAM, quae locum habet in praemis poenisue decernendis. In ILLA rationem arithmeticam, in HAC geometricam esse statuunt. b)

II. E GROTIO in EXPLETRICEM et ATTRIBUTICEM. ILLA est exercitium officiorum tantum PERFECTORVM; HAEC quoque pertinet ad IMPERFECTA. c)

III. E PVFFENDORFIO in iustitiam PERSONARVM et ACTIONVM. d)

- a) Et hic V. t.
- b) DANDINI de ea iustitiae distrib. parte, quae in praemis larg. versatur, Petau. 1734. PVFENDORF. de O. H. et C. L. I. c. II. §. 14. et de iure N. et G. L. I. c. VI. §. 8. seqq. ibique BARBEYRA-CIVS. MERILL. obs. I. 24. GEBÄVER. diss. cit. §. 5.
- c) GROT de I. B. et P. L. I. c. I. §. 8. HVBER: prael. ad Dig. h. t. §. 1—8. et Digress. L. I. c. VII. seqq.
- d) PVFENDORF. de iure N. et G. L. I. c. VII. §. 6. et 7.

§. 3.

Definitio iurisprudentiae.

IVRISPRUDENTIA est rerum diuinarum et humanarum notitia, iusti iniustique scientia. a) Quae definitio ab aliis pro philosophica b); ab aliis vero vel pro scientia iuris SACRI et PROFANI, c) vel pro notitia iuris NATVRALIS et POSITIVI accipitur. d) Clarius tamen definiri potest, quod sit scientia legum varumque interpretationis et applicationis.

- a) §. 1. I. b. t.
- b) Cum stoici philosophiam rerum diuinarum humanarumque scientiam dicentes, CIC. de fin.

fin. II. 12. et *Tuscul.* IV. 26. V. 3. *de offic.* II. 2. *SE-
NECA epist.* 89. cf. *Script.* §. 1. lit. b. laudati, quibus
add. *HEINECCII praefat. ad fascic. Script. naur.* Halae,
1739. 4. c) Quia maxima horum iurium erat
coniunctio, vid. *GOTTFR. MASCOV. ad Grauiniae
Orig. iur.* p. 45. *III. PVETTMANNI probab.* L. I. c. 21.
CIC. de leg. II. 19. 21. *D'ARNAVD variae coniect.* L.
II. c. 1. *BYNKERSH. de relig. peregr. cultu ap. Rom.*
diss. I. *BRISSON antr. sel.* L. IV. c. 16. p. 151. ed.
TREKEL. Lipf. 1741. 4. *GEBAVER. diss. laud.* §. XI.
d) *ERNESTI Clau. Cic. ind. lat. f. v. diuinus.* *PER-
RENONII animadu. iur.* L. I. c. 24.

§. 4.

Eius partes.

Igitur iurisprudentia duabus constat partibus
I. THEORIA i. e. *scientia legum earumque interpretationis.* II. PRAXI, quae consistit in *adapplicatione legum ad facta.* Vnde empiricus, leguleius et rabula non est verus Ictus. *CIC. de orat.* I. 55. *CASP. ZIEGLER. de arterabulistica.* Vit. 1685. 4.

§. 5.

I. De INTERPRETATIONE.

INTERPRETATIO legis est *aetius*, quo
eius verus *sensus rectaque adPLICatio eruitur.* Ea
ratione fundamenti, quo nititur, triplex est: I. AV-
THENTICA, quae datur a *principe ex eius arbitrio* a)
II. VSVALIS, quae fit secundum *confuetudinem rece-
ptam.* b) III. DOCTRINALIS, quae secundum *cer-
tas regulas constituitur.*

a) *I. ii. ff. de leg.* b) *I. 37. ff. eod.*

§. 6.

Continuatio.

Hae vero *regulae versantur vel* I. circa eruen-
dum SENSVM verborum legis, vt, quomodo intel-
ligi

ligi debeat, sciamus; vnde GRAMMATICA interpretatio a) vel II. circa eruendam RATIONEM legis, vt, quomodo *adplicanda* sit, discamus; vnde LOGICA interpretatio. Ipsum vero regularum *interpretandis legibus adhibendarum complexum*, HERMENEVTICAM IVRIS appellamus. b)

- a) BRISSONII *Opus de verb. signif.* cura BOEHMERI et HEINECII Halae 1744. f. WVNDERLICHII addit. ad Briff. opus de V. S. Hamburg 1778. f. BOEHMERI praef. de *vñ interpr. gramat. in iure Rom.* ad Brisson. de V. S. et in EIVS exerc. ad Pand. T. I. n. 3.
- b) ECKHARDI *hermeneutica iuris* cura WALCHII, Ienae 1779. 8.

§. 7.

Continuatio.

RATIO autem legis (a qua eius *occasio* differt) est *finis*, quem sua lege consequi vult legislator. Ea est vel generalis vel *specialis*; vel primaria vel secundaria.

§. 8.

Continuatio.

Ipsa porro logica interpretatio est *verborum legis cum eius ratione comparatio*. Qua facta legis verba cum eius ratione aut CONVENIVNT, aut DISCREPANT. Si hoc, in VERBIS legis aut plus aut minus, atque in eius RATIONE, continetur. Vnde interpretatio declarativa, restrictiva et extensiva.

I. DECLARATIVA est, *qua lex praecise ad species in verbis expressas applicatur*. II. RESTRICTIVA dicitur, *qua lex propter SPECIALIOREM rationem PAVCIORIBVS, quam verbis exprimuntur, species adcommmodatur*; propter regulam: *cessante ratione legis, cessat et eius dispositio*. a) III. EXTENSIVA

SIVA est, qua lex propter GENERALIOREM rationem de PLVRIBVS iisque SIMILIBVS, quam verba volunt, speciebus accipi debet; propter aliam regulam: vbi est eadem legis ratio, ibi et eius dispositio esse debet. b)

a) cf. v. g. l. 6. §. 2. ff. de iure patron. b) l. 12. 13.
27. ff. de leg.

§. 9.

II. De PRAXI.

Aplicantur leges vel negotiis iudicialibus, vel extraiudicialibus, hinc praxis est vel IVDICIALIS, vel EXTRAIVDICIALIS. ILLA est scientia 1) iura per actiones in iudicio persequendi, 2) de factis iuridicis, quid iustum sit, iudicandi. HAEC vero est habitus: 1) de iure respondendi (vnde jurisprudentia consultatoria) 2) negotia secundum formam a leibus praescriptam conficiendi (quae est jurisprudentia formularia a) 3) cautelas adhibendi (quam dicunt iurisprudentiam cautelarem seu hevrematicam, b) Et hinc officium Iureconsulti in agendo, respondendo, scribendo, cauendo et iudicando confitere dicitur. c)

a) BRISSON. de formulis pop. Rom. cura BACHII Lips. 1754. f. HEINECII orat, de iurisp. Rom. formul. in EIVS sylloge opusc. b) IO. SCHILTERI Herennius Modeftinus, seu liber, quem de cautelis scripsérat, commentar. illustratus Arg. 1687. 4. HENRICI BRENCMANNI commentar. ad Modeft. de bevrem. L. B. 1706. 8. SAM. STRYKII cautelae contractuum, iuramenti. et testament. CLAPROTHII iurisp. bevrem. Gott. 1762—65. 8. 2 part. EIVSD. Abhandlung von Testamenten u. s. w. der iurisp. bevrem. dritter Theil Gott. 1782. 8. c) CIC. de orat. I. 48. BACHII bißt, iur. L. II. c. II. sect. IV. §. 8—12.

TITVLVS II.

DE

IVRE NATVRAE GENTIVM
ET CIVILI.

§. 10.

Iuris significaciones.

IVS denotat 1) leges ipsas a) 2) facultatem hominis moralem b) 3) ipsam iurisprudentiam c) 4) potestatem, sub qua homo vivit d) 5) titulum adquirendi e) 6) sententiam magistratus f) 7) locum, ubi ius redditur g) 8) complexum plurium legum eiusdem generis 9) necessitudinem h)

- a) v. g. contra ius agere. b) v. g. ius eundi, ambulandi. c) l. t. pr. ff. de I. et I. d) v. c. homo fui vel alieni iuris. e) v. c. iure heredis poscidere. f) v. c. ius dicere vel reddere. g) l. u. ff. de. I. et I. h) v. c. est mihi ius cognationis. l. t2. ff. eod.

§. 11.

Iuris divisiones.

Omne ius est ratione AVCTORIS vel DIVINVM vel HUMANVM. ILLVD quoad originem, est, vel NATVRALE, vel REVELATVM seu POSITIVVM. HOC 1) quoad obiectum vel PVBLICVM vel PRIVATVM a) et 2) quoad promulgationem vel SCRIPTVM vel NON SCRIPTVM dicitur.

- a) Paulo aliter in §. vtr. I. ex l. t. §. ff. de I. et I. DVAE iuris positiones adferuntur, ius publicum et privatum hocque

hocque iterum in *naturale*, *gentium* et *civile* dispescitur.
De voce *positio* cf. DVCKER, de *latin.* Ictor. p. 295.
ed. Lips. 1773. 8.

§. 12.

I. *Ius diuinum.*I. *Ius DIVINVM:*

A. NATVRALE 1) Romanis erat *ius*, quod *natura omnia animalia docuit* a) sed 2) hodie dicitur *ius ex hominum eorumque actionum NATVRA profluens*, quod iterum est α) *mere naturale*, quod concernit *iura SINGVLORVM hominum et* β) *ius gentium uniuersale* quod comprehen-
dit *iura INTEGRARVM GENTIVM erga se obtinentium. b)*

B. POSITIVVM est, quod *expresse a Deo in s. scri- pturis promulgatum est.* Id vel *moralē* est vel *ce- remoniale* vel *forense. c)*

a) KORTE diff. *vindiciae l. 1. §. 3. ff. de I. et I. iuris, quod nat. omnia anim. docuit.* Lips. 1727. 4. C. F. HOM-
MELII *propositum de nouo systemate iur.* N. et G. ex
sensentia vet. Ictor. Lips. 1747. 8. EIVSD. diff. *ius mundi vniu. ex mente vet.* Ictor. ib. 1763. 4. b) Ali-
ter iterum Romanī, quibus *ius gentium* erat, *quod non omnibus animalibus, sed SOLIS HOMINIBVS commune est.* l. 1. §. 4. l. 2. 3. ff. *de I. et I.* Caeterum de variis, quibus *ius gentium* denotatur, significationibus cf. THOMASII *iurisp. diu.* L. I. c. II. §. 103. et *fundam.* I. N. L. I. c. V. §. 65. seq. c) cf. COLLATIO leg. *Mosaicar. et Roman.* in SCHVLTING. *iurispr. Ante-*
SAM. STRYCKII *leges forenses Mos. cum iur. Rom. col-*
latae, cura HAYMII Lips. 1745. 8. HELLFELDI diff.
de leg. *Mosaic. usū bodierno.* in EIVS opusc. iur. ciu.
priu. Iena 1773. 4. n. I.

§. 14.

§. 14.

II. *Ius humanum.*

II. Ius HVMANVM: (*seu ciuile in sensu latissimo a)*

A. PVBLICVM *α)* in genere est, quod determinat iura principis *subditorumque in republica*. Est vel *vniuersale vel positivum*. *β)* in sensu *Romanus erat, quod circa SACRA, SACERDOTES et MAGISTRATVS versabatur. b)*

B. PRIVATVM est, *quod in utilitatem SINGVLO-RVM constituitur. Id Romanis tripartitum erat, vel naturale, vel gentium, vel ciuile. c)*

a) Nota: Ius ciuile 1) in genere est *α)* quod quisque populus ipse sibi constituit, siue fit publicum siue priuatum, et opponitur iuri *naturali*, seu, vt Romani loquuntur, *iuri gentium*, l. g. ff. de I. et I. *β)* quod obtinet in societate *civili*, et opponitur iuri *ecclesiastico*. *γ)* quod verlatur circa facta *licita*, et opponitur iuri *criminali*. *δ)* quod disponit de iuribus *priuatorum*, et opponitur iuri *publico*. II. In sensu iuris Romanii ius ciuile appellatur. *α)* *totum ius Romanum, quod κατ' εξοχην ius ciuile appellant, β)* ius ex *legibus, Plebiscites, Scris, decretis principum, prudentiumque responsis* ortum, cui opponitur ius *bonorarium et praeatorium*. l. 7. ff. de I. et I. *γ)* ius, *auctoritate prudentum per disputationes fori introductum*, l. 2. §. 5. de O. I. *β)* l. 1. §. 2. ff. b. r. Praeterea ius publicum dicitur *α)* *quod quidem ad utilitatem singulorum pertinet, sed PVBLICA lege ita constitutum est, ut PRIVATIS partis mutari nequeat*. Sic v. g. *successio ab intestato est iuris publici; β)* *quod priuato lege PVBLICA concessum est; et opponitur iuri ex contractu aut testamento adquisito. EV. OTTO ad Tit. de I. et I. §. 4. c)* l. 1. §. 2. ff. de I. et I.

§. 15.

§. 14.

Ius scriptum, eiusque species.

C. Ius SCRIPTVM est, quod EXPRESSE promulgatur. a) Eius sex referuntur species: I. Leges, II. Plebiscita. III. Senatus consulta. IV. Edicta magistratum. V. Responsa prudentum. VI. Constitutiones principum. b)

a) de voce: *scriptum* cf. GVNDLING. ad πρωτα tit. de leg. §. 9. HEINECC. elem. Instit. §. 44. D'ARNAVD var. coniect. p. 73. b) Ita Iustinianus §. 3. I. h. t. et recte, si de iure nouissimo sermo est. Quodsi enim primo ad originem edictorum magistratum respicias, ea potius ad ius mixtum (de quo vid. Pauli rec. sent. L. V. T. 4. §. 6-8. Noodtii probab. L. I. c. 12.) referenda videntur, cum publice in albo proponerentur, usque accidente seruarentur. Deinde cum responsa prudentum ab initio nunquam tanquam leges promulgarentur, erant sine dubio iuriis non scripti. At, ubi edicta magistratum ab Hadriano edicto perpetuo, et responsa prudentum a Iustiniano Pandectis inserta essent, iuriis scripti esse cooperunt.

§. 15.

De legibus.

I. LEGES erant sancta a TOTO populo facta. De iis nota: 1) condebantur in comitiis centuriatis, a toto populo; hinc *leges CENTVRIATAE* et POPVLICITA dictae, 2) rogabantur a magistratu *senatorio* (veluti Consule) 3) obligabant *totum populum*. a) Ceterum diuiduntur in *perfectas*, *minusquam perfectas* et *imperfectas*. b)

a) §. 4. I. b. t. b) VLP. fragm. T. I. [§. {1. 2.} ibique SCHVLTING.

§. 17.

§. 17.

De plebiscitis.

II. PLEBISCITA erant *sancita a PLEBE tantum facta*. De iis nota: 1) Condebantur in comitiis *tributis et a plebeis* i. e. ceteris ciuibus praeter senatores et patricios. 2) rogabantur a *Tribuno plebis*. 3) obligabant ab initio solos *plebeios*, donec legibus Horatia, Publilia et Hortensia *totus populus* iis teneatur. §. 4. I. h. t.

§. 18.

De Sacris.

III. SENATVS CONSVLTA erant *sancita a se-natu, vice populi facta*. Ea 1) sub *Imperatoribus* de-mum in cauīs ciuilibus priuatisque ius faciebant. a) 2) Dicuntur et *orationes principum*, cum plerumque ad principis, quae praecedebat, orationem conficerentur. b)

- a) Ill. SEGERI *obs. iur. ciu. n. 3.* Lips. 1767. HEINEC-CII *synt. antiqu. h. t. §. 46.* Diffent. BACH *bif. iur. L II. C. II. sect. II. §. 1—4.* b) A BOEKELLEN *de orat. princ. L. B. 1678.* et in SLEVOGTI opusc. de fætis ictorum. SCIP. GENTILIS *de orat. et relat. princip. in Eius parerg.*

§. 19.

De editis Magistratum.

IV. EDICTA MAGISTRATVVM erant *sancita, quibus magistratus modum, quo ius in causis ad eos pertinentibus dicturi essent, publicabant.* Ex iis ius *honoriarum et praetorium ortum est.* 1. 2. §. 10. de O. I. CAMILLVS BORELLVS *de edit. mag.* Frf. 1621. 4. HEINECC. *bif. ed. perp.* in opusc. posth. Halae. 1744. 4.

E

§. 20.

§. 20.

De responsis prudentum.

V. RESPONSA PRVDENTVM erant *opiniones Iureconsultorum*, quibus permisum erat de iure responder. a) Iis multa juris principia prudentes introduxerunt: I. INTERPRETANDO II. FINGENDO b) et III. FORMVLAS ADHIBENDO.

- a) GEBAVERI *excurs. ad Inst. p. 166.* RAEVARDVS de auctoritate prud. in Eius Opp. b) ALTESERA de fct. iur. cura EISENHARDTI Helmst. 1769.

§. 21.

Continuatio.

Imprimis ex formulis Icterum ortae sunt:
I. ACTIONES LEGIS et **II. ACTVS LEGITIMI**.
 ILLAE erant *negotia in iudicio hunc in finem peragenda*, ut iudex IVS DICERET, qualia erant *adcasuonies et petitiones*. HI vero duplicitis generis erant; vel α) *negotia in iudicio tractanda*, non ut ius diceret iudex, sed AVCTORITATEM INTERPONERET suam, roburque negotio adderet; vel β) *negotia, priuatim adhibitis quibusdam formulis et solemnitatibus perficienda*, ut constaret, rem legitimimo modo factam esse. Actiones legis erant *contentiosae*, actus legitimi voluntariae iurisdictionis. a) Vtraque vero negotia nec diem, nec conditionem, nec procuratorem admittebant, et uno auctu et septem peragi debebant. b)

- a) RITTER ad Hein. biss. iur. L. I. §. 46. SCHVBARTHVS de fatis iur. R. Exc. II. §. 59—67. aliique plures. b) GOTHOFRED, ad l. 77. de R. I.

§. 22.

§. 22.

De placitis principum, eorumque divisione.

VI. PLACITA PRINCIPVM erant omnes principum constitutiones. Hae enim legis vim habebant, lege regia principibus omni imperio collato. a) Eae diuiduntur in GENERALES et SPECIALES. Quae diuisio vel ab ambitu obligationis vel a modo interpretandi sumitur. Illo sensu GENERALES erant, quae in TOTO imperio; et SPECIALES, quae in CERTA tantum PROVINCIA obtinebant. Hoc vero sensu, GENERALES dixeris quae rationem GENERALEM habentes EXTENSIVAM admittunt interpretationem; SPECIALES vero, quae rationem SPECIALEM habentes STRICTISSIME intelligi debent. Ad priores pertinent edicta et epistola generalis. Ad posteriores referuntur rescripta, decreta, mandata et priuilegia. cf. STIRNII Tr. de const. princ. Argent. 1664. 4. STRAVCHII diss. de statutis a summo principe in Eius diss. acad. Brunsv. 1662. 4. PAPILLONIVS de const. princ. in MEERM. thes. T. II. ANT. MVRETVS de const. princ. in OTTON. thes. T. IV.

§. 23.

De edictis et iis.

EDICTVM erat constitutio ab Imperatore PROPRIO MOTV facta. a) EPISTOLA vero GENERALIS ea, quae ad Senatum ab Imperatore mittebatur, ut secundum eam Sctum fieret.

a) BACHII bift. iur. L. III. c. I. Sect. IV. §. 6.

§. 24.

De rescriptis.

RESRIPTVM est responsio principis ad preces subditorum. Ea vel 1) ADNOTATIONES seu SUBNOTA.

NOTATIONES dicebantur, cum in causis priuatorum dabantur; vel II. EPISTOLAE SPECIALES, quoties ad magistratum mittebantur; vel III. SANCTIONES PRAGMATICAE, si quando corpus vel uniuersitas hominum ob causam publicam preces fuderit, cf. l. 7. C. de diuers. rescript. HVNTHVM de rescriptis in OELLRICHII thes. diff. iurid. belg. Vol. II. T. III. SCHVLTINGII diff. pro rescriptis Imp. Rom. in EIVS commentat. acad. Vol. I. n. 3. BOEHMERI diff. de sanct. pragm. indole, in Exerc. ad Pand. Vol. I. n. 12. IAC. GOTHOFREDI paratit. Cod. Theod. de diuers. rescr. GVATHERIVS de off. dom. Aug. I. 32. III. 4.

§. 25.

Continuatio.

Ceterum rescripta effectu destituebantur, si 1) nec ab ipso Imperatore sacro encausto, nec a Quaestore subscripta essent. a) 2) Si dies et Consul de-
esset. b) 3) Si ipsum authenticum non insinuaretur. c)
4) Si preces veritate haud niterentur. d) 5) Si es-
sent vel contra vtilitatem publicam vel contra ius
commune, vel contra ius tertii quaeſitum. e)

- a) l. 6. C. de diu. rescr. Auct. glorioſiff. C. eod. STRYCKII diff. de sacro encausto. Frf. 1680. b) l. 1. C. Theod. de const. princ. l. 4. C. Iust. de diu. rescr. c) l. 3. C. eod. d) l. 7. C. eod. STRYCKII diff. de falsis.
prec. princ. oblat. Halae 1699. e) l. 3. 7. C. de prec.
Imp. offer. l. 6. C. si contra ius. STIEGLITZII diff. de
iure imperant. in iura quaeſ. subdit. Lips. 1713.

§. 25.

§. 26.

De decretis.

DECRETA in genere erant sententiae principis quibus lis decidebatur. Quae cum vel praevia causa cognitione vel de plano ferrentur, DECRETA in specie et INTERLOCUTIONES dicebantur. l. I. §. I. ff. de const. princ. MERILL, obs. L. II. obs. 26. NETTELBLADT. diss. de decisione casuum, quae fit pro autoritate, Halaee 1754.

§. 27.

De natura rescriptorum et decretorum.

Cum itaque rescripta et decreta sint leges *speciales*, sequitur, ea ad alias personas vel causas extendi non posse. a) Nisi forte ratione decidendi generaliter usus sit princeps. b)

a) l. 2. C. de leg. b) Ita intelligi potest l. 12. C. eod.

De rescriptorum in Corpus iuris translatorum vi et insole cf. NOODT. Dioclet. et Maxim. c. II.

§. 28.

De Priuilegiis.

PRIVILEGIUM denique est constitutio, qua quis quoad PLVRES EIVSDEM generis actus a iure communi eximitur. a) Ergo ad priuilegii notionem pertinet, 1) vt quis quoad plures actus eximatur, 2) vt hi actus eiusdem generis sint. Hinc ab eo distingue: I. CONSTITUTIONEM PERSONALLEM, qua quis quoad unicum in specie determinatum actum eximitur. Ea est vel odio/a v. g. exasperatio poenae, vel fauorabilis v. c. dispensatio, adgratatio, abolitio. II. BENEFICIVM IVRIS quod cuique subdito propter certam qualitatem conceditur, v. g. fideiussori, heredi, rel. III. IVS SINGVLARE, quod

*totius subditorum ordini datum est. v. g. feminis, minoribus. b) Sed haec omnia et priuilegia impro-
prie dicuntur. c)*

- a) GEBAVERI diff. *singularia de priuileiis in Exerc. acad. Vol. I.* PETRVS DE TOVLLIEV in Eius collectan. n. 15.
PAVLI diff. *de priuilegior. conceptu* Lips. 1741. b)
CONRADI diff. *de iur. sing.* Lips. 1727. c) CV.
IAC. obs. L. XV. c. 8.

§. 29.

Eorum natura.

COMMVNIS priuilegiorum natura est, vt sint exceptiones a iure communi; hinc 1) concedi tantum a principe possunt, qui et modum priuilegii statuit. a)
2) debent strictissime intelligi. b)

- a) l. 191. de R. I. b) de CANNEGIESSEN collectio decif. Cassel. T. I. n. 39. De sensu l. 3. ff. de const. princ. cf. THOMASII diff. de interpr. priuileiis in diff. Vol. II.

§. 30.

Diuisiones priuilegiorum.

At natura certorum priuilegiorum varia est, vnde diuiduntur:

A. Ratione MODI CONCEDENDI 1) in PRECARIO modo concessa, cum princeps *ius pro luxbitu reuocandi* sibi referuauit; et II. CONVENTIONALIA, quae per modum *paedi* conceduntur; haecque sunt α) *gratuita*, quae gratis, seu per modum donationis; et β) *onerosa* quae pro praefestatione aliqua conferuntur. a)

B. Ratione OBIECTI, cui dantur, sunt I. PERSONALIA, quae *personae* competunt, adeoque cum illa expirant; b) II. *Realia*, quae *rei* in haeren-

haerentia ad quemcunque possessorem transeunt; III. MIXTA, quae alicui propter rem, ita conceduntur, vt ad eius posteros, non vero ad tertium quemcunque transmittantur; IV. CAVSAE quae obiecto in litem deducto competitunt. Quae diuisiones usu non destituuntur.

- a) SCHAVMBVRG. diss. de natura priu. grat. et conu. Ie-
nae 1736. STRYCKII diss. de priu. zit. oner. adquis.
Halae 1704. b) l. i. §. 43. ff. de aqua quor. HER.
TII diss. de transit. priu. pers. ad bered. in ELVS opusc.
T. III.

§. 31.

II. Ius non scriptum.

D. Ad ius NON SCRIPTVM apud Romanos pertinebant I. Disputationes fori, II. Mores Maiorum. III. et longa Consuetudo. De prioribus in historia Iuris.

§. 32.

De consuetudine, eiusque requisitis.

CONSVETVDO a) est repetitio actus alicuius eodem modo saepius facta. Ex qua vt ius nouum seu consuetudinarium oriatur, requiritur:

- A. In GENERE I. FREQVENTIA ACTVVM b)
(sola pluralitas sufficere non videtur) modo
actus sint α) rationabiles β) uniformes et
γ) publici, quam vis errore commissi et extra-
judiciales i. e. contradictio aliquando iudicio non
firmati. c) II. ANNI PLVRIMI seu DIVTVR-
NITAS TEMPORIS d) quae iure Romano ab ar-
bitrio iudicis pendebat, sed hodie ex tempore
praescriptionis diiudicatur. e)

B. In SPECIE ut consuetudo I. contra ius COM-MVNE introducatur: conuiuentia PRINCIPIS; II. Ut vero contra ius PRIVATI obtineat, con-nuentiahuius PRIVATI, seu eius, cuius interest, adesse debet. f)

- a) CRELII obseruar. de orig. et virt. iur. non scripti in diff. Fasc. V. Halae 1776. 4. THOMASII diff. de morum cum iure scripto content. in diff. Vol. II. EIVSD. coniect. de iure consuet. ibid. HOFACKERI diff. de iure consuet. sec. ius Nat. et Rom. SENKENBERGII diff. de iure consuet. in caus. publ. et priu. Giesae 1743. GVNDLINGIANA part. 7. p. 142. b) l. 1. C. quae sit longa consuet. c) Nou. 134. c. 1. in f. l. 39. ff. de leg. Obstarre videtur l. 34. ff. eod. vid. Beyräge zur juristischen Litteratur in den preuss. Staaten, dritte Samml. n. 15. III. PVETTMANNI interpr. iur. civ. c. 10. CASP. CONR. STAUDINGERI diff. de consuet. contradic̄to indic. firmata, Gott. 1753. V NN. ad b. r. §. 9. n. 4. in f. d) l. 33. 35. ff. de leg. e) c. vlt. X. de consuet. cf. HOCHSTETTER diff. de praescript. consuet. Stuttgard. 1777. f) l. 32. §. 1. ff. de leg.

§. 33.

Natura consuetudinis.

Ceterum de natura consuetudinis obserua: 1) gaudet eodem, quo lex scripta, effectu, a) 2) est optima legis interpres b) 3) cum ex facto oritur, probari debet. c)

- a) l. 32. §. 1. l. 35. ff. de leg. Obstarre vid. l. 2. C. quae sit longa consuet. cf. CONRADII diff. de consuet. legem haud vincente. Helmst. 1741. AYRER. progr. de consuet. legem vincente Gott. 1764. NOODT ad D. tit. de leg. AVERAN. interpr. L II. c. 1. b) l. 37. ff. de leg. c) KEMMERICH. diff. de probat. consuet. Ie-nae 1737.

§. 34.

§. 34.

Corollarium.

Iuris I. FINIS est *unicus*, salus nempe reipublicae II. PRAECEPTA sunt *tria*: honeste viue, suum cuique tribue, neminem laede. a) III. OBJECTVM est *triplex* 1) personae 2) res 3) actiones. b) Et prius de personis videamus.

a) §. 3. *I. de I. et I.* b) §. 12. *I. b. t.* cf. tamen HVBERR. digress. L. IV. c. I.

TITVLVS III.

DE

IVRE PERSONARVM.

§. 35.

Ius personarum.

Ius PERSONARVM a) complebitur *iura propter qualitatem PERSONALEM competentia*. Qualitas haec personalis est *qua quis gaudet sine respectu ad eius BONA vel FACTA*; (licet forte factum causa huius qualitatis esse possit.)

a) cf. *Sammlung iur. philos. und crit. Aufsaerze*, viertes Stück n. 6. Bytzow. 1775. und 1776. 8. A. F. REINHARDS *vermiscte Schrifft*. 2 Band. p. 263.

§. 36.

Differentia inter hominem et personam.

Homo et persona differunt. ILLE est omne ens RATIONE HVMANA praeditum. a) *HAEC est homo*

B 5

mo

mo statu CIVILI gaudens. b) Ea vel physica vel mystica seu moralis esse potest. c)

- a) Licet vsu rationis destituantur. Hinc *furosi* et *infantes* sunt homines, non vero *monstra*, a quibus differunt *portenta*. WEBERI diff. de iure monstrar. Giesl. 1712. b) Persona comicis propriæ larvæ erat, cf. BERGERI diff. de larvis. BRISSON. de V. S. f. v. *bono*. c) HERTII diff. de pluribus hominibus unam person. gerentibus, Giesl. 1709. et in Eius opusc. T. II. n. II.

§. 37.

Quid status?

STATVS est complexus iurium, vi certae qualitatis personalis competentium. Ipsa igitur qualitas non est status, sed eum efficit. Quae vero cum vel naturalis vel civilis sit, hinc et datur status *naturalis* et *civilis*.

§. 38.

De statu naturali.

Status NATURALIS continet iura propter qualitatem PHYSICAM competentia. a) Eius intuitu homines sunt:

I. Ratione sexus vel MASCULI vel FEMINAE. b)

II. Ratione aetatis vel MAIORES vel MINORES.

Illi ex Lege Laetoria dicuntur, qui annum aetatis XXV. compleuerunt. c) A quibus differunt SENES, i. e. qui annum aetatis LXX. transgressi sunt. Hi sunt, qui nondum annum XXV. aetatis peregerunt. Qui iterum vel PVBERES sunt vel IMPVBERES. Pubertas est vel PLENA vel MINVS PLENA. Illa in masculis est annus XVIII. sed in feminis annus XIV. d) Haec vero iure nouo in masculis anno XIV. in feminis anno

anno XII. absoluitur. e) IMPVBERES sunt vel infantes i. e. qui intra annum VII. viuunt vel *infantia maiores*, quos iterum vel *infantiae* vel *pubertati proximos* appellabant Romani. f)

- a) Hinc a statu hominum naturali, de quo in iure naturae dicitur, differt. b) l. 9. ff. de statu hom. QVIS-TORP von den Gerechtsamen des schönen Geschlechtes, in dessen kleinen jurist. Schrifft. Erste Sammlung Bytzow. 1772. 8. ROESLINS Abhandlung von besondern weibl. Rechten Stuttgard 1775. 4. c) HETZER diff. ad L. Lævor. Lipſ. 1749. d) PAGENSTECH. admonitor. ad Pand. h. t. §. 55. FEILZ. diff. de iurib. senectut. Arg. 1708. SCHÖEPFERI Gerontologia s. de iure senum, Quedlinb. 1705. §. 4. I. de adopt. l. 14. §. 1. de alim. leg. e) pr. 1. quib. mod. tutel. finit. L. vlt. C. quando tutel. vel cur. cf. BYNKERSH. Obf. III. 24. OISEL. ad CAII Inst. L. I. T. IV. pr. SCHVLTING ad VLPIAN. fragment. T. XI. §. vlt. MASCOV. de sc̄ctis Proc. et Sab. c. IX. §. 2. p. 151. sqq. f) CRELL de iure aetatis ex lege natur. et antiquit. in eius diff. Fas. I. MOLLERI diff. de eo, quod inst. iest circa varias hom. aetat. Trai. ad Rh. 1732. rec. Helmst. 1744. cf. HOEPFN. Com. ad Inst. §. 62. Nota: Diuīlio hominum propter statum naturalem ex eiusmodi qualitate physica, qua homines *integrum ordinem* (eine besondere Classe von Menschen) vel ex *rei natura*, vel ex *legum voluntate* efficiunt, defumenda est. Hinc nollem propter *specialia aliqua corporis vitia nouas hominum formare diuisiones*, cum v. g. coeci, surdi rel. non habeantur pro *speciali hominum ordine*, licet propter eorum corporis vitium *singularia quaedam in legibus constituta sint*, constituique debuerint.

§. 39.

Quid status civilis?

Status CIVILIS complectitur iura ex ACCIDENTALI qualitate per legum civilium dispositionem ortas. Isque est I. Libertatis. II. Ciuitatis. III. Familiae.

§. 39.

§. 40.

Status libertatis.

I. Status LIBERTATIS est, quo quis non subiectus est DOMINICAE alicuius potestati. Libertas ipsa est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi si quid vi aut iure prohibetur. Seruitus autem est constitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subiicitur. Hinc homines vel LIBERI sunt vel SERVI. pr. §. 1. 2. I. h. t.

§. 41.

De seruis.

SERVVS est, qui ex iusta causa dominicae alterius potestati subiectus est. a) Haec iusta causa est I. NATIVITAS, si quis ex ancilla natus est. II. FACTVM quo homo liber in seruitutem redigitur, quale est I. Iure Gentium captiuitas in iusto bello. b) II. IURE CIUILI nouissimo 1) si quis maior XX. annis pretii participandi causa se venundari passus est; c) 2) ingratitudo liberti. d)

a) Hinc differt, seruum esse et in seruitute esse. BRISON. de V. S. f. v. bona fides. b) Vnde serui quasi seruari vel mancipia dicebantur §. 3. I. b. t. MENAG. amoen. iur. ciu. c. 39. f. v. seruus. c) §. 4. I. b. t. D'ARNAVD de his, qui pretii parvic. causa se venund. pat. in Eius Coniecturis. d) §. 1. I. de cap. dim. BARTHII diff. de poenis ingrat. libert. Lips. 1738. De iure ant. cf. HEINECC. antiqu. h. t. §. 5.

§. 42.

Continuatio.

Conditio porro omnium seruorum haec erat, vt
 1) pro rebus haberentur a) 2) non gauderent capite
 i. e. statu ciuili b) 3) nulla propria possiderent bona c)
 4) non possent contrahere aut obligari d) 5) non
 inirent

inirent matrimonium sed contubernium. e) 6) patria potestate et testamenti factione destituerentur. e) Ratione vero operarum, quas dominis praestabant, diversi generis erant, v. g. coloniarii, adscriptitii, cet.; deinde ratione ipsius domini serui vel publici vel priuati erant. f)

- a) l. 2. §. 2. ff. ad L. Aquil. MERILL. Obs. II. 25. b)
 §. 4. iL. de cap. dim. THEOPHIL. ad pr. I. de stipul.
 seru. c) §. 3. I. per quas pers. d) l. 22. pr. de R.
 I. e) cf. infra ad tit. de nupt. e) vid. infra suis
 loc. f) TITVS aPOPMA de oper. seru. Colon. 608. 8.

§. 43.

C o n t i n u a t i o .

IVRA denique domini in seruos erant 1) ius vitae et necis, iure tamen nouo restrictum. a) 2) ius commercii cum seruis b) 3) ius adquirendi per seruos c) 4) ius noxae dationis d) 5) ius operas exigendi 6) ius castigandi. e)

- a) NOORDKERK. disquis. de L. Petron. Amst. 1731. 8.
 OTTO ad Inst. h. t. §. 2. b) IVGLER. de nundinat.
 seruor. ap. Rom. et Graec. Lips. 1741. 8. c) vid. infra de pecul.
 d) pr. §. 1. 2. 3. I. de nox. act. e)
 l. vn. C. de emend. seru. Vid. PIGNORIVS de seru.
 Rom. Amstel. 1674. 12. D'ARNAVD de statu seru.
 apud Rom. in Eius coniect. iur. ciu. MEISSNERI diss.
 de ortu et progressu seruiz. sec. ius Rom. et nat. Lips. 1762.

§. 44.

Vfus doctrinae de seruis bodiernus.

Ceterum tota haec doctrina hodie nullius usus est, cum ne Turcarum quidem captiui apud nos tales, quales Romani erant, serui fiant, hominumque, quos nos habemus, conductitiorum et propriorum conditio plane diuersa sit, cf. CHR. THOMASII diss.

diss. de *usu præt.* *distinct.* in lib. et seru. in Eius diss.
 Vol. III. EIVSD. diss. *coniect.* de hom. *propr.* ibid.
 Vol. II. BOEHMERI diss. *de homin. propr.* *Germ.* a
seruis Germaniae non a Rom. deriu. in Eius exerc. ad
Pand. Vol. I. p. 736. POTTGIESER *de statu seru.*
Germ. Colon. 1707. 8.

TITVLVS III.

DE

DE INGENVIS.

§. 45.

De ingenuis.

INGENVVS dicebatur qui a MATRE libera natus.
 nec unquam in iusta seruitute fuit. Sufficiebat autem,
 matrem vel tempore conceptionis, vel grauidatis
 vel partus liberam per momentum fuisse. a) Ceterum
 huius tituli ne apud Romanos quidem iure no-
 viissimo magnus esse usus poterat, concessis liberti-
 nis iisdem, quae ingenuis competebant, iuribus. b)

a) *pr. et §. i. I. b. r.* b) *Non. 78. c. i. v. g. ius annulorum aureorum cf. BVRRMANNVS et KIRCHMAN-*
*NVS de iur. annul. aur. THOMASII diss. de *usu præt.**
distinct. in. ingen. et libert. in Eius diss. Vol. III.

Tit.

TITVLVS IV.
DE
LIBERTINIS.

§. 46.

Libertus quid?

LIBERTI sunt, qui ex iusta seruitute dimissi sunt per manu missiōnem. Non nunquam tamen serui et sine ea liberi siebant, cf. tit. ff. qui sine manumiss.

§. 47.
De manumissionibus.

Ipsa MANVMISSIO, quae erat actus ipse, quo seruus a dominica potestate liberabatur vel *solemnis* dicebatur vel *minus solemnis*. Ad priorem pertinebat manumissio 1) per censum 2) per vindictam 3) per testamentum 4) in S. S. ecclesiis. Ad hanc vero, ea quae 1) per epistolam 2) Inter amicos 3) Per nominationem filii 4) In conuiuio siebat, cf. VAN LOON de manumiss. seru. Ultraj. 1685. 12. BEEMII diss. de manumiss. in S. S. eccl. in OELRICH. thes. nouo Vol. 2. T. I. HEINECC. antiqu. h. t.

§. 48.
Continuatio.

Effectus manumissionis erat:

I. ratione LIBERTI 1) vt persona fieret 2) vt ius ciuitatis nancisceretur.

II.

II. rat. DOMINI, vt ius patronatus in libertum acciperet, quo α) exigere a liberto poterat tum obsequium et reuerentiam, cum operas opificiales non fabriles β) succedebat liberto, de quo infra.

TITVLVS VI.

QVI

ET EX QVIBVS CAVSIS MANV-
MITTERE NON POSSVNT.

§. 49.

De lege Aelia Sentia.

Cum domini, praesertim juniores, facilime ad manumissiones accederent, lege AELIA SEN-TIA inter alia cautum fuit 1) vt ne manumissiones in fraudem creditorum fierent; 2) vt ne dominus minor XX. annis, nisi per vindictam et ex iusta causa manumitteret; quod tamen Iustinianus ita mutauit, vt domini puberes in testamento manumittere possent. cf. T. I. qui et ex quib. cauf. Nou. 119. c. 2. HEI-NECC. antiqu. h. t.

TIT.

TITVLVS VII.

DE

LEGE FVRIA CANINIA TOLLEND^A.

§. 49.

De lege Fusia Caninia.

Non solum viui, sed et per testamenta imprudenter manumittere solebant domini, hinc lege FVRIA CANINIA certus seruorum, qui manumitti possent, numerus definitus est. Sed et hanc legem Iustinianus, morientibus eandem, quam viuis, licentiam concedendam putans sustulit, cf. GERARDVS ad l. vn. C. de L. F. Can. toll. Ienae 1707. 8. MARIANSII diff. de L. Fus. Can. in Ei. diff. T. I.

§. 50.

De statu ciuitatis.

Haec de libertatis, tanquam de primo ciuili, statu. Dicendum nunc esset de ciuitatis, quo homines vel ciues vel peregrini erant, statu. Sed cum Imp. Caracallae constitutione (de qua vid. l. 17. ff. de statu hom.) omnibus imperii Romani in colis ius ciuitatis tributum esset, nullius fere ylus fuit haec doctrina, qua propter et Iustinianus eam omisit, nec nos hoc quidem loco de ea dicendum existimamus, cum, quae scitu necessaria videantur, in historia et antiquitatibus iuris Romani dici facile possint.

C

TIT.

TITVLVS VIII.

DE

HIS, QVI SVI VEL ALIENI IVRIS SVNT.

§. 51.

Alia hominum diuisio.

Vidimus, homines esse vel liberos vel seruos. Sequitur alia, quae ad statum FAMILIAE pertinet, diuisio. Dicuntur enim homines vel SVI iuris vbi nullius potestati subiecti sunt; vel ALIENI iuris, cum quis vel DOMINICAE vel PATRIAЕ potestati subest; hinc homines sunt vel domini vel serui; vel patres familias vel filii familias. De dominica potestate iam §. 43. dictum est; de patria vero titulo sequente agetur. De usu huius doctrinae hodierno cf. THOMASH diff. de usu pract. distinct. in hom. sui et al. iur. in Ei. diff. Vol. III.

TITVLVS IX.

DE

PATRIA POTESTATE.

§. 52.

Patria potestas quartuplex?

PATRIA POTESTAS est vel *naturalis* vel *civilis*. Illa consistit in *obligatione parentum educandi alienigenae*

dique liberos. Haec complectitur iura parentibus ex legibus positivis concessa, quae iterum vel Romana vel Germanica dici potest. cf. tit. D. de agnosc. et alend. lib. Caeterum naturalis et Romana P. P. potissimum ratione 1) fundamenti, quo ntitur, 2) obiecti, cui competit, 3) finis et 4) facultatis renunciandi differt. Vid. CHRPH. FRID. SCHOTT diss. de patr. pot. vet. Rom. secundum scita iur. nat. considerata. Tub. 1756. CHRISTIANI Gedanken von dem Unterschied des natürl. und bürgerl. röm. Rechts in der väterl. Gewalt. Königsb. 1740.

§. 53.

De patria potestate Romana.

De patria Romanorum potestate a) in genere nota:

1) Data erat solis patribus, iisque ciuibus, b) 2) competebat tum in liberos primi gradus, cum in nepotes ex filio in potestate constituto natos c) 3) liberi ipsi respectu patris et in causis priuatis FILII familias erant, sed respectu reipublicae et in causis publicis pro PATRIBVS familias habebantur. d) 4) inter patrem et liberos PERSONARVM VUNITAS obtinebat, e) quae in eo fese potissimum excerebat, vt α) nec inter filium patremque stipulatio locum haberet f) nec deinde β) lis patri cum filio esse posset, nisi ex peculio castrensi; g) nec porro γ) filius sibi sed patri adquireret, donec varia peculiorum genera inuenta essent; h) nec denique δ) filius in testamento, quod vel ipse pater conderet, vel in quo pater heres scriberetur, sicut nec pater in testamento vel ipsius filii, vel in quo filius heres scriberetur, testis esse posset. i) 5) non competebat in liberos illegitimos. k)

a) GEBAVERI diss. II. de patr. pot. in EIVS diss. acad. Vol. I. et in EIVS commentat. de patr. pot. Rom. et Germ.

Germ. Fr. 1773. 4. ABRAAMVS a KERKRAAD de iure patrio. Ultrai. 1708. 8. b) §. 2. I. b. t. III. PVETTMANNI probab. iur. L. I. c. 10. CAMPER. diff. de matris in liberas porest. L. B. 1780. c) §. 3. I. b. t. ibique EV. OTTO. d) l. 9. ff. de his, qui sui vel alien. l. 13. §. vlt. l. 14. ff. ad Scr. Treb. e) l. vlt. C. de impub. subst. f) §. 6. I. de inut. stip. g) l. 4. ff. de iudic. l. 7. ff. de O. et A. h) §. 7. I. per quas person. §. 4. in f. I. de inut. stip. i) §. 9. 10. I. de refl. ord. RIVINI diff. de figmento fict. vnit. pers. int. patr. et lib. Vit. 1760. k) §. 12. I. de nupt.

§. 54.

Patria potestas antiqua.

Ipsa vero patriae huius potestatis iura alia iure antiquo, et iure nouo alia fuerunt:

I. *Iure ANTIQVO* patres gaudebant 1) *Iure* vi-
tae et necis in liberos vi *iurisdictionis domesticae*
a Romulo patribus familias datae a) 2) *iure* li-
beros pro lubitu *venundandi* et noxae *dandi* b)
3) *iure* *adquirendi* per liberos c) 4) *iure* libe-
ros pro lubitu *exheredandi*. d) Praeterea pa-
tres liberos et donare et oppignorare et exponere
solebant. e) Quae tamen omnia, quo modo
iure nouo immutata sint, in ipsis dici praele-
tionibus potest. f)

a) RAEVARDVS ad XII. tabb. c. III. GEBAVER diff.
prior. c. II. b) §. 7. I. de noxae. act. DATT de
vendit. liber. in MEERM. thes. T. II. NOODTII Iulius
Paulus. c) §. 1. I. per quas pers. d) v. *infra*
ad tit. d. *exhered. lib.* e) cf. l. 1. C. de patr. qui
fil. dist. Nou. 153. f) Dicatur de controversia inter
NOODTIVM et BYNKERSHOEKIVM agitata, de qua
vid. NOODTII Iulius Paulus seu de partus exposit. c. V.
VI. EIVSD. amica responsio ad diffic. Iul. Paulo moras,
in Ei. Op. T. I. BYNKERSH. tr. de iure occid. lib. ap.
Rom.

Rom. EIVSD. curae secundae de iure occid. in Eius Opus. min. Halae 1719. T. II. GEBÄVER diff. II. c.
II. WIELING de iure vitae et nec. in lib. Amst. 1723.
v. NECK quamdiu ius nec. lib. ap. Rom. obtin. L.B. 1770.

§. 55.

Ius novum.

II. Sed legibus nouissimis, quae patribus competunt, iura triplicis quidem generis sunt: alia enim in PERSONAS, alia porro in BONA, non nulla denique in ACTIONES liberorum aliquas sunt data.

§. 56.

In personas liberorum:

A. In PERSONAS: 1) ius modicae castigationis a) 2) ius praescribendi iudici sententiam in delictis contra pietatem parentibus debitam commissis b) 3) ius liberos sanguinolentos propter nimiam paupertatem viðus causa vendendi c) 4) ius vindicandi liberos, adiecta causa: *Ex iure Romano*, seu: *ex lege Quiritium* d) 5) ius denique liberis tutorem in testamento constituendi. f)

a) *l. vn. C. de emend. prop.* LANGEBECK diff. de mod. cast. Alt. 1692. b) *l. 3. C. b. 1.* c) *l. 2. C. de patr. qui lib. distr.* CVIAC. parat. ad C. eod. HVBERI Digress. L. II. C. V. d) *l. 1. §. 2. ff. de R. V.* GEBÄVER diff. I. c. II. §. 2. e) *tit. ff. de lib. ex-ter.* f) *§. 3. I. de tutel.*

§. 57.

In bona liberorum.

B. In BONA: 1) ius dominii in res peculii profectitii, 2) ius usus fructus bonorum aduentitorum a)
3) ius bonis liberorum impuberum heredem scribendi

C 3

per

per substitutionem pupillarem b) 4) ius bonis libero-
rum puherum, curatorem dandi, si praetoris accedat
decretum. e)

- a) §. 1. I. per quas perf. adqu. l. 1. C. de bon. mat. b)
tit. I de substit. pup. c) §. 1. I. de curat. l. 16. ff. de
cur. fur.

§. 58.

In actiones liberorum.

III. In ACTIONES: vt liberi 1) sponsalia et
nuptias inire a) 2) hereditatem adire b) et 3) mutuum
accipere c) sine patris consensu nequeant. In reli-
quis enim negotiis filius et sine patris consensu obli-
gatur. d)

- a) l. 7. §. 1. ff. de sponsal. l. 2. ff. de R. N. b) l. vi.
pr. et §. 1. C. de bonis, quae lib. c) l. 7. §. 15. ff. l.
2. C. de Sct. Maced. d) l. 39. ff. de O. et A. l. 57. ff.
de iudic.

§. 59.

Vsus huius doctrinae bodiernus.

Cum itaque iure Romanorum nouissimo patria
potestas iuris naturalis principiis magis adcommodata
sit, in genere quidem haec doctrina hodie recepta
est, et si nonnulla, de quibus in ipsis praelectionibus,
aliter sese habent. Sic v. g. matribus iure hodierno
potestatem competere, sunt qui statuant. CHR.
THOMASII diss. de iuris paterni Rom. usu in diss. Vol.
I. EIVSD. diss. praetit. I. de patr. pot. ib. Vol. 3.
F. A. HOMMEL. diss. de usu pat. pot. Rom. in for.
Germ. Lips. 1732.

TIT.

TITVLVS X.

DE

N V P T I I S.

§. 60.

Adquisitio patriae potestatis.

Patria potestas triplici modo adquiritur. Etenim aut aliquis liberos *ipse* procreavit, aut non. Si prius, liberi aut ex *iustis* nuptiis nati sunt, et tunc patri *ipso iure* competit patria potestas: quum pater sit, quem iustae nuptiae demonstrant, nisi vel ex absentia vel impotentia, se patrem non esse, doceat. a) Aut ex coitu *illegitimo* orti sunt, et tunc *legitimatio*ne opus est. Sin posterius, per *adoptionem* in patr. pot. rediguntur. Hoc titulo de *iustis* nuptiis et legitimatione. Sequent de adoptione.

a) l. 6. ff. de bis, qui sūi iur. l. 5. ff. de in ius voc.

§. 61.

Nuptiae quid?

Ipsae vero nuptiae a) iure ANTIQVO erant coniunctio maris et feminae, consortium omnis vitae, diuini et humani iuris communicatio. Iure NOVO sunt: viri et mulieris coniunctio, individuam vitae consuetudinem continens, b)

a) GRVPENII *vxor. Rom.* Hannouer. 1727. 8. HOTO-MANNVS *de vet. rit. nupt.* in GRAEVII thes. ant. Rom. T. 8. nec non in Ei. Opp. T. I. BRISSON. 1) *de ri-*
tu nuptiarum 2) *de iure connub.* in GRAEVII thes. an-
tiq. graec. T. 8. nec non in Eius Opp. min. ALB.

GENTILIS de nups. Hanno. 1601. 8. D'AVEZAN de maritim. et sponsal. in MEERM. thes. T. IV. CAN-NEGITERI obseru. iur. Rom. L. I. c. 1 – 8. AYRE-RI diff. de iure coniugii apud Rom. Goett. 1736. D'AR-NAVD var. coniect. c. 27. 28. 29. LOBETHANS Ein-leitung in die theoretrische Eberechtsgelehrtheit. Halle 1775. 8. Caeterum differunt nuptiae a concubinatu, de quo vid. RAMOS in MEERM. Thef. T. V. HEINECC. ad L. Pap. Popp. L. II. c. 4. ZACH. WINKLERI diff. de genuino conceptu concub. iur. Rom. Lips. 1744. CHR. THOMASII diff. de concub. in Diff. Vol. III. b) §. 1. I. de pat. pot. l. i. ff. de R. N., de quibus definitio-nibus vid. GEBAVERI diff. de matrimonio cum auunculi vidua c. I. §. II. in Exerc. Vol. I. DVAREN. in tit. fol. matrimon. quaest. I. de nupt.

§. 62.

Iustiarum nuptiarum requisita.

Vt autem nuptiae IVSTAE sint, requi-ritur: I. Iure NATVRALI et ROMANO simul: A. Potentia generandi, de qua nota tempus, a quo incipere, et ad quod durare praesumatur. Prius iure antiquo ex inspectione corporis diiudicabatur, sed a Iustiniano annis pubertatis definitum est a) Posterius iure aequo antiquo per legem *Iul.* et *Pap.* *Popp.* de-terminatum, ab eodem Iustiniano sublatum est. b) Ex his autem fluit, 1) puellam ante XII. aetatis an-num non esse vxorem legitimam, c) 2) castratum verum matrimonium inire non posse. d) B. CON-SENSVS COEVNTIVM, quia nuptiae sunt contra-ctus. e) Hinc et apud Romanos *solus* consensus faciebat nuptias. f) Ex quo intelligitur 1) domum deductione pactorumque dotalium subscriptione non ad *substantiam*, sed ad *signum* et probationem matri-monii iure Romano opus fuisse g) 2) furorem antecedentem impedire nuptias h) 3) metum reddere in validum matrimonium, modo iniustus, grauis nec re-uerentialis fuerit. i)

a) pr.

- a) pr. *I. quibus mod. tut. fin. l. vlt. C. quando tut. vel cu-*
rat. BYNKERSH. L. III. obf. 24. OISEL. ad CAII
instit. L. I. tit. 4. pr. SCHVLTING. ad VLP. fragm.
 Tit. XI. §. vlt. MASCOV. de *seccis Proc. et Sab.* c. 9.
 §. 2. p. 151. sqq. b) l. 27. C. b. t. ad quam vid.
 HEINECC. ad *L. Pap. Popp.* L. II. c. 3. §. 8. et *III.*
 PVETTMANNI comment. de *nuptiis sénun.* Halae
 1782. 8. c) l. 4. ff. de *R. N.* d) DELPHIN.
 de *matrimonio Eupnubi*, Halae 1685. 4. HEINECC. I.
 c. e) l. 2. ff. de *R. N.* l. 30. ff. de *R. I. l. vlt.* C. de
repud. dissent. HVBER. ad *I. b.* t. n. 2. f. g) l. pen.
 ff. de *donat.* inter *V.* et *U.* l. 22. C. b. HVBER. digress.
 L. I. c. II. sqq. h) l. 16. §. 2. ff. de *R. N.* i) l.
 12. ff. de *sponsal.* l. 21. 22. de *R. N.* WILIENBERGII
 tract. de *mcsu reuarent.* Gedani et Lipſ. 1712. 4.

§. 53.

C o n t i n u a t i o .

II. Iure MERO ROMANO requiritur: A. *Pa-*
tris, in cuius potestate viuunt coeuntes, *consensus*. a)
 Ergo ex principiis iuris Romani 1) mater consentire
non debebat 2) emancipati liberi *sine* patris *consensu*
nuptias recte contrahebant, excepta *filia minore* b)
 3) patre *furioso*, *sine* eius *consensu* validae erant
nuptiae; sed eo *absente*, vt ignoraretur, *vbi* et an
esset, *triennium expectandum* erat, nisi *nuptiae* *es-*
sent eiusmodi, *quarum conditionem certum* *esset*,
patrem non repudiaturum. c) 3) Nepote *vxorem*
ducente et *filius* consentire debebat; *neptis* vero si
nuberet, *aui consensus sufficiebat*. 4) Curatoris
consensu opus non erat. d) Caeterum nota: 1) con-
sensum patris praecedere debuisse; *subsecuta enim ra-*
tihabitione, *nuptiae demum ab eius momento iusta*
efficiebantur e) 2) *hunc consensum et tacite interpo-*
ni potuisse f) 3) *eo neglegitio nullas fuisse nuptias* g)
 4) *patrem sine iusta causa dissentientem ad consen-*
cum cogi potuisse. h)

- a) l. 2. ff. de R. N. G. L. BOEHMERI diff. de necessario
consensu parentum in nupt. liberorum in Elec^t. iur. ciu.
T. I. ADR. PVLVAEVS de nupt. sine consensu parent.
non contrab. b) l. 25. ff. eod. l. 18. et 20. C. b. t. c) l.
16. §. 1. ff. eod. d) l. 20. ff. eod. IENICHEN de ne-
cess. consensu curat. in spons. minor. in obseru. ad LEY-
SERI meditat. ad Pand. Vol. X. e) l. 13. §. 6. ff. ad
L. Iul. de adulz. l. 6. C. h. t. Nec aliter dicendum vi-
detur, licet iure nouo l. vlt. C. ad Scrum Maced. l. 25.
C. de don. inter V. et U. ratihabito ad initium retrotra-
hatur. cf. IAC. GODOFR. ad l. 152. §. 2. de R. I. HO-
TOM. quaeſt. ill. c. IX. diſſent. HVBER ad instit. h. t.
n. 10. f) l. 7. §. 1. ff. de spons. l. 5. C. b. t. g) l.
2. ff. de R. N. PAVLI rec. ſent. L. II. T. 19. §. 2.
h) l. 19. ff. de R. N.

§. 64.

Alterum iuris Romani requiſitum.

B. Ut coeunteſ CIVES ſint. Ergo nec 1) pe-
regrinus gaudebat iure connubii, niſi ipſi ſpecialiter
conceſſum fuerit; nec 2) ſeruus connubium ſed
contubernium inibat.

Pr. I. h. t. l. 14. §. 3. ff. de R. N. l. 3. C. de in-
ceſt. nupt. VLP. fragm. T. V. §. 4. PAVLI rec.
ſent. L. II. c. 19. §. 6. CAII instit. L. I. T. 4. pr.
ibiq. SCHVLTING. GVNDLINGIANA de contub.
ſeru. p. II. n. 10. BRISSON. de V. S. f. v. connu-
bium et contubernium.

§. 65.

Tertium iuris Romani requiſitum.

C. Ut nuptiae ex ſpeciali aliqua cauſa non ſint
prohibite; aliae enim tanquam I. Inceſtae, non-
nullae tanquam II. Indecorae prohibentur; dantur
denique III. nuptiae noxiae.

§. 66.

§. 66.

De nuptiis incestis

A. Propter CONSANGVINITATEM.

I. INCESTAE nuptiae sunt, *quae propter COGNATIONIS PROXIMITATEM interdicuntur.* a) COGNATIO ipsa est *necessitudo personarum ad eandem familiam pertinentium.* Ea est vel CONSANGVINITAS vel ADFINITAS. Illa oritur ex *generatione*, et est: 1) MERE NATVRALIS, 2) MERE CIVILIS, 3) MIXTA, et 4) SPIRITVALIS. b) Haec oritur ex *coitu* et est vel VERA vel QVASI talis.

a) FABRI diff. *viciſſitud. iur. R. de nupt. incest. Lips. 1763.*
NETTELBLADTI ſchem. doctrinae de grad. prohib. ſec. ius diu. Rom. et Can. in obf. iur. eccl. Halae 1783. 8.
HEISLERI obf. ſel. de incestu in DESSEN jurift. Abbandl. 3te Samml. Halle 1783. 4. b) l. 4. §. 2. ff.
de grad. l. 26. C. b. 2.

§. 67.

Gradus et lineae quid?

Haec autem proximitas ex *gradibus* intelligitur. GRADVS est *quodus generationis factum*, seu *distantia personae generatae a generante.* LINEA est *series graduorum.* Ea vel *RECTA* est, vel *COLLATERALIS* seu *OBLIQVA;* ILLA iterum in *adſcendentalem* et *deſcendentalem,* HAEC in *aequalem* et *inaequalem* subdividitur.

§. 68.

Regulae computationis.

Regulae computationis graduum (de quibus l. 20. ff. de grad. ad fin.) haec sunt: I. Tot sunt gradus, quot sunt vel GENERATIONES vel DISTANTIAE personarum usque ad eum, de cuius cognatione quaeritur. Vel
 vt

vt alii: tot sunt gradus, quot super sunt PERSONAE, demta ea, a qua computatio incipit.

II. *Iure CIVILI semper SINGVLVS gradus numeratur; quae computatio proinde ciuilis dicitur.*

III. *Iure CANONICO numerantur in linea COL-LATERALI gradus VNIVS tantum lateris, eiusque, si linea inaequalis sit, LONGIORIS; et hanc computationem Canonicam dicunt. De qua porro hae speciales regulae notandae: 1) quanto gradu unaquaque persona in linea aequali distat a communi stipite, eodem distant inter se. 2) Quanto gradu remotior in linea inaequali distat a communi stipite, eodem inter se distant.*

IV. *Computatio CANONICA obtinet in doctrina de NVPTIIS INCESTIS; in reliquis obseruatur computatio CIVILIS.*

TRIERI diss. de comput. grad. conf. et ad fin. Frf. 1736. LVDERI MENKENII compendiaria theoria et praxis computat. grad. Lips. 1721. BOEHMERVS de comput. grad. adi. EIVS doctrinae de action. GVNDLINGIANA part. 27. TOBIAS RICHTER. lib. sing. de nupt. et comput. grad. Lips. 1744. 8. ANT. CONTIVS de grad. consangu. et adfin. in Eius opp. Neap. 1725. f. HOTOM. de nomin. et grad. consanguin. et adfin. in ei. Vol. diss. BOEHMERI ius eccl. prot. lib. IV. Tit. XIV. WEISSERS Anleitung zur Berechnung der Verwandtschaftsgrade Stuttg. 1781. 8.

§. 69.

Prohibitiones nuptiarum.

Sunt autem prohibitae nuptiae propter consanguinitatem:

A. ME.

A. MERE NATVRALEM et MIXTAM: 1) In linea RECTA in infinitum; 2) In linea COLATERALI α) aequali, gradu secundo α) β) in inaequali licitae sunt, modo absit RESPECTVS PARENTELAE. b)

B. Propter mere CIVILEM: 1) cum filia adoptiva, nec non vidua tum patris cum filii adoptui, ne subsecuta quidem emancipatione, 2) cum sorore adoptiva, et patris adoptui matre aut materterea, aut nepte ex filio, nisi adoptio sit emancipatione dissoluta. c)

C. Propter SPIRITVALEM: cum ea, quam aliquis succepit ex sacrosancto baptisme. d)

a) §. 1. 2. 4. I. b. r. *De nupriis consobrinorum* cf. THEOPHILI parapbr. h. t. §. 4. CAIVS instit. L. I. tit. IV. §. 6. ibiq. SCHVLTING. EV. OTTONIS diff. de nupr. consobr. c. IV. b) §. 3. 5. I. b. r. Fratris filiam ex Seco Claudio olim ducere licuit, non vero iure nouo. SVET. Claud. c. XXVI. ALEANDER et OISEL ad CAII instit. L. I. T. IV. n. 19. NOODT. L. II. obs. 5. l. 17. C. b. HEISLERS *Gutachten von der Ehe mit des Bruders Tochter*, in dessen jur. Abhandl. 2te Samml. Halle 1783. 8. c) §. 1. 2. I. b. r. l. 14. pr. et §. 1. l. 12. pr. l. 55. §. 1. de R. N. d) l. 26. C. b. r.

§. 70.

De nupriis incestis

F. Per ADFINITATEM α) veram,

A. VERA adfinitas est necessitudo cum consanguineis eius personae, qua cum aliquis concubuit, siue concubitus legitimus, siue illegitimus fuerit. Ex quo intelligitur: 1) inter ipsos masculi et feminae consanguineos aut collaterales; 2) inter compatriognos; 3) inter-

interpriuignum et nouercae matrem; 4) inter vitricum et priuignae maritum adfinitatem intercedere nullam, l. 4. §. 3. de grad. §. 8. l. h. t.

§. 71.

Continuatio.

Adfinitatis; quum generatione haud nitatur, nulli proprie gradus sunt; a) sed receptae sunt hae regulae:

I. Quoto gradu aliquis CONSANGVINEVS est personae, quamcum alter concubuit, eodem ipsis concubentis ADFINIS est.

II. Quoto gradu nuptiae prohibentur inter CONSANGVINEOS, eodem etiam interdicuntur inter ADFINES. Ergo nec 1) vitricus priuignam, nec 2) locrus nurum, nec 3) priuignus nouercam, nec 4) frater fratris viduam nec 5) filius patris concubinam ducere potest. b)

a) l. 4. §. 5. de grad. b) §. 6. 7. l. b. t. l. 5. pen. et ult.
C. de incst. nupt. l. 4. C. b. t.

§. 72.

De β) quasi adfinitate.

B. QVASI adfinitas est, quae vel ex sponsalibus, vel ex diuortio oritur. Vnde 1) filius sponsam patris defuncti, et pater defuncti filii, sicut frater defuncti fratris sponsam; 2) maritus filiam, quam vxor post diuortium ab alio suscepit, ducere non potest; §. 9. l. h. t. l. 12. §. l. 2. 3. ff. de R. N.

§. 73.

§. 73.

II. Nuptiae INDECORAE quae et quales?

II. INDECORAE nuptiae sunt, *quae propter HONESTATEM prohibentur* a) Quales sunt 1) nuptiae Senatoris eiusque liberorum nepotumue ex *filiis* natorum cum libertina aut libertino, aut eo eaque, qui quaeue vel ipsi vel eorum parentes artem ludicram faciunt aut fecerunt. 2) Nuptiae ingenuicunica, quae aut palam corpore quaestum aut lenocinium aut artem ludicram facit fecitue, aut iudicio publico damnata, aut in adulterio deprehensa, aut a lenone manumissta est; quod postea Scoto etiam ad Senatores extensum est. Quae tamen prohibitiones ex *L. Iulia et Papia Poppoea* descendentes post varias vicissitudines tandem a *Iustiniano* sublatae sunt, b) 3) nuptiae adultericum adultera, nec non raptoris cum rapta. c) 4) Nuptiae vitrici cum priuigni vidua aut nouerca mariti priuignae. d)

- a) *l. 42. pr. ff. de R.* b) HEINECC. ad *L. Pap. Popp. L. II. c. 1. 2.* c) *l. vn. §. 1. C. de rapr. virg. Nou. 134. c. 12.* d) *l. 15. ff. de R. N. HEISLERS Abhandl. von der Ehe mit des Stieffohns Wittwe und der Stieftochter Manne. EIVSD. Untersuchung der Frage: ob die Ehe mit der Mutter der Stiefmutter erlaubt sey, in dessen jur. Abhandl. 2te Samml. GRIEBNERI medit. probab. de incestis cum nouercae matre nuptiis in eiusd. sel. opusc. iur. priu. scđt. I.*

§. 74.

III. Nuptiae NOXIAE quae?

III. NOXIAE nuptiae sunt, *quae propter VITI-LITATEM PVBLICAM illicitae sunt.* Huic pertinet 1) Matrimonium inter *Iudeos et Christianos* sub poena adulterii. a) 2) tutoris eiusque filii nepotisue cum pupilla, nisi aut α) rationibus redditis exactoque vice-

vicesimo quinto aetatis puellae et anno vtili, aut *β)* impetrato principis rescripto, aut *γ)* ex desponsatione, destinatione, nominata in testamento conditio ne, vel iussu ipatris, cum decederet, dato, nuptiae contractae sint *b)* *3)* magistratus prouincialis cum femina prouinciali propter rationem potentatus; *c)* *4)* clericorum omniumque caffitatis voto obstrictorum. *d)*

- a)* *l. 6. C. de Indaeis.* *b)* *l. 36. 59. 60. ff. de R. N. l. 6.*
7. C. de interd. matr. int. pup. WESTENBERG. in diuo
Marco p. 391. 394. D'ARNAVD variae coniect. L. II.
c. 17. MARKARTI interpr. iur. ciu. L. II. c. 9. Er-
örterung der Frage: ob ein Vormund oder dessen Sohn sei-
ne Pflegbefohlene vor abgelegner Rechnung beurathen dürfe?
In den Beyträgen zur jurist. Litteratur in den preuss.
Straaten iste Samml. Berlin 1776. 8. Ill. PVETT-
MANNI Progr. ad Orat. D. Marci- de pupilla a tuore
 eiusue filio baud ducenda, Lips. 1783. c) l. 57. pr.
l. 63. ff. de R. N. d) l. 44. pr. C. de episc. Non. 6.
c. 1. CALIXTVS de coniugio cleric. cura HENKII
 Helmst. 1783. 4. KOERNER vom Coelibat der Geistli-
chen Leipzig. 1784.

§. 75.

Poenae iniustarum nuptiarum.

Hae sunt iustae nuptiae, de quarum effectibus in Pandectis. At iniustae in genere ipso iure nullae sunt, adeoque omni effectu destituuntur, *a)* nisi coeuntes aut aetatis lubrico aut errore comperto *statim* huiusmodi coniunctionem dirimant. *b)* In specie vero nuptiarum iniustarum poenae erant: *1)* exilium *2)* verberatio, si personae viles essent *3)* confiscatio bonorum et dotis, nisi liberi ex priori matrimonio legitimo adessent, ad quos runc *statim* bona patris perueniebant, praefitis tamen ei alimen-
tis necessariis. c)

a) §. 12.

- a) §. 12. I. b. t. HEINECC. ad L. Pap. Popp. L. II. c. VI.
 b) I. 4. C. de *incest. nupt.* HERTIVS de *marrimonio putatio* in Opusc. Part. I. GOTTFR. MASCOV. de *matr. putatio* in Opusc. T. II. Lips. 1776. c) Nou. 12. c. t. 2. qua derogatum est I. 6. C. de *incest. nupt.* MERILL. L. V. obs. II.

DE LEGITIMATIONE.

§. 76.

Legitimatio quid?

LEGITIMATIO est actus, quo liberis illegitimis consentientibus iura legitimorum tribuuntur. a) De ea obserua; quod 1) nec aliqua fictione nitatur, b) nec 2) sine consensu liberorum legitimandorum fieri debat. c) 3) iure Romano liberi tantum *naturales* legitimari potuerint. d)

- a) IORDENS diss. II. de *legitim.* in FELLENBERGII *iurisp. antiqu.* T. II. I. H. BOEHMERI diss. de *legitim.* ex *damnatio coitu natorum* in Eius Exerc. ad Pand. T. I.
 b) IO. IAC. PREHN: ob die legitimacion sich auf eine Erdiclung gründe? Rost. 1777. 4. dissent. THOMAS. ad STRAVCH. diss. Iust. No. 4. §. 3. HOEPFNER. *Comm. ad Inst. b. t.* c) I. II. ff. de his, qui sūi vel al. iur. Nou. LXXXIX c. II. d) §. vlt. I b. t. I. IO. C. de natur. liber. Sunt enim liberi illegitimi vel 1) *naturales* vel 2) *spurii*, seu *vulgo concepti*, vel 3) adulterini, vel denique 4) *incestuos* §. 12. I. b. t. I. 23. ff. de *statu hom.* HOTTONANNVS de *spur.* et *legit.* in Eius Opp. T. I. MENAG. amoen. iur. c. 39. II.L. PVETTMANNI diss. de *querela inoff. testam. fratribus et soror.* contra *spurios* haud conced. Lips. 1772.

§. 77.

Eius species.

Ipsa legitimatio fiebat I. per *oblationem curiae*, II. per *subsequens matrimonium*, III. per *rescriptum*

D

princ.

principis, IV. per testamentum patris a principe confirmatum.

§. 78.

I. Oblatio curiae quid?

I. Per OBLATIONEM CVRIAЕ, cum pater α) filium naturalem curiae ita offerret, ut munera curialia valde odioſa aliquando fusciperet; vel β) filiam naturalem homini curiali matrimonio collocaret. Eius auctor est *Theodosius iunior. l. 3. C. de nat. lib. Nou. 89. C. 2. seqq.* WVNDERLICHII lib. de legit. per obl. cur. Ienae 1759.

§. 79.

II. Subsequens matrimonium.

II. Per SVBSEQVENS MATRIMONIVM fit, cum pater concubinam, ex qua liberos naturales procreauit, dicit. Quam in rem requirebatur: 1) vt cum concubina nuptiae licitae essent a) 2) vt instrumenta dotalia conficerentur, exceptis agricolis, militibus armatis et caligatis b) 3) vt iam tempore concubitus nullum matrimonii impedimentum adfuerit c) 4) vt ipsum matrimonium iusto modo contractum esset, v. g. sine vi, dolo rel. Eius effectus est, vt legitimati eodem, quo legitime nati, iure vtantur. d)

a) §. vlt. l. b. t. b) §. vlt. l. b. t. §. 2. Inst. de success. quae ab ini. l. 10. C. de nar. lib. Nou. 74. c. 4. §. 2. 3. Nou. 89. c. 8. Hinc et legitimatio per instrumenta dotalia sufficiunt cf. NOODT. Comm. ad Pand. tit. de his, qui sui vel al. VINNIVS ad Inst. h. t. §. vlt. diff. GEBÄVER ad Inst. Excurs. IV. §. 3. SCHVLTING ad περιττα eod. c) cf. PEREZ Praelect. ad C. t. de nat. lib. n. 12. d) l. t. C. Theod. de nar. lib. Nou. 89. c. 8. HENNE diff. de legitim. p. subs. matr. Erf. 1754.

§. 80.

§. 80.

Legitimatio per rescriptum principis.

III. Ut RESCRIPTO PRINCIPIS procederet legitimatio, supponebatur, 1) ut pater concubinam ducere non posset, 2) ut sobolem *legitimam* non haberet. a) Auctor eius est *Iustinianus*. Effectus vero erat, 1) ut pater nanciseretur patriam potestatem, modo eam *petiūisset*, 2) ut legitimati succederent ab intestato, de qua re suo loco.

a) *Nou. 74. c. 2. pr. et Nou. 89. c. 9. PAVLI de legit. per rescriptum princ. Gedani 1756.*

§. 81.

IV. Per testamentum patris a principe confirmatum.

IV. Legitimatio per TESTAMENTVM PATRIS requirebat: 1) ut nullos liberos legitime natos haberet testator, 2) ut concubinam ducere non potuerit, 3) ut in testamento expresserit: *se velle liberos naturales sibi esse legitimos successores*; 4) ut mortuo patre ipsi liberi testamentum adconfirmationem obtulerint principi; 5) ut essent heredes *capaces*. *Nou. 74. C. 2. §. 1. et Nou. 89. C. 10.*

§. 82.

An detur legitimatio per nominationem filii?

Praeterea nonnulli legitimationem per nominationem filii in quasi publico instrumento factam esse putant. a) Perperam, ut videtur, cum *Nou. 117. c. 2.* ad quam prouocant, de *prae*s*umptione tantum nativitatis legitimae, non vero de legitimatione aliqua loquuntur. b)*

a) v. c. PEREZ Praelect. ad Cod. tit. de nat. lib. n. 6. GV-
DELINVS de iure nouiss. L. I. c. 16. b) IORDENS
D 2 Diff.

Diff. I. de legitim. c. V. §. 1. fqq. Caeterum olim legitimatio etiam per arrogationem vel adoptionem fieri poterat, quae tamen iure novo sublata est. l. 7. C. de nat. lib. Nou. 74. c. 3. et Nou. 89. c. 7. Quod denique usum huius tituli attinget cf. THOMASIVS in diff. Vol. III.

TITVLVS XI.

DE
ADOPTIONIBVS.

§. 83.

Adoptio quid? Differentiae ab arrogatione.

Vltimus adquirendi patriam potestatem modus est ADOPTIO, quae α) in sensu GENERALI est actus, quo in locum filii eligitur qui natura talis non est; β) in sensu SPECIALI est actus, quo homo ALIENI iuris auctoritate MAGISTRATVS pro filio declaratur. a) Ab ea distingued est ARROGATIO, quae est adoptio hominis SVI iuris auctoritate PRINCIPIS facta. Haec differt ab adoptione in specie dicta ratione 1) obiecti. 2) modi. 3) consensu et 4) effectu, tum quo ad ipsum arrogantem vel adoptantem, cum 3) quoad arrogati adoptatiue liberos. b)

2) FELZII diff. de adoptron. Argent. 1720. SCHROEDERI diff. de adoptr. iure ciu. et moribus Germ. vñit. Ienae 1705. CHR. THOMASII Diff. de vñi práct. b. r. in Eius Diff. Vol. 3. De causis adoptionum apud Romanos vid. GROSSERI diff. Lipf. 1746. b) l. 5. 40. pr. ff. b. r.

A. DE

A. DE ADOPTIONE IN GENERE.

§. 84.

Axioma prima.

De ea nota axiomata I. Est actus imitans naturam. II. Inuenta est in solatium improlium. III. Non potest fieri in praeiudicium vel ipsius adoptati vel tertii cuiusdam. IV. Est modus adquirendi patriam potestatem.

§. 85.

Axioma secundum.

I. *Est actus imitans NATVRAM.* a) Ergo non possunt adoptare 1) castrati, sed possunt spadones nisi vel *simul* castrati vel in *perpetuum generationis incapaces* sint b) 2) minores maiores, cum pater filium adoptuum *plena pubertate praecedere debeat.* c) Porro ex hac regula intelligitur 1) eum, qui vxorem quidem *non habeat*, sed tamen habere *possit*, rete adoptare d) 2) plures *simul*, nisi ex iusta causa, adoptari non posse. e) 3) neminem in locum *fratris* adoptari f) nec 4) adoptionem ad *tempus aut sub conditione aut per procuratorem fieri.* g)

a) §. 4. l. b. t. b) §. 9. *Infl. l. 2. §. 1. l. 40. §. 2. ff. b. t. l. 39. §. 1. ff. de iure dot. l. 6. pr. §. 1. ff. de lib. et post. c) §. 4. *Infl. l. 40. §. 1. ff. b. t. d) l. 30. ff. b. t. HERRMANN. CANNEGIERER obf. iur. Rom. L. II. c. XVII. e) l. 15. §. 3. ff. b. t. f) l. 7. C. de hered. infl. vid. tam. l. 58. §. 1. ff. de hered. inflit. et CRELLO diff. de adopt. in locum frarri non monstrosa. in Diff. Fase. VIII. g) l. 24. §. 1. l. 25. 34. ff. b. t.**

§. 86.

Axioma tertium.

II. *Inuenta est in solatium IMPROLIVM.* Ergo non possunt adoptare 1) quibus iam sunt liberi naturales;

D 3

rales; 2) qui liberis naturalibus procreandis studere possunt, quales sunt minores 60 annis, nisi vtroque casu iusta causa accedat. a)

a) l. 17. §. 3. ff. b. t. l. 15. §. 2. eod.

§. 87.

Axioma tertium.

III. Non potest fieri α) in praeiudicium ipsius ADOPTATI. Ergo 1) pauper diuitem non recte adoptat, nisi ex iusta affectione et praefixa satis datione a) nec 2) tutor curatorue pupillum minoremue, nisi post rationes redditas, vel ex alia iusta causa, excepto priuigno b) nec 3) si adfint simul liberi naturales legitimi patris adoptiui, adoptatus minus percipere debet, quam dignum erit eum consequi. c) Porro nec peragi debet β) in praeiudicium TERTII. Vnde 1) filii consensu opus est, si quis in locum nepotis quasi ex eo nati adoptatur. d) 2) liberis, quos adoptans habet, legitimis, quam sibi obsequio parant, spes non debet adoptione diminui. e)

a) l. 17. §. 4. 5. ff. b. t. cod. l. 32. §. 1. eod.	b) l. 17. pr. §. I. 2. 3. ff. CVIACIVS Obs. L. II. c. 38. l. 17. §. 3. eod.	c) l. d) l. 6. ff. eod. e) c. l. 17. §. 3. ff. eod.
--	---	---

§. 88.

Axioma ultimum.

IV. Est modus acquirendi PATRIAM POTES-
STATEM. Ergo proprie femina non potest adoptare, licet ei permisum sit in solatium liberorum amissorum.
l. 5. C. h. t.

B. DE

B. DE ARROGATIONE.

§. 89.

Arrogationis requisita.

Arrogatio requirit 1) principis rescriptum. a)
 2) vt arrogandus *sui* iuris sit 3) eius consensum, b)
 quem vero cum olim *impuberes* in comitis interpo-
 nere non possent, ideo nec arrogari poterant. At
 iure nouo ex constitutione ANTONINI PII arroga-
 ri possunt; modo I. ADSIT a) consensus *propinquorum* et *tutoris* c) *causa* a iudice facta cognitio d)
 II. arrogans CAVTIONEM praestet, se a) mortuo
intra pubertatem pupillo, bona eius illis, qui, si
 adoptio facta non fuisset, ad eius successionem ven-
 turi fuissent, *restituturum*, et b) si impuberem *fine*
iusta causa exheredasset, aut *emancipasset*, ei quartam
bonorum partem *relicturum*, praeter bona, quae
 ad patrem adoptium transtulisset, quorumque com-
 modum ei postea adquisiuisset. e)

a) l. 2. pr. ff. l. 6. C. b. t. Iure antiquiori populus in co-
 mixis consentire debebat; deinde *rescriptum principis*
 sufficiebat. HEINECC. *Syntagma. antig.* h. t. §. 5. fqq.
 CAII Inst. L. I. T. 5. §. 1. et L. II. T. 3. §. 3. VLP.
 fragm. T. VIII. §. 2. 3. HERM. CANNEGIETER. obf.
 iur. Rom. L. II. c. 19. b) l. 1. §. 1. l. 5. ff. b. t.
 c) l. 21. ff. cod. VL P. I. c. l. 2. C. b. t. l. ult. (C.
 de praest. auctor. d) In quo versetur haec cognitio,
 tradit §. 3. Inst. et l. 17. ff. b. t. e) §. 3. Inst. l.
 18. 20. ff. l. 2. C. b. t. cf. MAIANSII Diss. de arrog. im-
 pub. in Diss. Vol. I. MADIHNI Diss. de quarta D. Pii
eiusque usu moderno Fr. ad Viadr. 1776.

§. 90.

Eius effecta.

Effectus arrogationis speciales sunt:

D 4

I. RA-

I. Ratione ARROGATORIS: 1) patria potestas non solum in *ipsum* arrogatum, sed et in *eius*, quos in potestate habuit, *liberos*, tanquam in *nepotes*, a) 2) *vſusfructus* in bona arrogati *viui*, 3) ut nomine *arrogati* propter eius debita *conueniri* possit, 4) ut succedat arrogato non emancipato. b)

II. Ratione ARROGATI: 1) participatio iuris *adgnationis*, non vero *sanguinis* c) 2) participatio dignitatis arrogantis, si maior sit ipsius arrogati dignitate d) 3) ius *succedendi*. e)

a) §. 11. I. l. 40. pr. ff. b. t. b) §. 2. 3. Inst. de adquis. per arrog. c) l. 23. ff. b. t. d) l. 35. ff. eod.
HERM. CANNEGIET. obf. iur. Rom. L. II. c. 18.
e) §. 2. I. de leg. agnat. succ.

C. DE ADOPTIONE IN SPECIE.

§. 91.

Adoptio in specie sic dicta,

Ea iure novo a) fieri debet 1) *aetis* interuenientibus, 2) apud magistratum *competentem*, qui plenam habet legis actionem, 3) *praesente* et *non contradicente* adoptando et adoptante. b) Hinc porro nota; 1) coram *tabellione* et per *testamentum* non rete adoptari c), 2) adoptionem pertinere ad iurisdictionem *voluntariam*, 3) adoptionem non iure factam a principe *confirmari*. e)

a) Iure enim antiquo per *tres emancipationes* duasque *manumissiones* in *filiis*, et per *vnam* in caeteris liberis fiebat. b) l. t. l. vlt. C. b. t. c) l. 4. C. eod. HERM. CANNEGIETER. obf. iur. Rom. L. II. c. 20. d) l. 3. 4. ff. eod. e) l. 38. ff. eod.

§. 92.

§. 92.

Eius effectus iure antiquo et novo.

Effectus adoptionis iure antiquo semper erat, vt adoptatus transiret in *patriam adoptantis potestatem*, et vterque inuicem ab *intestato* sibi succederet; quod tamen Iustinianus ita mutauit, vt $\alpha)$ filio familias ab *extraneo* adoptato, patri adoptanti *nulla* in eum competenter iura, aequae ac si adoptio facta non esset; at $\beta)$ eodem ab *descendente* adoptato, maneret ius antiquum. Vnde adoptionis in PLENAM seu PERFECTAM et MINVS PLENAM seu IMPERFECTAM distinctio. Cuius usus est:

I. Ratione PLENE adoptati, vt $\alpha)$ egrediatur ex familia patris *naturalis*, transeatque in familiam patris *adoptiui* $\beta)$ vt subiiciatur eius *patriae potestati*, $\gamma)$ vt gaudeat iure *succedentium* ex testamento cum ab *intestato*.

II. Respectu MINVS PLENE adoptati, vt consequatur quidem *agnationis* iura, sed $\alpha)$ maneat in familia et potestate patris *naturalis* adeoque $\beta)$ succeditum patri *naturali*, cum simul *adoptiuo*; quod uberioris suo loco tradetur. cf. §. 2. l. l. 10. pr. §. 1. 2. 3. C. h. t.

TITVLVS XII.

QVIBVS MODIS IVS PATRIAE POTE
STATIS SOLVITVR.

§. 93.

Connexio.

Patria potestas vel I. plane tollitur, vel II. tan-
tum transfertur, vel III. iterum recuperatur.

§. 94.

De modis tollendi patriam potestatem A. ex causa naturali.

I. PLANE TOLLITVR et quidem:

A. Ex causa NATVRALI I. morte filii. II. mor-
te patris, si nemo, in cuius potestatem liberi *recidere*
possent, adsit. Quo casu 1) liberi patris defun-
cti fiunt heredes *sui*, et 2) nonnulla patriae potesta-
tis iura, si liberi adhuc *impuberes* sint, effectum ha-
bent. Vnde si α) *solus* pater adfuerit vel auus, eius
morte liberi nepotesue *semper* sui iuris fiunt; β) si
auus et pater *simul* adfuerint, et ille quidem filium
eiusque liberos simul in potestate habuerit, hi nec
aui nec patris morte liberantur, cum ex aduerso,
vbi pater tempore mortis aui vel iam *emancipatus* vel
praemortuus fuerit, omnino sui iuris fiant. *Pr. Inst.*
h. t. CAII Inst. L. I. T. VI. VLP. fragm. T. X. §. 2.

§. 95.

§. 95.

De modis tollendi patriam potestatem *B.* ex causa civili et voluntaria. In specie de emancipacione.

B. Ex causa CIVILI eaque $\alpha)$ voluntaria tollitur EMANCIPATIONE, quae est actus, quo liberi volentes ab ipso patre expresse e sua potestate dimittuntur. $\alpha)$ Ea duplex est:

I. ANASTASIANA, quae fit per *rescriptum principis*, modo $\alpha)$ iudici competenti insinuetur, $\beta)$ et ipsi liberi vel apud eundem vel alium iudicem consentiant. $\beta)$

II. IVSTINIANEA, quae fit sola *patris declaratione* apud iudicem competentem cum *consensu liberorum*. $\gamma)$

a) SCHELTINGAE Diff. II. de *emancip.* in FELLENBERGII *iurisprud. antiqu.* Vol. II. HEIMBVRGII *difficult. emanc.* capita Ienae 1742. SENKENBERG. diff. de *iuribus egressis e patr. pot. Rom. et Germ.* Gieffae 1743. et in EI. *libro semelestrum*, ibid. KRAVSII diff. de *differ. emancip. Rom. et Germ.* Vit. 1755. LEYSERI Med. ad Pand. Spec. XXI. THOMASII diff. de *vnu pract. bui. zit.* in Eius Diff. Tom. IV. b) l. s. C. de *emanc. lib.* c) s. 6. l. b. t. l. vlt. C. de *emanc. lib.* Iure enim *antiquo* emancipatio per *venditiones* et manumissiones imaginarias peragebatur, quos vero circuitus Iustiniianus plane sustulit. c. l. vlt. C. de *emanc.* Ceterum de *dulatione* emancipationis in *generalem* et *specialem* cf. GME LIN und ELSASSER *gemeinnützige jurist. Beobacht.* 2ter Band p. 228. BERG. *Oec. iur.* pag. 115. ed. nouiss.

§. 96.

De effectu emancipationis.

Effectus emancipationis est 1) *ratione PATRIS*, $\alpha)$ vt retineat *ius succedendi*; $\beta)$ vt gaudeat *dimidia vñusfructus* parte in bonis *emancipati*; $\gamma)$ vt *nanciscatur*

ciscatur tutelam in impuberes emancipatos, de quibus omnibus suis locis. Reliqua patriae potestatis iura cessant.

II. Quoad ipsos *emancipatos*, vt $\alpha)$ *naturales liberi* retineant ius succedendi $\alpha)$ $\beta)$ *adoptiui* vero eo de-
stuantur $\beta)$ $\gamma)$ *utrique* habeant patriam potestatem
in liberos post emancipationem natos. $c)$

$a)$ L. 15. §. 1. C. de legit. hered. N. 118. c. 1. De iure an-
tiquo cf. L. II. C. cod. I. vlt. C. de emanc. lib. b) L.
10. pr. §. 1. 2. C. de adopt. DONELL. comm. iur. ciu.
L. II. c. 27. c) §. 9. Inst. b. 1.

§. 97.

De causis tollendi p. p. $\beta)$ necessariis.

Haec de causis ciuilibus iisque voluntariis. Por-
ro tollitur ex causa ciuili eaque $\beta)$ NECESSARIA
vel in poenam vel ex alia necessitate.

A. In POENAM $1)$ propter *capitis diminutio-*
nem patris maximam et medium, $a)$ $2)$ propter *leno-*
cium cum filiabus exercitum $b)$ $3)$ propter *infantis*
expositionem $c)$ $4)$ propter secundas nuptias *incestas* $d)$
 $5)$ propter *saeuitias*. $e)$ Ceterum his speciebus *omnia*
patri adimuntur iura, quid, quod, dissoluta propter
incestas nuptias potestate, liberi statim accipient bona
paterna. $f)$

B. Ex ALIA necessitate $1)$ per filii *deportationem*
vel *captiuitatem* $g)$ $2)$ *dignitate*, quam filius est ad-
eptus, a curia liberante, veluti patriciatus, episcopali,
consulatus ordinarii vel codicillaris, praefecturae
praetorio et vrbi, magisterii militum et patrocini
fisci. Hoc tamen casu liberis omnia familiae *iura*
falsa manent, sublatis tantum *incommodis* ex
patris

patris potestate ad eos redundantibus h) 3) propter restitutio[n]em in integrum quam pubes vel minor contra arrogationem impetravit, quo casu simul omnia familiae iura extinguntur i) 4) si quid pater ea lege accepit, vt liberos emancipet k) 5) si filius familias diu ut pater familias, tacente patre, res suas gessit. l)

- a) §. 1. 3. 5. I. b. C. AII. Inſt. L. I. T. VI. §. 1. 2. ibique SCHVLTING. b) l. 6. C. de ſpectac. c) l. 2. C. de inf. expoſ. N. 153. c. 1. d) N. 12. c. 2. e) l. vn. ff. ſi a parent. f) Nou. XII. c. 2. g) §. 1. 3. 5. I. b. 1. h) §. 4. I. b. 1. l. vlt. C. de decur. Nou. 81. c. 1. 2. 3. WOLFG. TRIERI Diſſ. de dignie. quae a patr. pot. liberant. Frs. 1737. i) l. 32. pr. l. 33. ff. de adopt. l. 3. §. 6. ff. de minor. k) l. 92. ff. de C. et D. l) l. 1. C. de patr. pot.

§. 98.

Translatio P. P.

II. TRANSFERTVR patria potestas 1) morte aui, ſuperftite filio non emancipato 2) datione filii in adoptionem plenam 3) arrogatione ipsius patris.
Pr. I. h. t. l. 15. de adopt.

§. 99.

Recuperatio P. P.

III. RECVPERATVR ſoluta patria potestas 1) ingratitudine liberorum emancipatorum a) 2) readoptione b) 3) reſtituto patre vel ex ſpeciali indulgen‐tia principis vel iure poſſimini. c)

- a) l. vn. C. de lib. ingrati. b) l. 12. l. 37. §. 1. l. 41. ff. de adopt. c) §. 1. et 5. I. b. 1. l. 9. C. de ſentent. paſſ. Cet. vid. IORDENS diſſ. de mod. quib. pat. pot. ſolu. Vl‐raj. 1717.

TIT.

TITVLVS XIII.

DE
T V T E L I S.

§. 100.

Transitus.

Haec de iis, qui alieni juris sunt, hominibus; iam de iis, qui sui juris dieuntur. Hi vero vel impuberes sunt vel minores vel maiores. Ipsi sub TUTELA, illi sub CVRA viuunt, hi NEVTRQ IVRE in regula tenentur.

§. 101.

Tutela quid?

TVTEL A) auctore Seruio Sulpicio, est vis ac potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui propter aetatem se defendere nequit, iure ciuili data et permitta b) seu clariss: est munus publicum personale quo quis ad curam personae impuberis morte patris sui juris facti obligatur.

a) de erym. b. v. cf. MENAG. amoen. c. 39. b) §. 2.
I. l. i. pr. ff. b. t. cf. EV. OTTO com. ad I. h. t. §. 1.
HEINECC. elem. Inst. §. 203. GEBÄVERI progr. de
Servii Sulpicii definit. tut. in Ex. acad. Vol. II. WAG-
NERI lib. sing. de genuino defini. tut. inzell. Lips. 1742. 4.
WIESANDI Obs. iur. Rom. et Sax. Spec. I. Vitemb.
1775. 4. et in Eius opuse. Lips. 1782. c) cf. ILL.
SEGERI diff. de bist. tutel. sub lib. republ. Lips. 1760.
PAVL. MONTANVS de iure tutel. Hagae 1657. 8.
CHR. THOMASII diff. de tutelis in diff. Vol. II.

§. 102.

§. 102.

Primum de tutelis axioma.

I. *Tutela est munus publicum personale.* Munus publicum dicitur officium priuati hominis, ex quo commodum in singulos uniuersosque ciues peruenit, auctoritate magistratus suscipiendum. a) Eiusmodi munera erant 1) personalia, 2) patrimoniorum 3) mixta. b)

a) *l. 239. §. 4. ff. de V. S. l. 1. §. 4. l. 18. pr. §. 1. 18. 26. ff. de munere.*

Ceterum in genere nota: tutelam triplici respectu considerari posse 1) quoad totam rempublicam est manus publicum et iuris PVBLICI. 2) Ratione ipsius tutoris et pupilli est quasi contractus; vt loquuntur. 3) Respectu tertii inter pupillum et tutorem efficit personarum aliquam unitatem, qua pupillus ex facto tutoris licito iura sibi adquirit et obligatur. Tit. ff. quando ex facto, tut.

§. 103.

Consecutaria.

Ex quo axiomate intelliguntur regulae: I. Qui munieris publici capax est, simul tutelae capax habetur. II. Sicuti munus publicum sine iusta causa recusari non potest, ita nec tutela; et iniuste recusans mulctae dictione aut pignorum capione cogitur. a) Hinc apparet, filios quidem familias tutores esse posse b) non vero 1) furiosos et mente captos, nisi sub conditione: cum sanas mentis esse cooperint, quae et tacite intelligitur c) nec 2) feminas, excepta iure nudo d) matre et auia, quae tutrices esse possunt, modo 1) renunciauerint Scoto Velleiano, nec 2) transcent ad secundas nuptias e) nec 3) testator eas tutrices fieri prohibuerit. f) Caeterum praferuntur omni-

omnibus collateralibus, non vero tutori testam-
mentario. g)

- a) l. i. ff. de adm. tut. l. 9. ff. de mun. l. 3. C. de susp. tut.
KVESTNERI diff. de rite pign. capionis ap. Rom. §. 6.
b) pr. Inst. qui tut. testam. dari poss. l. 1. ff. b. t. c) l.
2. l. qui test. tut. dari poss. l. 11. ff. b. t. d) Iure
enim antiquo mater per rescriptum principis tutelam im-
petrare debebat, l. vlt. ff. b. t. e) Nou. 118. c. 5.
nec amplius iure novo haec renunciatio iure iurando
fieri debet, Nou. 94. c. 2. f) LEYS. Med. ad Pand.
Spec. 330. Med. I. cf. HAHNII diff. de tut. materna
Helmst. 1661. HENNE diff. de tut. legit. matris ex
auiae, Erf. 1736. KRAVSHII diff. de tut. materna ex iure
com. Germ. et Sax. Vitemb. 1724. DE LUDWIG diff.
f. iur. Rom. et Germ. in mat. tut. in Eius opusc. mis-
cell. T. II. p. 1115. g) cit. Nou.

§. 104.

Axioma secundum.

II. *Hoc munus publicum ex LEGIBVS incumbit. Ergo omnes tutelae in sensu lato sunt legitime. Sed specialis obligatio, qua certa persona ad tutelam vocatur, est, vel 1) expressa patris impuberis in testamento declarata voluntas 2) vel spes succedendi impuberi ab intestato, vel 3) iussus magistratus specialis. Hinc tutela in TESTAMENTARIAM, LEGITIMAM et DATIVAM diuiditur.*

Nota: Iure tum naturali cum germanico quarta tutelae species, quae pactitia dicitur, addi potest, de qua tam an Romanis cognita fuerit, disputatum est, cf. GLAFETY epist. de tut. pactit. Tübinger. 1716. 4. LEYSERI medit. ad Pand. Spec. 327. DARIES diff. de tut. pactit. tam in iure Rom. quam Germ. fundata, eiusque in foris usq. Ien. 1739. HEINECCHII diff. de tut. pact. Lips. 1765. pluresque. Vid. historiam huius controveriae in NETTEBLADTS Hall. Beytr. zur jur. gel. bish. T. I. p. 121.

III.

§. 105.

Axioma tertium.

III. *Tutor primario personae, secundario rei datur.* a) Ex quo patet, officio tutoris contineri:

I. quoad PERSONAM pupilli α) vt ei alimenta praestet β) vt curet vbi et a quo pupillus educari debeat γ) vt eum in iudicio defendat.

II. quoad RES eius α) vt mobiles, quae seruando seruari non possunt, vendat β) vt immobilia fine decreto iudicis haud alienet γ) vt debita soluat et exigat δ) vt redditus ex bonis pupilli percipiat b) ε) vt auctoritatem ad negotia pupilli interponat. ε)

Porro ex hoc axiome intelligitur, eas personas a tutela arcendas esse, quae huic officio satis nequeunt facere, veluti α) minores δ) β) surdos et mutos ε) γ) aegrotos, qui ne suis quidem rebus sufficiere possunt. f)

a) §. 4. I. l. 14. ff. de tut. test. b) de quibus omnibus latius in Pandectis dicetur. c) cf. infra tit. I. de auct. tut. d) §. 13. I. de excus. tut. e) l. i. §. 2. 3. ff. b. f) I. 10. §. 8. ff. de excus.

§. 106.

Axioma quartum.

IV. *Tutor datur impuberi morte patris sui iuris factio.* Pupillus enim dicitur, qui, cum impubes est, desist esse in patria potestate, quod accidit vel morte patris vel emancipatione. Hinc 1) patrem habenti non datur tutor, etiam si pater absens sit, nec 2) feminae puberes tutorem habent, sublata perpetua feminarum tutela.

l. 239. pr. de V. S. l. 6. §. 4. ff. b. t. EV. OTTO de tut. fēm. perp. in diff. iur. publ. et priu. SCHVLTING. ad VLP. fragm. Tit. XI. §. 25. et 27. HEIN. ad L. Pap. Popp. L. II. c. XI. §. 3.

§. 107.

Corollaria.

Praeterea sciendum 1) tutorem in regula non dari ad singulum, sed ad omnia pupilli negotia. a) 2) plures tutores ita constitui posse, vt aut α) singulus certo bonorum generi detur b) aut β) alter fiat tutor gerens, alter vero honorarius, a quo differt tutor notitiae causa datus, adiutor tutelae et auctor tutoris. c)

- a) *l. 12. ff. de tut. test. except. est in l. 10. pr. ff. eod. l. 9. l. 13. pr. ff. de tut. et curat. dat. l. 17. §. 1. ff. de appell.*
 b) *l. 15. ff. de tut. test. c) l. 3. §. 2. l. 24. ff. de adm. min. tut. l. 26. §. 1. ff. de tut. test. l. 13. §. 1. ff. b. t. §. vlt. I. de curat. WILLEMBERG. de tutor. honor. Gedan. 1721. LEYSER. Med. ad Pand. spec. 329.*

TVTELA TESTAMENTARIA.

§. 108.

Tutela testamentaria quid?

Tutela TESTAMENTARIA est, quam ex ultima patris impuberis voluntate suscipimus. a) Originem habet ex XII. tabb. in quibus sic: *Paterfamilias uti legavit de tutela suae rei, ita ius esto. b) Ex qua lege intelligitur huius tutelae indoles: I. Paterfamilias*

lius gaudet hoc iure tutorem dandi. II. Potest legare de re sua, i. e. de liberis in sua potestate constitutis
III. Potest legare i. e. ultima voluntate disponere.
IV. Vti legassit, ita ius effo. i. e. omnis eius dispositio valida est.

a) ALEXANDER POLITVS a S. SIGISMVNDO de ef-
fect. pat. pot. in cond. testam. in MEERM. thes. T. I.
A LVDWIG de différ. iur. Rom. et Germ. in iur. test. et
leg. in Opusc. Miscell. T. II. p. 1071. b) L. i. pr. ff.
b. t.

§. 109.

Quis det tutorem?

Ergo I. PATRI competit ius tutorem dandi, non vero matri, nisi liberos simul heredes scripserit.

l. 4. ff. b. t. cui obstat videtur l. 4. C. b. t. ad quam vid.
BYNKERSH. Obs. L. II. C. 17.

§. 110.

Quibus detur tutor?

Deinde II. Pater liberis in POTESTATE SVA constitutis tutorem dat. Ergo patria potestas est huius tutelae fundamentum, modo liberi non solum tempore 1) testamenti conditi in ea fuerint, sed et tempore 2) mortis testatoris in ea adhuc existant, et 3) mortuo testatore sui iuris fiant. a) Hinc 1) pater non solum tutorem dat liberis α) iam natis, sed et β) postumis suis β) et γ) exheredatis. c) Non vero α) illegitimis, nisi heredes scripserit, tutorque datus a iudice confirmatus sit δ) et β) emancipatis, nisi aequo tutor confirmatus sit ε) 2) auus paternus tutorem dat nepotibus in sua potestate constitutis, si eo mortuo, in patris potestatem haud recidant. f)

E 2

a) l.

- a) l. 73. §. 1. ff. de R. I. b) l. 1. §. 1. 16. §. 5. ff. h. r.
 c) l. 4. pr. ff. cod. d) l. vlt. C. de confirm. tut. e)
 §. 5. I. de tut. f) §. 3. I. cod.

§. III.

Vbi de tute?

Porro III. Pater VLTIMA VOLVNTATE tutorem dat; id est, vel testamento solemnii vel codicillis testamento confirmatis. a) Hinc axioma: nonnulla, quae de TESTAMENTIS cauta sunt, applicari debent TVTELAE TESTAMENTARIE. Vnde:

A. Voluntatem testatoris quoad TVTELAM aequo plenius interpretari debemus, ac in ipsis TESTAMENTIS; ne testator nec quoad tutelam pro parte testatus pro parte intestatus decedat. b) Ex quo sequitur α) tutorem ad partem patrimonii datum, toti patrimonio datum censeri c) β) eundem unius filiorum datum, reliquis omnibus datum videri, modo α) testator sciuerit, sibi esse plures liberos nec β) aut praesumi aut aperte probari possit, testatorem aliter sensisse, 3) eundem filii datum, et filiabus datum esse, 4) eundem liberis datum simul nepotibus datum censeri; secus si filius datus sit, licet alias sub filiorum nomine et nepotes contineantur, 5) eundem vel filiis vel filiabus datum aequo posthumis datum intelligi 6) eundem denique posteris datum omnibus liberis, tam natis quam posthumis, datum videri. d)

B. Si tantum, qui HERedes scribi possunt, et TVTORES dari possunt; si simul muneris publici capaces sint. Ex quo patet, 1) ipsum heredem recte tutorem dari e) nec non 2) furiosum, mentecaptum et minorem. f) Non autem 1) personam incertam g) nec 2) eum, qui se in testamento ipse tutorem scripsit

pfit h) nec 3) in tutoris arbitrio poni posse, cui libe-
rorum tutor esse velit. i)

- | | | |
|---|------------------------------------|--------------------------------|
| a) I. 3. ff. b. t. | b) I. 12. de R. I. | c) §. 17. I. de
excus. tut. |
| ff. b. t. | d) §. 5. I. l. 5. 6. 16. ff. b. t. | e) l. 7. |
| f) §. 2. I. l. 10. §. 3. ff. b. t. nec obstat §. 1. | | |
| I. de excus. tut. et l. vtr. C. de tut. leg. | | g) l. 20. pr. |
| b. t. | h) l. 29. ff. b. t. | i) l. 23. ff. eqd. |

§. 112.

Quomodo dari possit?

Denique IV. cum IVS SIT, uti pater legasset, sequitur, tutorem et a certo tempore et ad certum tempus et sub conditione et usque ad conditionem testamento dari posse, quo quidem casu 1) pendente conditione vel die tutor interim a iudice datur 2), deficiente ea, tutela ad legitimum tutorem peruenit. I. 8. §. 1. 2. I. II. pr. ff. h. t.

§. 113.

De confirmatione tutorum.

Nonnunquam tutoris testamentarii CONFIRMATIO accedere debebat. Ea erat actus, quo tutor testamentarius CONTRA LEGES datus, pro IVSTE dato a magistratu declarabatur. Contra leges datus censebatur 1) si eum dederat, qui non poterat. 2) Si datus erat, cui dari non poterat. 3) Si non datus erat, quomodo et ubi debebat. a) Ipsa vero confirmatio aut CVM aut SINE inquisitione vel satisdatione fiebat. En rem ipsam! Contra leges datus α) a PATERE omni modo; β) a MATRE cum inquisitione sed sine satisdatione; γ) ab EXTRANEO, cum inquisitione et satisdatione confirmandus erat. b) Sed haec hodie sunt inutilia; cum in Germania non solum omnes omnino confirmari debeat tutores, sed

E 3

et

et ipsius confirmationis hodiernae alia, quam Romanae, sit indoles. c)

- a) L. i. §. 1. ff. de confirm. tut. b) L. i. §. 2. L. 2. l. 3.
 l. 5. 6. l. 7. pr. ff. l. 8. 9. 10. ff. l. vlt. C. eod. l. 4. ff.
 b. t. c) vid. Reform. pol. imp. de 1548. Tit. 31. §. 2.
 et Ordin. poliz. Imp. de 1577. Tit. 32. §. 2. AYRERI
 diff. de differ. iur. Rom. et Germ. in confirm. tut. Goet.
 1748.
-

TITVLVS XV.

DE

LEGITIMA AGNATORVM TUTELA.

§. 114.

Tutela legitima quid?

Altera tutelae species dicitur LEGITIMA. Ea in genere est, quae proximis impuberis heredibus intestato defertur. Ergo fundamentum huius tutelae est spes successionis ab intestato. Vnde regula: *vbi est SUCCESSIONIS emolumenntum, ibi et plerumque onus TUTELAE esse debet.* a) Dicitur: *plerumque.* Excipiuntur enim 1) nonnullae personae, quae quidem successionis capaces, at tutelae incapaces sunt, v. g. feminae et minores 2) qui iustum habent *excusandi* caufam, quamvis heredes esse possint; de qua re infra.

- a) §. vn. I. de leg. parron. tut. l. 73. pr. de R. I. IO. BERN. FRISII diff. de nexus tutelae et successionis legitimae, Ien. 1719. Dissent. WIESAND. Obs. iur. Rom. et Sax. Spec. 3. Vit. 1775. 4. et in Eius opus.

§. 115.

§. 115.

Tutela legitima quotuplex?

Cum vero ius succedendi ab intestato competit:

I. AGNATIS, quibus disertis verbis in XII.
Tabb. datum est; a) et nonnunquam: II. EXTRA-
NEIS; sequitur, tutelam legitimam esse vel AGNA-
TORVM vel EXTRANEORVM. Ad priorem per-
tinet etiam tutela fiduciaria; ad posteriorem vero,
tutela patronorum et parentum.

cf. C. F. WALCHII diff. de legitima extrancorum tutela
Sect. I. Ienae 1753. Ceterum subspecies tutelae legiti-
miae erat *cessicia*, de qua cf. KVESTNERVM de tut.
cessi. Lipsi. 1745. HEINECC. ad L. Pap. Popp. L. II.
c. XI. §. 3.

§. 116.

Quando ei locus sit.

Locus ei est 1) si parens vel *plane* vel *quoad tutelam* intestatus decepsit a) 2) testamento, quo tutor datus est, *defituto*; iacente enim hereditate tutor interim a iudice datur b) 3) mortuo tutele testamentario, vel, si plures fuerint, mortuis omnibus c) 4) datione tutoris testamentarii *ipso iure nulla* 5) deficiente die vel *conditione*, sub qua testamentarius datus erat. d)

a) §. 2. I. b. r. l. 6. ff. b. r. b) l. 9. l. n. pr. ff. de tut.
test. c) §. 2. I. b. r. l. n. §. 3. 4. ff. de tut. test. l. 3.
g. 6. ff. b. r. d) l. 8. §. 1. l. n. pr. ff. de tut. test.

§. 117.

Quando cesset.

Ex opposito non obtinet;

I. Quoties adhuc testamentaria speratur; a) unde cessat a) testamento vel propter iniustam liberorum

E 4

ex

*exheredationem vel posthumu agnationem inualido b)
β) pendente die vel conditione, sub qua tutor testa-
mentarius datus erat. c)*

II. *Quoties semel tutela ad testamentarium adhuc
vuentum tutorem deuoluta est. Ergo cessat: α) si
testamentarius se excusaverit; β) si remotus sit. d)*

- a) l. u. pr. de tut. test. b) l. 31. ff. de tut. test. Nou.
n. 5. c. 3. in fine. c) l. u. pr. ff. de tut. test. d) l.
u. §. 1. ff. eod. cf. THOMAS. in not. ad Straubii diff.
Iur. Inst. Exerc. V. §. 10. et ad HVBERI prael. ad Inst.
Tit. de tut. test. n. 3.

§. 118.

De tutela agnatorum legitima.

Haec de tutela legitima in genere. De tutela AGNATORVM in specie notandum: I. iure antiquo solos agnatos et gentiles, exclusis cognatis, ad tutelam vocatos fuisse, illis solis ad successionem ab intestato admissis; II. sed iure novo, sublato agnatorum cognatorumque, quod successionem attinet, discrimine, hos aequali iure cum illis ad tutelam admitti, modo capaces tutelae et masculi sint, excepta, ut vidimus, matre et auia. Ex quo fluit: 1) in tutela legitima hodie eundem, quem in successione ab intestato, ordinem seruari; hinc 2) proximiorem excludere remotiorem, 3) proximiori ipso minore interim alium tutorem dari, 4) eodem plane incapaci proxime sequentem ad tutelam vocari. 5) pluribus eodem gradu existentibus, omnibus quidem tutelam deferri, sed posse tamen unum a iudice eligi, cui bonorum administratio committatur.

§. 7. I. de cap. dim. l. 10. §. 7. ff. de excus. tut. l. 3. §. 9.
l. 10. pr. ff. b. r. Nou. 118. c. 4. 5.

TIT.

TITVLVS XVI.

DE

CAPITIS DIMINVTIONE.

§. 119.

C o n n e x i o .

Ius agnationis et hinc simul tutela agnatorum maxima et media capitis diminutione cessat, vnde hoc titulo de ea agitur.

§. 120.

Capitis diminutio quid et quotuplex?

CAPITIS DIMINVTIO est mutatio status CIVILIS. Caput itaque idem est, quod status civilis. Qui cum triplex sit (§. 39.) et ipsa capitis diminutio triplex est: vel *maxima*, vel *minor* sive *media*, vel *minima*.

von BRAVN von der Einheit. der cap. dim. in SCHOTTS jur. Wochenbl. 3ter Jahrgang. Capitis diminutionem semper esse amissionem status civilis tradit WIESANDVS obf. iur. Rom. et Sax. Spec. II. Et in Ei. opusc.

§. 121.

De MAXIMA C. D.

I. MAXIMA est, cum aliquis simul et CIVITATEM et LIBERTATEM amittit. Quod iure nouissimo accidit 1) seruis poenae, quae tamen seruitus a Iustiniano in fauorem cognatorum sublata est a) 2) libertis ingratis erga patronos b) 3) maioribus XX.

E 5

annis

annis, qui se pretii participandi causa venundari possunt c) 4) captis ab hostibus, nisi iure postliminii restituti sint. d)

- a) §. 1. I. b. t. Nou. 22. c. 8. b) l. vn. C. de libert. integrat. c) §. 1. I. b. t. d) MAIANSII diss. de postlim. in Ei. diss. T. I. SALMAS. obf. ad ius Attic. cap. 26. ROM. TELLERI diss. de iure postlim. Lips. 1758. Iure antiquo et incensi et mulieres ingenuae in servii alieni amplexus ruentes, maximam capitii diminutionem patiebanur, cf. HEIN. antiqu. h. t. §. 3. et 8.

§. 122.

Media C. D. quid?

II. MEDIA est, cum ciuitas quidem amittitur, libertas retinetur. Quae accidit, 1) exilibus, non vero relegatis 2) aqua et igne interdictis 3) deportatis in insulam 4) transfugis 5) hostibus iudicatis.

§. 2. I. l. 5. ff. b. t. RETES de interdictis et relegat. in MEERM. thes. T. V. HEIN. synt. ant. b. t. IVSTI Spec. obf. crit. c. VIII. Viennae 1765. 4.

Obserua: Vtraque haec capitii diminutio mors civilis dicitur, cum Romani seruitutem mortalitati fere compararent, et, qui ciuitatem amiserat, quasi pro mortuo haberetur. l. 209. de R. I. §. 1. I. quib. mod. p. p. toll. Vnde poena capitalis apud Romanos haec quoque dicitur, quae consistit morte ciuili, et crimen capitale est, quod capitii diminutione maxima vel media punitur. l. 2. pr. l. 6. §. vlt. ff. de poen.

§. 123.

Minima C. D. quid?

MINIMA est cum ciuitas retinetur et libertas, sed status familiae amittitur. Quam quidem patiuntur I. omnes qui cum sui iuris fuerint, cooperunt esse alieno iuri subiecti; id, quod accidit α) arrogatis et

et β) legitimatis. II. Omnes, qui cum *alieni iuris* fuerint, *sui iuris esse coeperunt*. Hoc vero iure veteri accidebat emancipatis, quod tamen iure nouo mutatum. a) III. Omnes, qui, cum nec *sui* nec *alieni iuris esse coeperint*, *familiam tantummodo commutant*; quod fit in α) arrogatorum liberis et β) in plene adoptatis. b)


a) §. 3. I. l. 3. §. 1. ff. b. 2. Nou. 118. c. 4. 5. CONRADI de min. cap. dim. in parerg. iur. ciu. L. II. p. 264.
b) l. 40. ff. de adopt.

§. 124.

Vfus bodiernus.

Quod vsum hodiernum huius doctrinae attinet notandum: I. Maximam hodie occurrere non posse, deficiente apud nos tali, qualem Romani habebant, seruitute, nisi quod nonnulli statuant, captiuos *infideles* ex iure retorsionis hodienum pro seruis censeri, infidelibus captiuos Christianos aequae pro seruis habentibus. II. Medianam adplicari a plerisque *proscripitis* ex Imperio et relegatis cum fustigatione a) III. Minimam hodienum iisdem, quibus apud Romanos, speciebus locum habere.

a) cf. STRYCK Vf. mod. tit. de statu hom. §. 3, et tit. de cap. dim. min. §. 7. sqq.



TITVLVS XVII.


DE

LEGITIMA PATRONORVM TUTELA.

§. 125.

Tutela patronorum quid?

Altera tutelae legitimae species est PATRONORVM tutela. Cum enim l. XII. tabb. patronos ad libertorum successionem ab intestato vocaret, ibique, vbi spes hereditatis esset, simul tutelae onus esse deberet, ex interpretatione prudentum tutela in libertos impuberis patronis ita delata est, ac si nominatim de ea in XII. tabb. cautum esset. §. un. I. h.t.



TITVLVS XVIII.

DE

LEGITIMA PARENTVM TUTELA.

§. 126.

Tutela parentum quid?

PAENTVM tutela, quae patronorum tutelae subspecies est, dicitur, quae patri in filium emancipatum impuberem incumbit. Cum enim iure veteri emancipatio manumissione imaginaria (§. 95.) fieret, emancipatus pro liberio et pater emancipator pro eius patro-

patrono habebatur, vnde et qua talis tutelam filii im-
puberis suscipere debebat. Ea olim tutela fiducaria
ab interposito fiduciae pacto dicta, sed post-
ea ad legitimas tutelas relata est. §. vn. I. h. t.

§. 127.

Vetus bодиernus.

Cum vero hodie in emancipationibus haec ma-
numissio cesset, per se patet, eiusmodi tutelam iure
nouo non posse existere. Aliter dicendum, si pater
ex constitutione *Anastasiana* vel *Iustinianea* impube-
rem emancipet. Tunc enim procul dubio pater est
emancipati tutor, sed non qua *patronus* sed qua *proximus agnatus*. Haec vero tutela patris legitima dif-
fert in nonnullis a patria eius potestate. Praeterea
pater hodie et *curator bonorum liberorum* non eman-
cipatorum esse potest; quam quidem curam a tutela
differre, per se intelligitur.

cf. QVISTORP. wieferne einem Vater die Vormundschaft
und Verwaltung der Güter seiner Kinder durch letzte
Willensverordn. genommen werden könne? in dessen Bey-
träge, zur Erläut. versch. Rechtsmat. erstes Stück. Rost.
et Lips. 1778. 8.

TITVLVS XIX.

DE

FIDVCIARIA TVTELA.

*-am cred endiciorum est ut hoi etiay mu
-imi geslari inoinar §. 128.
-tela fiduciaria quid?*

FIDVCIARIA tutela est, quae filiis maioribus mor-tui patris emancipatoris in impuberem emancipatum defertur. Ea competebat 1) fratri et quidem sic: Habebam duos filios, alterum maiorem, alterum impuberem. Impuberem emancipans tuebar eum tanquam legitimus. Me mortuo, frater perfectae aetatis erit tutor fiduciarius 2) patruo fratri filio, quomodo? Habebam filium maiorem et nepotem ex filio mortuo. Emancipaui nepotem. Ego quidem ut legitimus tutor ero; post meam vero mortem patruus ut fiduciarius tuebitur. 3) Patri in filium hunc in modum: Habebam filium maiorem atque ex eo nepotem impuberem. Nepotem emancipaui. Ego quidem ut legitimus tuebor, post me autem pater ut fiduciarius. Ita THEOPH. paraphr. h. t. cf. quoque GEBAVERI excurs. V. ad Inst.

TIT.

TITVLVS XX.

DE

ATILIANO TVTORE, ET EO, QVI EX
LEGE IVLIA ET TITIA DATVR,

§. 129.

Tutela' dativa ex tutoris datio quid?

Vltima tutelae species est DATIVA, quam dicimus eam, quae deficiente tutele testamentario et legitimo ex sententia magistratus alicui datur. Vnde ipse, qui tutor datus est, datiuus, aut cum ex lege Atilia descendat, Atilianus tutor appellatur. TUTORIS DATIO ipsa est actus legitimus, quo in subsidium vi specialis legis a magistratu tutor constituitur. Igitur ea est I. actus legitimus II. locus ei est in subsidium III. Magistratus ex speciali lege tutorem dat.

cf. MARCHII diff. de tutor. ex L. Iulia et Titia Lips. 1736.
WILDVOGELII diff. de tut. dat. Ienae 1691.

§. 130.

Axioma primum.

Tutela dativa I. est ACTVS LEGITIMVS, vnde tutor nec ad tempus, nec sub conditione dari potest, a) nisi α) conditio ipsi tutelae naturae insit b) vel β) tutor testamentarius tantum impediatur. c)

a) I. 77. de R. I. b) I. 6. §. I. ff: de tut. c) §. I.
I. b. r.

§. 131.

§. 131.

Axioma secundum.

Deinde II. locus ei est in SVRSIDIVM, i. e. deficiente tute re et testamentario et legitimo. Hinc nota regulas:

A. Quoties tutor testamentarius vel legitimus NVL-LVS plane adest, toties tutor a magistratu datur. a).

B. Quoties tutela TESTAMENTARIA adhuc SPERATVR, toties datiuae interim locus est. Vnde obtinet 1) pendente die vel conditione, sub qua testamentarius tutor scriptus est b) 2) iacente hereditate, pupillo ipso exheredato, licet tutor pure scriptus sit c) 3) tute re testamentario impedito d) 4) si tutor testamentarius adpellauerit. e)

C. Quoties tutela semel ad TESTAMENTARIVM VIVVM deuoluta est, toties datiuia locum sibi vindicat; hinc datur tutor testamentario excusato aut remoto. f)

a) pr. I. b. t. b) l. II. pr. ff. de tut. test. c) §. I.
I. b. t. d) §. 3. I. eod. l. 17. de test. iur. e) l. 2.
ff. b. f) l. II. §. I. de tut. test.

§. 132.

Axioma tertium.

III. Magistratus ex SPECIALI lege tute rem dat. Haec lex specialis erat Atilia, qua praetori urbano, et Iulia et Titia, qua prouinciarum praesidibus tutores datio concessa erat. Ex eo colligebant Romani 1) tutoris dationem esse iurisdictionis extraordinaiae 2) nec eam mandari posse l. 8. pr. ff. h. t.

§. 133.

§. 133.

Corollaria.

Perro nota:

I. Tutorem dat magistratus *loci*, *a)* vel eius vnde pupillus *originem* habet, *b)* vel eius, vbi sunt *facultates* pupilli *sitae*. Vnde 1) si bona sub *diuersis* magistratibus sita sint, *singulus* rerum, sub sua iurisdictione sitarum, *specialem* tutorum dat. 2) magistratus *domicili* non dat tutorem. *a)*

II. Magistratus *maiores* cum *inquisitione*, sed sine *fatisdatione*, *minores* cum *fatisdatione* tutores constituant. *b)*

III. Tutor recte datur *civilibet* pupillo, hinc et absenti, ignorant, inuito. *c)*

IV. Non potest magistratus dare 1) *semetipsum* 2) *prohibitum* a patre 3) eum, qui in legatione est, 4) eum, qui se ingerit, vt creetur 5) eum, qui pecuniam dedit, denique 6) eum, qui alienae iurisdictioni subest, nisi in propria iurisdictione idoneus haud reperiatur. *d)*

V. Nulla est tutoris *datio* 1) si magistratus *furious* et *demens* tutorem creauerit 2) si tutor *a)* aut *habenti* tutorem, sed eo *absente*, quasi *non habenti* *b)* aut *minori*, *c)* aut pupillo, *patrem* *habenti* *d)* aut sub *conditione* aut ab *incompetente* iudice immediate datus sit. *e)*

- a) l. 27. ff. b. t. l. vn: C. vbi pet. tut. b) pr. et §. vlt.
I. de farisd. tur. c) l. 5. 6. ff. b. t. d) l. 4. l.
21. §. 2. 3. et 6. l. 24. ff. eod. HERTELII diff. de *tutore*
alienae iurisd. Ienae 1739. e) l. 8. §. 1. l. 10. 26. ff.
b. t. l. 6. §. 1. et 4. ff. de *tut.* l. 5. C. qui dare *tut.*

§. 134.

Vsus badiernus.

Sed hodie 1) tutoris datio non est actus legitimus 2) pertinet ad iurisdictionem ordinariam 3) quilibet magistratus ea gaudet 4) ei locus est, si magistratus tutorem testam. et legit. ex iusta causa non confirmauerit.

DE LVDEWIG de different. iur. Rom. et Germ. de tut. Atil. in Eius opusq. Miscell. T. II. p. 1161.

TITVLVS XXI.

DE

AVCTORITATE TVTORVM.

§. 135.

Auctoritas tutoris quid?

Cum pupillus propter iudicii, quo pollet, imbecillitatem circumueniri facile posset, si negotia solus ipse perageret, cautum, vt, quae damnosa ipsi esse possent, negotiis accederet TVTORIS AVCTORITAS, quae est *alitus legitimus*, quo tutor id, quod pupillus *infantia major gerit*, et ex quo conditio eius deterior posset fieri, se probare dicit. Itaque est I. actus legitimus II. supponit pupillum *infantia maiorem* III. necessaria est, vbi deterior reddi eius conditio posset.

pr. L. l. 3. ff. b. t. GVNDLING. de auctor. tut. in GVNDLINGIAN. part. 29. p. 362.

§. 136.

§. 136.

Axioma primum.

I. *Eft ACTVS LEGITIMVS.* a) Hinc 1) *sta-*
tim in ipfo negotio b) 2) *ab ipfo tutore praesente et,*
quid agatur, sciente 3) *pure et 4) exprefſe interpo-*
nenda erat. c)

a) Difſent. CVIAC. L. XV. obſ. 16. b) §. 2. I. b. 2.
obſtare videtur l. 25. §. 4. de adq. hered. cf. CVIAC.
L. XIII. obſ. 31. HOTTO M. L. XII. obſ. 2. GODOFR.
ad l. 29. de R. I. VINNIUS ad h. t. §. 2. ibique HEIN.
c) §. 2. I. l. 8. l. 9. §. 5. ff. b. 2.

§. 137.

Axioma secundum.

Cum II. *pupillus INFANTIA MAIOR ESSE*
debeat, auctoritate tutoris in negotiis infantium non
opus erat, cum hi ipſi nihil peragere posſent, l. 1.
§. 2. de adm. tut.

§. 138.

Axioma tertium.

III. *Necessaria eft, cum pupilli conditio reddi DE-*
TERIOR poſſet; quod fit, cum vel aliquid promittit
vel alienat e bonis suis. a) Hinc tutor debet auctor
fieri 1) in omnibus, ex quibus obligationes mutuae
nascuntur, causis; in his enim si deficiat tutoris au-
ctoritas, ipſi quidem, qui cum pupillo contraxerunt,
obligantur, at inuicem pupillus non obligatur; niſi
α) locupletior factus sit b) aut β) contractus in eius
rem verius fit, c) aut γ) obligatio ex re oriatur d)
aut δ) dolo malo aliquid fecerit, modo pubertati pro-
ximus fit ε) 2) in aditione hereditatis, bonorum
possessionis petitione, fideique commissi acceptione f)
3) in mutuo, quod pupillus credere vult g) 4) in
solutionibus creditoribus faciliſ. h)

F 2

a) pr.

- a) pr. I. l. 9. pr. §. 1. ff. b. t. b) pr. I. l. 5. pr. §. 1. ff.
 b. t. c) arg. tit. ff. de in rem verso. d) l. 46 ff.
 de O. et A. l. 33. ff. pro fac. e) l. 11. de R. l. f) §.
 i. l. 9; §. 3. ff. b. t. CVIAC. obf. L. I. c. 34. g) l.
 9. pr. eod. h) l. 9. §. 2. eod.

§. 139.

Quando auctoritas tutoris cesseret?

Ex opposito nonnunquam tutoris auctoritas vel
 A. non necessaria vel B. plane inutilis est.

A. NON NECESSARIA est: 1) quoties titulo *lucrativo* sibi adquirit pupillus, 2) quoties alium sibi obligat, 3) in obligationibus solam pupilli personam concernentibus; v. g. in sponsaliis, 4) in adquirenda possessione. a)

B. Plane INVTLIS est 1) In testamentis impuberum 2) in negotiis, quae tutor vel immediate vel mediate cum pupillo gestit, propter regulam: *tutor non potest in rem SVAM auctor fieri*, nisi tantum per consequentiam cum pupillo negotium habuerit. b) Vnde 1) pupillus tutori, eo auctore, obligari, hincque mutuum dare vel vendere aliquid non potest, nisi α) qui auctor fiat, adsit contutor; β) emtio palam facta sit, aut γ) creditor pignus pupilli distraherit, aut δ) tutor non sit gerens aut ε) pupillus maior factus emtionem comprobauerit, aut ζ) locupletior factus sit τ) 2) tutor cum pupillo non potest agere, nisi dato prius pupillo curatore δ) 3) pupillus tutorem, eo auctore, liberare non potest. 4) Pupillus tutoris, quem in potestate habet, filio obligari, licet patre consentiente, non potest. f)

- a) pr. I. l. 9. pr. ff. b. t. l. 11. ff. de A. R. D. l. 20. ff. de
 R. N. l. 32. §. 2. ff. de adq. poss. b) l. 1. pr. l. 2. pr.
 ff. b. t. c) cf. l. 5. 6. ff. eod. l. 46. de contr. emt.
 d) §.

- d) §. 3. I. b. t. Nou. 72. c. 2. VLP. fragm. XI, 24.
 e) l. 22. ff. b. t. f) l. i. pr. b. t.

§. 140.

Corollaria

Ceterum adhuc obserua 1) tutorem, vt auctor fiat, non cogi, a) 2) tutorem gerentem tantummodo auctoritatem interponere posse b) 3) ex pluribus tutoribus unius sufficere auctoritatem, nisi vel α) tutela pro regionibus aut *substantiae partibus* diuisa, vel β) actus eiusmodi sit, quo tota tutela finitur c) 4) in alienandis pupilli *immobilibus* solam tutoris auctoritatem non sufficere, sed accedere iudicis *decretum alienandi* debere d) 5) pupillo laeso dari *restitutionem in integrum*, licet tutoris adfuerit auctoritas. e)

- a) l. 17. ff. b. t. b) l. 4. ff. eod. T. c) l. 4. l. §. pr. ff
 eod. l. vlt. C. de auctor. praest. d) tit. ff. de rebus
 eor. qui sub cura sunt. e) tit. ff. de minor.

§. 141.

Vsus bo diernus.

Hodie 1) tutoris auctoritas non est actus legitimus 2) ipsi tutores pupillorum negotia gerunt 3) non distinguitur inter *infantem et infantiae proximum*.

F 3

TIT.

TITVLVS XXII.

QVIBVS MODIS TVTELA FINITVR.

§. 142.

Tutela quo modis finiatur.

Modi, quibus finitur tutela, sunt vel I. NATVRALES, vel II. CIVILES, hique vel A. *Communes*, vel B. *Proprii*.

§. 143.

De modis naturalibus.

I. Modi NATVRALES sunt 1) vitium corporis animiue superueniens, quo tutor *inhabilis redditur* a) 2) *Mors tutoris naturalis*, cum tutela sit munus *personale*. Hinc regula: *nulla tutela iure hereditario ad alium transit*. b) Attamen rem sic habe α) *inchoata a defuncto tutori negotia perficere eius heredes debent* c) β) *iura et obligationes ex tutela et in et ad tutoris heredes transeunt* d) γ) *si plures tutores testamentarii sint, tutela non, nisi omnibus defunctis, finitur* e) 3) *Mors pupilli naturalis; obligatio tamen defuncti pupilli, ad praestandam tutori indemnitatem, tenet quoque eius heredes. f)*

a) l. 17. ff. de tut. b) l. 16. §. 1. ff. eod. c) l. 36.
 §. 1. ff. de admin. tut. l. vn. §. 1. ff. si pend. appell.
 d) l. 1. C. de hered. tut. CVIAC. Obs. L. XIII. c. 39.
 ZOLLERI diff. de culpa ab hered. tut. praeft. Lips. 1779.
 e) l. u. §. 4 l. 34. ff. de tut. test. f) l. 3. §. 9. ff. de contrar. tut. act.

§. 144.

§. 144.

De modis ciuilibus.

II. Modi CIVILES:

A. *Communes* sunt: I. Capitis diminutio $\alpha)$ tutoris, maxima et media; $\beta)$ pupilli, quaecunque, $a)$ 2) Pubertas pupilli minus plena. $b)$ 3) Remotio et 4) excusatio, secundum ea, quae inferius propo-
nentur.

B. *Proprii* sunt: I. Quoad tutelam *testamentaria*, existens dies, vel, ad quam tutor datus erat, conditio. $c)$ II. Quoad tutelam *legitimam*, et quidem matris *auiaeque*, secundas nuptiae $d)$ (cf. §. 103.) III. Quoad tutelam *datiuam* 1) existens dies vel conditio, ex et *sub* qua tutor testamentarius datus erat 2) remotum, propter quod tutor testamentarius legitimusue statim tutelam suscipere non potuit, impedimentum. $e)$

a) §. 1. 4. I. b. b) pr. I. eod. c) §. 5. I. b. t. d) Nou. 94. c. 2. Iure antiquo tutela agnatorum legitima *emancipatione*, qua ius agnationis tollebatur, cessabat, quod tamen Nou. 118. c. 4. mutatum est. e) vid. §.

§. 145.

De effectibus tutelae finitae.

Effectus finitae tutelae

I. Ratione TUTORIS sunt: $\alpha)$ vt rationes reddat, $\beta)$ vt omne, quod dolo, culpa lata et *leui* de-
dit, *dannum* resarciat; quem in finem pupillo adver-
sus eum datur tum *actio TVTELAE DIRECTA*,
cum *aetio de DISTRAHENDIS RATIONIBVS*. $a)$

II. Ratione PUPILLI: $\alpha)$ vt tutorem reddat
indemnum, ad quod *actione TVTELAE CONTRA-
RIA* potest compelli. $b)$

F 4

a) pr.

a) tit. ff. de tut. et rat. diffr. b) tit. ff. de act. sur. contr.

§. 146.

Vfus. bodiernus.

Hodie pubertate non finitur tutela, ut tit. seq. tradetur. Deinde quoad actiones §. praec. allatas nonnulla aliter seruantur, quae tamen commodius in Pandectis possunt dici.

TITVLVS XXIII.

DE

CVRATORIBVS.

§. 147.

C ur a r o r q u i s?

CVRATOR in genere est quicunque rerum alienarum administrator; at in specie est; administrator bonorum eius, qui *in ipse supereſſe non potest.* a) Ceterum cura diuiditur;

I. Quoad ORIGINEM in *legitimam et datiuam seu honorariam;* b) *testamentaria enim, nisi accesserit iudicis confirmatio, non valet.*

II. Ratione OFFICII in *simplicem seu realem et mixtam.* Hoc quidem titulo de ea, quae vel 1) ob animi corporis vitium; vel 2) ob aetatis lubricitatem contigit, agitur.

a) Hinc

a) Hinc differt a negotiorum gestore et procuratore, licet vox curatoris et procuratoris saepius promiscue usurpetur. BYNKERSH. L. II. Obs. 20. b) §. I. b. t.
VLPIAN. fragm. Tit. XII. §. I.

§. 148.

De legitima cura.

I. LEGITIMA curatio est:

A. *Furiosorum*, de qua tenendum: 1.) iure XII. tabb. iis tantum, qui simul heredes *sui* et *ingenui* essent, furiosis curatorem datum esse; cum *libertis* et *emancipatis* furiosis Praetor curatorem daret a) sed iure *novo*, quo liberti et emancipati parentibus succedunt, nec amplius emancipatione iura agnacionis tolluntur, omnibus omnino furiosis agnatos cognatosque legitimos esse curatores. 2.) Opus esse *causae cognitione*, in qua iudex inquirit: a) annon furor *filius* sit β) an cognatus *habilis* curae sit, β) 3.) officium curatoris perdurare per *totum* furoris tempus, licet tempore *dilucidii* interualli *perfectissimi* ipse furiosus omnia, quae sanis hominibus competunt, facere possit. c)

B. *Prodigorum*, quibus administratio bonorum interdicta est. His enim lex XII. tabb. aequa ac furiosis agnatos curatores constituit; quod tamen de iis tantum intelligendum prodigiis, qui parentum heredes ab intestato erant; libertinis enim itemque ingenuis, qui ex testamento patris heredes facti sunt, Praetor curatorem dabat. d) Ceterum nota: 1.) durante interdictione administrationis bonorum ipsum prodigum *nihil* tam inter viuos quam mortis causa in alium transferre posse e) 2.) cessante prodigalitate, ubi per decretum magistratus constat, eum sanos mores recepisse, *ipso iure* curam cessare. f)

F 5

a) VLP.

- a) VLP. fragm. Tit. XII. b) l. 6. 13. ff. de cur. fur.
 c) l. 6. C. b. t. d) VLP. l. c. §. 2. 3. PAVLI rec.
 sent. L. III. Tit. 4. A. de testam. §. 7. e) l. 10. pr.
 ff. de cur. fur. l. 18. ff. qui test. fac. poss. f) l. 1. pr.
 ff. de cur. fur. CVIAC. et SCHVLT. ad PAVLI l. c. §.
 12. REINOLDI varia c. 41.

§. 149.

De datoriua cura.

II. DATIVA cura locum habet: 1) propter animi vitium, quoad mente captos, quibus cum leg. XII. tabb. haud prospexerint, curator a magistratu dandus erat a) 2) propter corporis vitium, quoad surdos, mutos et perpetuo aegrotos b) 3) propter iudicij imbecillitatem, quoad minores, quibus curatores dabantur, licet puberes essent. Attamen c) ex L. Laetoria non omnibus omnino, sed lastius tantum et dementibus curatores dabantur; c) quod tamen β) ex constitutione D. Marci mutatum ita, ut omnibus adultis, etiam non redditis causis curator constitueretur. d)

- a) §. 4. I. b. t. HVBER obs. iur. bam. L. III. c. 18. b) §.
 4. I. b. t. c) HETZERI diss. ad L. Laetor. Lips.
 1749. HARTWIGII breu. bistor. curar. Lipsiae 1763. 4.
 d) CAPITOL. in D. Marco, c. X. ad quem locum cf.
 HETZER, HARTWIG II. cc. CRVSIUS in FELLEN-
 BERG. iuriapr. aut. T. II. SCHVLTING. ad CAII in-
 stir. L. I. T. VIII. n. 7. RITTERVS ad Heinr. bift. iur.
 L. I. §. 99. EV. OTTO comm. ad Inst. h. t. §. 2.
 VINNIUS ad eund. locum ibique HEINECC.

§. 150.

Differentiae inter tutores et curatores.

Ceterum inter tutorem et curatorem minoris hae potissimum erant differentiae: 1) ille impuberibus; hic minoribus dabatur 2) ille primario personae curam habebat, secundario rei; hic primario rei, se-
 cunda.

cundario *personae*; a) 3) ille testamento datus *non* egebat in regula confirmatione; at hic omnino b)
4) ille ad *omnia* dari negotia debebat; hic et ad *sin-*
gulum actum recte constituebatur c) 5) ille *inuitio*,
hic tantum *petenti* et *consentienti* dabatur d) 5) ille
tutorem habenti *non* dabatur, hic et tutorem et cu-
rаторем habenti adiungitur e) 7) ille *auctoritatem*, hic
consensum interponit. f)

a) l. 12. §. 3. ff. de adm. tut. l. 20. ff. de R. N. b) §.
l. I. b. t. c) §. 2. I. b. t. d) l. 2. §. 4. 5. ff. qui per-
tut. nisi α) minor item habeat, vel β) ipsi a credito-
ribus solvatur, vel γ) tutor ei rationes reddere velit;
his enim speciebus et *inuitio* curator dabatur. §. 2. I. b.
z. l. 7. C. qui per. tut. l. 7. §. 2. ff. de minor. Difflent.
SCHVLT. et RITTER. ll. cc. sed cf. VINNIUS ad b.
z. §. 2. ibique HEIN. e) Quod sit α) propter ad-
uersam valetudinem, senectutem, absentiam et tem-
porariam tutoris excusationem; β) si tutor legitimus
vel propter dolum vel culpam inidoneus sit. γ) si tu-
tor testamentarius aequo ad administrationem inido-
neus sit; nec tamen fraudulenter negotia gerat δ) si
tutela tam late difusa sit, ut unus administrationi non
sufficiat. §. 5. 6. I. b. t. l. 13. pr. ff. de tut. l. 11. 15. l. 20.
§. 1. ff. de tut. et cur. dat. l. 3. 5. C. in quib. cauf. tut.
bab. HVBERI Digress. L. III. c. 19. Sed in his casibus
etiam tutor dari dicuntur in l. 12. et 15. ff. de tut. cf. VIN-
NIVS et LVDVEL. ad h. t. §. 5. f) l. 2. C. qui
leg. pers. in iud. cui obstat videtur l. 101. de V. O. cf.
NOODT de pac̄t. c. 20. Praeterea vid. PVETTMAN-
NI probab. iur. ciu. L. I. c. 21. Ceterum de his diffe-
rentiis vid. quoque CVIAC. Obs. XVII. 7.

§. 151.
Corollaria.

Praeterea nota: 1) eosdem magistratus *curato-*
res dare, qui et *tutores* dare possunt a) 2) eosdem
curatores, qui *tutores*, fieri posse, modo excepere
α) matrem et auiam, et β) filios b) 3) finiri curam
cessante

cessante eius ratione, v. g. furore, minorenitate, nisi quis veniam aetatis impetraverit c) 4) curatorem et) minoris ab ipso minore actione tutelae directa utili, sed finita demum cura; at ab extraneo manente etiam administratione; 3) curatorem maioris v. g. aegroti, surdi rel. aequa durante officio conueniri posse d) 5) curatorem ipsum et) minorem actione tutelae contraria utili 3) maiorem actione negotiorum gestorum contraria conuenire ad indemnitudinem praestandam posse.

- a) §. I. I. b. 1. b) I. 12. §. 1. l. 21. ff. de tut. et cur. dat. l. 2. 4. ff. de cur. sur. CRELLE. de filio patris aut matris curatore in Ei. diss. Fase. XI. c) tit. C. de bis, qui ven. aer. d) I. 16. §. 1. ff. de tut. et rat. distr. I. 26. l. 14. C. de admin. tut.

§. 152.

Vsus hodiernus.

Hodie inter tutores curatoresque minorum non distinguitur, hinc pleraque de cura minorum dicta parum sunt utilitatis.

cf. BEYERI diss. de vodiern. tut. et curat. differ. in opuse. n. 4. p. 100. GAERTNERI diss. iure Germ. int. tut. et curat. non distingui Lips. 1732. PVFENDORFIH obs. iur. vniu. T. I. Obs 48.

TIT.

TITVLVS XXIV.

DE

SATISDATIONE TVTORVM ET CVRATORVM.

§. 153.

Connexio.

Haec de iis, quae tutoribus vel curatoribus singulalia sunt; sequuntur, quae iis communia sunt, i. e. quae de utroque pari modo obtinent, quo pertinet 1) *satisfatio*, 2) *excusatio* et 3) *remotio*.

§. 154.

Satisfatio quid?

SATISDATIO in genere est omnis cautio. i. e. *omne*, quo quis de iuribus bonis suis redditur securus, medium. In specie vero est *cautio FIDEI VSSORIBVS praefixa*. b) Hoc loco satisdatio est *cautio fidei usoria a tute vel curatore, in quem cadit suspicio, solemnis stipulatione praefixa*.

§. 155.

Quis satisficer?

Cum igitur caueat, in quem cadit *suspicio*, sequitur:

I. NON satisdare tutorem: 1) a magistratu ex *inquisitione datum* a) 2) a matre datum et a magistratu *cum inquisitione confirmatum* b) 3) a patre siue iuste siue contra leges datum, hocque casu a magistratu

fine

fine inquisitione confirmatum. c) Quod si plures teſtamento paterno dati ſint tutores, is ſatis dat 1) qui ſolus ſe ad tutelae administrationem offert, modo 2) non ſit persona turpis vel ſuſpecta, nec 3) reliqui aut aeque ad fatisfandum parati aut eius existimationis et honestatis ſint, vt fatisfationis contumeliam ſubire non debeant; 2) nemine ſe offerente, is, quem teſtator administrare iuſſit, cauet; 3) ſi teſtator nihil dixerit, is, quem maior tutorum pars elegere, ſatisfat; 4) diſſentientibus contutoribus, magiſtratus ex officio unum eligit, qui adminiftraret et caueat, modo contutores electo a magiſtratu fidem haueant, nec omnes ipſi adminiftrare, vel tutelam inter ſe diuidere velint. d)

II. OMNINO fatisfare tutorem 1) teſtamentarium ab extraneo datum e) 2) legitimum, exceptis patronis eorumque liberis, modo personae honestae pupillique bona modica ſint. f) 3) datum a magiſtratu minori et fine inquisitione. g)

a) pr. I. b. t. b) l. 2. ff. de confirm. tut. c) pr. I.
b. t. l. 3. ff. eod. d) §. 1. I. b. t. l. 17. ff. de tur. teſtam. l. 3. §. 6. ſeqq. ff. de adimin. tut. l. 2. C. de diuid. tut. e) l. 5. ff. de confirm. tut. f) l. 5. §. 1. ff. de tut. leg. g) §. vlt. I. b. t.

§. 156.

C o r o l l a r i a.

Praeterea obſerua: 1) tutores curatoresue fatisfare nolentes pignorum capione coerceri a) 2) eum qui non fatisfederit, tanquam ſuſpectum remoueri. b)

a) §. 3. I. b. t. b) vid. tit. de ſusp. tut.

§. 157.

§. 157.

De effectibus satisfactionis.

Effectus satisfactionis sunt 1) ut ipse tutor curatorue teneatur pupillo *actione ex stipulatu* tunc, cum et tutelae agi potest 2) ut tutore curatoreue *insolendo* existente fideiussores ex stipulatu conueniantur 3) ut, nec *his idoneis*, aduersus *magistratum* minorum pupillo detur *actio subsidiaria de magistratibus conuenientibus*, quoties aut omnino non satisdari curauerit, aut non *idonee passus* sit caueri.

§. 2. 4. I. b. r. l. i. l. 4. §. 2. ff. *rem pupilli tit. ff. de magist. conuen.*

§. 158.

Vsus hodiernus.

Hodie 1) omnes tutores satisdaro debent *Or. din. Pol. imp. de 1577. tit. 32. §. 3.* 2) satisfactione per *stipulationem* nec abscede per *fideiussores praestanda est* 3) *actio subsidiaria aduersus omnes magistratus datur.*

TITVLVS XXV.

DE

EXCVSATIONE TVTORVM VEL CV-
RATORVM.

§. 159.

Excusatio quid?

Alterum curatoribus tutoribusque commune est EXCVSATIO, quae est in genere, *iusta causa a munere*

munere publico liberans. Tutela vero est munus publicum (§. 102.) ergo ab ea nemo, nisi qui iustum habeat causam, immunis est.

ANT. AVGUSTINI comment. ad Her. Modeftinum de excus. in OTTON. thef. T. IV. IAC. CVIACII comment. ad iur. ff. de excus. in Eius Opp. IENICHEN. sel. obſeruari. de excus. tutor. Giesae 1755. DE TOVLLIEV collect. iur. p. 255.

§. 160.

Modi liberandi a tutela.

Potest autem aliquis liberari I. vel a SVSCIPIENDA vel II. a iam SVSCEPTA tutela. Prius fit vel A. IPSO IVRE vel B. ope EXCVSATIONIS aut voluntariae aut necessariae seu prohibitoriae. Posteriorius autem fit, cum quis aponere tutelam vel A. POTEST vel B. DEBET, licet tanquam suspectus haud remoueatur. Hinc porro obserua: 1) qui ipso iure immunis est, non opus habet excusatione, nec obligatur, si tutelae administrationem non suscepit a) potest tamen, si velit, eam suscipere b) 2) qui excusatur, ipso iure tutor est, c) hinc causam excusationis allegare debet, cui tamen, si voluntaria sit, expresse vel tacite renunciare, hincque tutelam suscipere potest, d) sin vero prohibitoria, non potest e) 3) qui abdicare se a tutela suscepta potest, eodem quo is, qui se a suscipienda excusare potest, iure censemur, i. e. causam abdicationis allegare, et, pendente de ea cognitione, tutelam continuare debet, attamen abdicationi vel expresse vel tacite renunciare potest. 4) Qui tutelam susceptam deponere debet, similis est ei, qui a suscipienda prohibetur i. e. non potest tutelae administrationem continuare.

a) l. 13. §. 12. ff. b. t. ibi; necesse NON habuisti EXCVSARI, cum IPSO IVRE non tenaris, l. 26. ff. de tut. et cur.

eur. datis. ibi: Respondi: neque EXCVSATIONEM ne-
cessariam esse, neque obligari, quod NON gereret. b)
l. 13. §. 12. vbi: si non administraveris; si administratione
non miscueris. c) l. 31. pr. b. t. PAVLVS, ipso
iure, inquit, tutor est, et ANTEQVAM excusetur.
d) c. l. 31. pr. b. t.: Potuit ergo excusari, sed cum non
sit excusatus, necessario SVBEVNDVM est onus tutelae.
e) §. 13. l. b. t. l. 1. §. 2. 3. ff. de tut. ibi: non POT-
EST. Ceterum de significatione vocis *excusatio* cf.
BYNKERSH. obs. IV. II. MARKARTI prob. rec. lect.
part. I. p. 84.

§. 161.

Liberationes a suscipienda tutela.

J. A SVSCIPIENDA tutela immunes sunt:

A. IPSO IVRE, tutores: 1) testamentarii *contra*
leges dati nec confirmati; 2) dati a magistratu *incom-*
petente; a) 3) dati *minoribus*. b)

- a) l. 13. §. 12. ff. b. t. D'ARNAVD var. coni. p. 287.
b) l. 26. ff. de tut. et cur. datis.

§. 162.

Continuatio

B. Vi EXCVSATIONIS α) voluntariae aliquis
immunis est vel ab OMNI vel a CERTA tutela. Prius
sit vel in *perpetuum* vel *ad tempus*.

§. 163.

Continuatio.

Ab omni tutela et quidem α) in PERPETVVM
excusantur 1) qui Romae tres, in Italia quatuor et
in Provinciis quinque liberos habent, modo sint α)
naturales, non adoptiui, quamuis in adoptionem da-
ti patri naturali profint β) legitimi, licet emancipati
γ) iam nati, licet monstrofi δ) viui eo tempore,

G

quo

quo pater tutor datus est, exceptis in acie amissis; nam alias in *bello* mortui, aut captiui non, nisi post reuersionem, numerantur. *Nepotes ex filio nati ita profunt*, vt *omnes ex eodem filio procreati*, nec ab eo emancipati, pro *una* habeantur persona. a) 2) Grammatici, rhetores, Icti, medici περιστεραι, Philosophi, Sophistae omnesque liberalium artium professores ordinarii et vel *Romae* vel in *patria* docentes. b) 3) Qui annum aetatis LXX compleuerunt, quem tamen excessisse oportet, vel α) tempore illo, quo *creantur*, β) aut quo hereditas *adita* est, vel γ) quo *conditio*, testamento *inserta*, *extitit*. c) 4) Pauperes, si probent, se tutelae *impares esse* d) 5) Qui ita aegroti sunt, vt et *suis* superesse rebus nequeant. e) Imperiti literarum, nisi tutela tam *tenuis* sit, vt et eiusmodi homo ad eius administrationem sufficiat f) 7) Tribuni, qui in cohortibus praetoriis permilituerunt g) 8) in castris merentes, dati ab eo, qui qui ibi non mererentur h) 9) qui in collegiis fabrorum et pistorum sunt. i)

- a) pr. I. l. 2. §. 2. seqq. HEINECC. ad L. Pap. Popp. I. L. II. c. 8. MARC. VERTRAN. MAVRVS de trium lib. iure in OTT. thef. T. III. PETR. DE TOVLLIEV in collect. b) §. 15. I. l. 6. §. 5. seqq. ff. b. 2. l. 6. C. de profess. MENAG. amoen. iur. ciu. c. 35. non vero poetae. l. 3. C. eod. cf. PVETTMANNI aduers. iur. ciu. L. II. c. 2. EISENHARDI diff. ad l. 3. C. de prof. in opusc. Halae 1771. 4. attamen professores poepeos cf. WIESAND. obf. iur. R. et Sax. Spec. III. in eius Opusc. c) §. 13. I. l. 2. pr. ff. b. 2. nec obstat l. 3. C. qui aerate vel prof. d) §. 6. I. l. 7. ff. b. 2. e) §. 7. I. l. 10. §. 8. ff. eod. f) §. 8. I. l. 6. §. 19. ff. b. 2. g) l. 9. ff. eod. h) l. 23. §. 4. ff. eod. i) l. 17. §. 2. l. 46. ff. eod.

§. 164.

Continuatio.

Porro ab omni quidem tutela, sed β) ad TEM-
PVS remissionem habent: 1) Administratores cura-
toresque a principe constituti, quamdiu administrant
curamue gerunt a) 2) Absentes reipublicae causa, tam
ipsi, non solum quamdiu absunt, sed et intra annum
post reuersionem; quam eorum comites, qui sunt intra
statutum numerum, quamdiu absunt b) 3) Ma-
gistratus maiores et ciuitatum, Tribuni plebis, et ae-
diles urbani, quamdiu magistratum gerunt c) 4) Mor-
bo temporario laborantes. d)

a) l. 22. §. 1. ff. b. t. v. g. administratores rerum aerarii,
fisci et principis, praefecti annonae et vigilum, ex-
actores tributorum, mensores frumentarii, coloni pa-
tronariales §. 1. I. l. 26. l. 4t. pr. §. 1. ff. l. 10. C. b. t. l.
13. C. qui tut. dare poss. Non vero administratores re-
rum ciuitatum, l. 15. §. 7. 10. ff. b. t. HVBERI digress.
L. III. c. 21. b) §. 2. I. l. 10. pr. §. 2. l. 4t. §. 2. ff.
b. r. tit. C. si tut. reipubl. cauf. abs. c) §. 3. I. l. 6.
§. 16. ff. b. t. PETR. DE TOVLLIEV in collect. n. 7.
D'ARNAVD var. coniect. p. 288. HEINECC.
ad VINNII com. b. t. §. 3. EV. OTTO de aedil. colon.
c. 13. d) l. 12. pr. ff. b. t.

A certa denique tutela excusantur: 1) Qui tres tu-
telas aut curationes in una domo habent, modo non
sint α) tenues, nec β) adfectatae, nec γ) pupillis
prioribus aut posterioribus semper tantum tempus
supersit; hi enim excusantur ab ulteriori tutela, quam-
diu eas administrant. a) Ceterum hae tutelae non
computantur secundum personas, sed secundum pa-
tronia b) 2) Milites, qui vel tempus militiae ho-
neste compleuerunt, vel intra illud honeste dimissi sunt,
semper immunes a tutela aduersus priuatos; at ad-
uersus filios eorum, qui eidem ordini communicaue-
runt, eorumque, qui olim milites fuerunt intra an-
num

num dimissionis remissionem habent. c) 4) Primipilarii habent reliquarum tutelarum excusationem, nisi in primipilarii liberos tutores erunt. d) 5) Inquilini castrorum, qui aequa a tutela liberorum, qui ipsi inquilini sunt, excusantur. e) 6) Senatores omnesque a magistratu dati tutores liberantur a tutela vltra C. urbis lapidem, nisi bona in eadem prouincia sita sint^{f)} 7) tutores testamento dati immunes ab administratio- rerum in alia prouincia, licet in tra C. lapidem sitarum. g)

- a) l. 4. §. 1. l. 5. l. 15. §. 15. l. 17. pr. l. 31. ff. b. 1. b) §.
5. l. l. 3. ff. eod. c) l. 8. pr. §. 5. 6. ff. b. 1. d) l.
8. §. 12. eod. e) l. 17. §. 7. eod. f) l. 21. §. 2. 3.
ff. eod. g) l. 10. §. 4. eod.

§. 165.

Excusationis prohibitoriae.

Vi excusationis β) prohibitoriae arcentur a tu-
tela: 1) minores a) 2) furiosi, mente capti, muti,
fundi, coeci, morbo continuo laborantes b) 3) milites
armati c) 4) episcopi et monachi d) 5) maritus et
sponsus e) 6) inimici capitales, nisi reconciliatio se-
cuta sit f) 7) qui post nuptias nurui dantur g) 8)
qui litem habent cum pupillo vel de omnibus vel de
maxima bonorum eius parte. De qua tamen re iure
nouissimo ita cautum est α) vt nemo, qui pupilli cre-
ditor debitor est, tutor creetur, qua propter β) ne
creari possit, hoc iudici statim indicare debet; quo
omisso γ) siquidem creditor pupilli est, omni aduer-
sus eum actione cadit, sin debitor, durante tutela mi-
nori solvere non potest. At ne sub crediti debitique
praetextu recusare tutelam possit δ) statim ab initio
hoc probare debet. Denique vt ne tutor per cesso-
nem pupilli creditor fiat ε) ei nullae aduersus pupil-
lum actiones cedi possunt, neque vt pupillus durante
neque vt finita demum tutela ex iure cesso a tutore
conueniatur; cessione ipsa ita inualida, vt pupillus

ab

ab obligatione sua plane liberetur. Quodsi tamen tutor *alio iusto modo* v. g. per hereditatem creditor pupilli debitorue factus sit, non finitur tutela, sed curator adiungitur. Ab hac tamen sanctione mater pupilli excipitur. h)

a) §. 13. I. b. t. l. 5. C. de leg. tut. quae lex tamen non restringenda est ad solam legitimam tutelam, quod fecit HVBETR. prael. ad I. h. 1. n. 14. et Digress. L. III. c. 24. cf. VINNIVS. ad h. t. §. 12. b) l. t. §. 2. 3. ff. de tut. l. vn. C. qui morbo excus. STRYCK. de iure sensuum, diff. IV. c. II. n. 18 seqq. c) §. 14. I. b. t. l. 4. C. qui tut. dare d) Nou. 123. c. 5. e) l. t. §. vlt. ff. b. t. l. 2. C. qui dare tut. l. 4. C. de cur. fur. HEINECII diff. de marito vxori tut. et curar. legit. in syllog. opuse. f) §. 9. u. I. l. 6. §. 17. ff. b. t. Hanc caulam alii ad voluntaria excusationes referunt ob verba c. l. 6. *excusare SOLET*, sed cum in l. 13. §. 12. ff. de susp. tut. dicatur, inimicum REIICI debere, viderur potius esse causa *necessaria*. Ceterum cf. RAEVARDI varia L. V. c. 15. III. PVETTMANNI aduersar. iur. ciu. L. I. c. I. g) l. 17. C. b. t. h) De iure antiquo vid. §. 4. I. l. 21. pr. ff. b. t. VLP. fragm. Tit. XI. §. 24. At de iure novo Nou. 72. c. 1—5; Nou. 94. c. 1. C. F. WALCHII diff. de tutore pupilli ante tutelam debitore Ienae 1777. Ceterum hanc sanctionem nonnulli in tutori testamentocecessare statuunt, si pater obligationem sciuerit. SANDE. dec. L. II. tit. 9. dec. 1. cuius rei decisio ex l. 8. 9. 10. ff. de confirm. tut. pertinenda videtur.

§. 166.

Corollaria de excusationibus.

Porro sciendum: 1) excusationes opponendas esse: α) intra certum tempus a) β) non per libellos sed coram tribunal b) γ) coram iudice, qui vocavit tutorem, hinc et reiecta demum causa ad superiorem iudicem appellari potest c) 2) ante oppositam excusationem tutelam ipso iure ad vocatum pertinere d) 3)

G 3

tuto-

tutorem *iniustum* decretum iudicis de allegationibus non competentibus extorquentem teneri de administrationis periculo a tempore, a quo datus est e) 4) eum, qui *plures* excusationes habet, omnes *simul* nominare debere, ita tamen, ut, quas non *statim* probauerit, intra tempus statutum adhuc probare possit f) 5) neminem pro parte se excusare posse, nisi tutela *diffusa* bonaque in *diuersis* prouinciis vel ultra C. lapidei sita sint g) 6) excusationes *legitimis* quoque tutoribus competere h) 7) cessare ius se excusandi a) si quis *patri* pupilli *promiserit*, se liberorum suorum fore tutorem vel 3) intra statutum tempus non se excusauerit y) cessante, ob quam excusatio datur, causa i)

- a) Quod definitum est §. 16. I. l. 13. §. 1. seqq. ff. b. r.
 b) l. 25. ff. b. r. obstat l. 13. §. 10. ff. eod. c) l. 1. §.
 1. ff. quando appell. sit. d) l. 31. pr. ff. b. r. e) l.
 39. §. 6. ff. de admin. tur. l. 22. C. b. r. tit. C. si tur. fals.
 alleg. excus. sit. f) §. 16. I. l. 13. §. 8. ff. b. r. g) §.
 17. I. l. 10. §. 4. l. 21. §. 2. ff. l. 2. ii. C. b. r. h) quod
 contra CVIAC. ostendit SCHVLT. ad VLP. fragm. T.
 XI. §. 17. et VVLTEI. h. t. pr. n. 6. i) §. 9. I. l. 13.
 §. 4. ff. b. r.

§. 167.

Liberatio a tutela suscepta.

II. SVSCEPTAM tutelam deponere a) POT-
 EST: 1) Qui mutauit domicilium ex rescripto prin-
 cipis, migrantem tutorem esse, *scientis* hocque lite-
 ris *significantis* a) 2) Qui dignitatem vel *Senatorialiam*
 vel *confiliarii* principis adeptus est, modo priori casu
 pupilli non sint Senatoris liberi, et posteriori casu
 tutor *Iureconsultus* sit b) 3) Qui litem cum *proximis*
agnatis tutelae occasione suscipere debet c) 4) Qui
reipublicae cauila abesse coepit, quamdui abest d) 5)
 Qui status controversiam pupillo suo bona fide mouet.

Por-

Porro susceptam tutelam deponere **B) DEBET**
1) Qui propter corporis animique vitium *superueniens* inhabilis tutelae redditur **f)** **2)** Qui propter paupertatem superuenientem tutelae impar factus est **g)**
3) Qui propter excusationem necessariam postea existentem a tutela repellitur **4)** Qui propter aliam instanti iudicisque arbitrio relictam causam non amplius in ea tutela debet versari. **h)**

- a) l. 12. §. 1. ff. b. t. b) l. 15. §. 2. 3. l. 30. pr. eod.
 c) l. 23. C. b. t. d) l. 10. §. 2. ff. eod. e) l. 6.
 §. 18. b. t. f) l. 10. §. 3. l. 11. 12. pr. l. 40. pr. b. t.
 iunct. l. 1. §. 2. 3. ff. de iur. g) l. 40. §. 1. ff. b. t.
 h) l. 3. §. 12. ff. de suspect. tut.

§. 168.

Excusatio a cura.

Specialis causa, quae a cura excusat, est tutela
 antea gesta §. 18. I. h. t.

§. 169.

Vsus badiernus.

Hodie nominatae excusationes vel plane ignorantur, vel alio modo locum habent; **2)** *tempus* opponendarum excusationum non obseruatur; **3)** *modus* eas opponendi non talis est, qualis apud Rōmanos fuit, quae in singula re vberius in praelectionibus ipsis possunt dici.

TITVLVS

XXVI.

DE

SVSPECTIS TUTORIBVS ET CVRATO-
RIBVS.

§. 170.

Remotio quid?

Vltimum tutoribus et curatoribus commune est REMOTIO, quae est *abdieatio a tutela ex sententia iudicis propter causam suspicionis facta.* a) Inde apparet, quid sit inter depositionem tutelae, de qua §. 167. dictum est, et hanc remotionem, discriminis.

cf. VOLLENHOVE de *susp. tut.* in OELRICH. thes. diss. nouo Vol. I. T. I.

§. 171.

Causae suspicionis.

Causae vero huius suspicionis sunt vel I. *generales* vel II. *speciales*.

I. GENERALES sunt 1) mores praui a) 2) segnities, rusticitas, simplicitas, ineptia et ignavia. b)

II. SPECIALES sunt 1) alimenta a tute *absente* pupillo non praeflita c) 2) rerum pupillarium vetitarum *sine* iudicis decreto et ex *fraude* facta distractio 3) si pecunia pupilli *praedicta* non emerit tutor 4) si tutor dolo vel culpa ab hereditate pupillum *abstinuerit* d) 5) omissa, inuentarii *confectio* e) non

tit

d

non

non praefita satisdatio e) 7) contumacia, qua quis tutelam non suscepit, vel sui copiam non fecit f) 8) fraus, qua quis, vt eo tardius tutela ad eum trans- ferretur, fecit g) 9) tutela antea male gesta h) 10) culpa lata dolusue in tutela adhibitus. i)

- a) §. vlt. I. l. 8. ff. eod. b) l. 3. §. 19. l. 4. §. 5. ff. b. t.
 c) §. 9. I. l. 3. §. 14. 15. l. 7. §. 2. ff. eod. d) l. 3. §.
 13. 16. 17. ff. b. t. e) l. vlt. §. 1. C. arbiter. tur. f) l.
 7. §. 3. ff. l. 3. C. b. t. g) l. 2. C. b. t. h) §. 5.
 I. l. 3. §. 8. ff. b. t. i) l. 3. §. 5. l. 7. §. 1. ff. b. t.
 STRVBENS recbil. Bedenk. P. I. p. 199. P. III. p. 473.

§. 172.

Crimen et postulatio suspecti.

Tutor ex eiusmodi causa suspectus CRIMEN SVSPECTI committebat. Hinc dabatur POSTVLTATIO suspecti, quae erat accusatio quasi publica tutoris curatorisue suspecti ad eius remotionem et poenam tendens, si factum atrocium commiserit, nec pupillus alia actione securus effet. Itaque haec accusatio erat 1) publica, quia omnibus patebat, et 2) quasi publica a) quia nec ex vero delicto dabatur, nec subscriptione in crimen opus erat, nec coram praefecto vrbi insti- tuebatur §. 1. I. l. 1. §. 3. 4. ff. h. t.

- a) de particula quasi cf. CHR. GOTTFR. HOFFMAN-
 NVS de significat. et vsu particulae quasi in iure Rom.
 Frf. 1727. DIETERICH de genuina quasi notione iurid.
 Goett. 1740.

§. 173.

Axioma primum.

I. Haec accusatio OMNIBVS patebat. Hinc
 1) ex humanitate quilibet ex populo, imo et mulieres
 tam coniunctae quam extraneae ex pietate erga pu-
 pillum adculcare poterant a) 2) ex necessitate contu-
 tor

*tor, siue durante adhuc eius officio, siue eo finito,
licet ipse remotus esset, adcausare contutorem suspe-
ctum debebat. b) Praeterea obserua: 1) ipsum iu-
dicem tutorem, de cuius suspicione apertissimis con-
staret documentis, ex officio remouere debuisse c)
2) ipsum impuberem tutorem suum non potuisse ad-
causare; at 3) puberem potuisse curatorem suum, ad-
hibito tamen necessariorum consilio, adcausare. d)*

a) §. 5. I. l. 1. §. 6. 7. ff. b. t. b) l. 3. pr. ff. l. 8. C. b.
z. l. 2. C. de diu. tut. c) l. 3. §. 4. ff. eod. d) l. 7.
pr. ff. l. 6. C. b. t.

§. 174.

Axioma secundum.

II. *Accusatatur tutor suspectus.* Ergo omnes
omnino tutores curatoresque postulari poterant, et
iam si vel soluendo fuerint, vel satisdederint vel satis-
factionem obtulerint. a) licet, quod legitimos atti-
net, optimum factum videretur, si eis curator ad-
iungeretur. b)

a) §. 12. I. l. 5. ff. l. 4. 5. C. b. b) l. 9. ff. b. t. BRENK-
MAN, beurem. c. 6. CVIAC. obsf. L. XII. c. 32.

§. 175.

Axioma tertium.

III. *Haec accusatio tendebat ad REMOTIONEM
et POENAM tutoris.* Vnde eius effectus erat: 1) vt
accusato tutori pendente cognitione interdiceretur
administratio a) 2) vt condemnatus, non solum a)
remoueretur vel cum infamia (si vel propter dolum
remotus esset b) vel in pupilli bona grataitus esset
vel perniciose aliquid egisset, vel res pupilli interce-
pisset, vel dolo non satis dedisset; c) modo in de-
creto iudicis causa remotionis expresa esset) d)
vel

vel sine ea, (si ob culpam latam et leuem remoueretur e) sed et β) ut extraordinarie puniretur, si grauius factum commisisset. f) Ceterum remotus a tempore decreti remouendi non subibat futuri temporis periculum. g)

- a) §. 7. I. b. t. b) §. 6. I. b. t. c) I. 3. §. 5. ff. b. t.
- I. 2. C. qui tut. non satisded. d) I. 4. §. 1. 2. ff. b. t.
- e) §. 6. I. l. 3. §. vlt. l. 4. ff. l. vlt. C. b. t. cf. NOODTI probab. L. I. c. 13. EV. OTTO ad §. 6. I. h. GRIMMENSTEINII diff. de tut. propt. culp lat. non infami Marb. 1753. ZEILLERI exercit. ad §. 17. I. b. t. Vienae 1778. dissent. CVIAC. obs. L. VII. c. 8. COGCEII diff. de culpar. praef. THOMASIVS ad HVB. prael. inst. b. t. n. 6. in novo addit. f) I. 1. §. 8. ff. b. t.
- g) I. 10. ff. b. t.

§. 176.

Axioma quartum.

IV. Locus huic adcausationi erat, si ALIA actione pupillus non esset securus. Hinc:

I. CESSABAT 1) propter id, quod tutor fecerat, ante, quam tutor esset, tunc enim, v. g. actio furti aut expilatae hereditatis aduersus eum poterat moueri. 2) Si tutor, deposita tutela, eiusdem adolescentis curator factus esset 3) si tutor absfuturus reipublicae causa alium sibi substitui desiderasset, quoad gesta ante absentiam 4) si quis desisset et rursum coepisset tutorem esse. a)

II. SOLVEBATVR postulatio, finita tutela, quia tunc remotione non opus erat. b) His enim casibus actioni tutelae locus est, quae ab adcausatione suspecti differt.

- a) I. 3. §. 5. 6. 7. 10. ff. b. t. b) I. 1. C. eod.


§. 177.

§. 177.

Vsus bodiernus.

Cum vero hodie tutores rationes quotannis reddere, easque magistratus quotannis ex officio exigere, hincque tutorem, fraude culpare cognita, aequo ipsi ex officio remouere debeant possintque, rariorem apud nos esse huius postulationis usum, intelligitur.

LIBER



LIBER SECUNDVS.

TITVLVS I.

DE

RERVM DIVISIONE ET ADQVIRENDΟ EARVM DOMINIO.

§. 178.

Connexio.

Absoluto primo, quod de personis agit, iuris obiecto, alterum, quod circa res obtinet, sequitur. Est autem RES in sensu iuris omne id, quod in patrimonio esse potest. Ab ea differt PECVNIA, sub qua intelligitur res in patrimonio iam constituta. a) PATRIMONIVM denique dicitur complexus rerum, quas vel exceptione retinere vel actione recuperare aut adquirere possumus. b)

a) l. 5. de V. S. BRISSON. de V. S. f. v. pecunia. b) l. 52. ff. de A. R D. l. 15. de R. I.

DE RERV M DIVISIONE.

§. 179.

Rerum diuisio.

Res varie diuiduntur tum ratione I. proprietatis et usus cum II. propter diuersam earum qualitatem.

I. Quoad proprietatem et usum omnes res sunt vel in patrimonio vel extra illud. a) Hae dicuntur, quae

quae non sunt nec esse possunt in dominio hominum, quales erant res diuini iuris, propterea et nullius dictae, b) Illae, quae in dominio usque hominum existere possunt, adeoque humani iuris esse dicuntur. Vnde diuisio in res DIVINI et HVMANI iuris. c)

a) *pr. I. b. t. Nec obstat l. i. ff. de usu et usufr. leg. in qua dicitur, esse res, quae nec in patrimonio nec extra illud fint. cf. NOODT. Probab. L. II. c. 3. b) §. 7. I. b. t. c) CAIVS inst. L. II. T. I. §. 1. DIET. HERRM. KEMMERICH. diss. de diuis. rer. in res diuin. et hum. iur. illarumque in sacras, religiosas, et sanctas.*
Vit. 1729.

§. 180.

Res diuini iuris quae?

I. Res DIVINI iuris sunt vel *vere vel quodammodo tales*. Illas dixeris, quae *diis consecratae commercio hominum eximuntur*, quales sunt A. res *sacrae* et B. *religiosae*. Hae vero appellantur *sanctae*. §. 7.10.
I. h. t.

A. SACRAE sunt *omnes res deo consecratae* a) quae propterea nec in alicuius bonis sunt, nec aestimari nec oppignorari alienariue possunt, b) nisi α) ad redimendos captiuos, modo non sub conditione, ut nunquam alienentur, ecclesiae datae sint c) β) ad alendos pauperes in fame publica, quo casu et res immobiles alienari possunt d) γ) ad soluendum ares ecclesiae alienum, quo tamen casu licet *vasa tantum superflua vendere*. e) Quodsi praeter has causas res sacra venditae vel *oppignoratae* sint, ecclesia eas vindicat, non redditio pretio emtionis; nec soluta, pro qua oppignoratae sunt, sorte; sin vero *conflatae* aliquo modo *inmutatae* et *dispersae* sint, ecclesiae ad ipsa corpora petenda competit actio realis, ad *pretia vero actio in factum*. f)
a) §.

- a) §. 8. I. b. r. veluti aedes sacrae et donaria. De ritu
consecrationis cf. GROTHI florum spars. h. t. p. 32. et
HEINECC. synt. antiqu. h. t. §. 2. b) §. 7. I. l. i.
pr. l. 6. §. 2. l. 9. §. 5. ff. b. r. c) §. 8. I. b. r. Nou.
120. c. 9. d) l. 21. C. de S. S. eccles. e) Nou. 120.
e. 10. f) l. 21. C. de S. S. eccl.

§. 181.

Continuatio.

Praeterea sciendum 1) aedes sacras manere, di-
ruto licet aedificio a) 2) cessare hanc sanctitatem
α) loco ab hostibus capto, nisi iure quasi postliminii
restitutus sit b) β) facris euocatis c) 3) a rebus fa-
cirs differre res ECCLESIASTICAS, i. e. quae ad su-
stentationem ecclesiae personarumque ecclesiasticarum desili-
natae sunt.

- a) l. 6. §. 3. ff. de R. D. b) l. 36. de religios. c) l.
9. §. 2. ff. de R. D. HENR. de COCCEII et I. GVIL.
BERGERI differt. de euocat. sacer.

§. 182.

Res religiosae quac?

B. RELIGIOSAE res erant sepulcra. a) De iis
nota: 1) sepulcrum religiosum fit priuata illatione
mortui b) 2) qui in sepulcrum alienum sine domini
consensu aut ratihabitione mortuum intulerit,
tenetur actione in factum, aut ad tollendum ca-
dauer aut ad soluendum loci pretium; qui vero in
publicum intulerit, extra ordinem, si ex dolo fecerit,
punitur c) 3) mortuo in diuersis locis sepulto, is, in
quo caput est, religiosus habetur, d) 4) cenotaphium
non est religiosus locus e) 5) sepulcra ipsa non sunt
in commercio, licet ius sepeliendi transferri in aliud
possit f) 6) locus desinit religiosus esse, translato
cum principiis consensu cadauere. g)

a) GV-

- a) GVTHER, de iure man. L. III. c. 1. PLAZII diff. de religione sepulchr. Lips. 1725. BRISSON. ant. sel. L. II. c. 14. 15. 16. b) l. 6. §. 4. ff. b. t. c) l. 7. l. 8. §. 2. ff. de religios. d) l. 44. pr. ff. eod. e) l. 42. ff. eod. l. 7. ff. b. t. GOTHOFRED, de cenotaph. in Ei. opusc. HERM. CANNEGIET. obs. iur. Rom. L. III. c. 5. f) l. 14. C. de legat. g) l. 44. §. 1. ff. de relig.

§. 183.

Res sanctae quae?

SANCTAE sunt, quae *sanc*tione poenali ita mu-*nuntur, ut, qui eas violauerit, grauius puniatur; et hinc quodammodo iuris diuini esse dicuntur. a)* Huc pertinent muri et portae ciuitatum. Vnde 1) muros reficere iisun aliquid immittere aut superponere sine principis consensu non licet b) 1) qui eos transcenderit vel violauerit, capite plectendus est. c)

- a) §. 10. L. l. 9. §. 3. 4. ff. b. t. D'ARNAVD. var. coniect. L. I. c. 14. b) l. 8. §. 2. l. 9. §. 4. ff. eod. c) l. 11. ff. eod. Ceterum, quoniam in genere omne id, quod ab iniuriis hominum sanc*tione poenali defensum* est, *sanc*tum** dicitur, dantur et *personae* sanctae, imo et *leges* sanctae dicuntur. §. 10. L. l. 8. pr. l. 9. §. 3. ff. eod. l. 9. ff. de obs. par. et patr.

§. 184.

De rebus humani iuris.

II. Res HVMANI iuris sunt, quae *in dominio vsuque hominum sunt vel esse possunt*. Eae vero vel sunt in alicuius dominio, vel non. Hae dicuntur res COMMVNES, seu NVLLIVS. Illae sunt aut in dominio publico aut in priuato, hinc res PVBLICAE et PRIVATAE. Priuatae iterum vel in *uniuersitatis* vel in *singuli* hominis proprietate existunt, hinc res VNIVERSITATVM et SINGVLORVM. pr. l. h. t. l. 1. pr. ff. h. t.

§. 185.

§. 185.

Res communes quae?

COMMVNES appellant, *quarum proprietas NEMINI, usus vero OMNIBVS vacat.* a) quales sunt aer, aqua profluens, mare et littora maris. b)

a) *I. 51. ff. de contrah. emt.* b) §. 1. I. 1. 2. §. 1. I. 4. ff. b. r. MAIANSII diff. *de littore maris*, in Ei. diff. Vol. II. Ab his tamen rebus differunt communes, quae in *condominio* sunt.

§. 186.

Res publicae quae?

PVBLICAS dixeris, *quarum proprietas est penes TOTVM populum, usus vero OMNIBVS patet.* a) Huc pertinent flumina et portus. b)

a) *I. 15. et 16. ff. de V. S.* b) §. 2. I. 1. 4. §. 1. b. r.

Ceterum, 1) discrimen rerum communium et publicarum plane negat NOODT probab. L. I. c. 7. 8. cf. tamen HVBER, digress. part. II. L. II. c. 1. et BOEHMER. diff. *de iure principis in loca et opera publica.* Seçr. II. §. 5. seqq. in Eius electis iur. ciu. T. I. p. 594. 2) ab iis secernenda sunt res *usus publici*, quales sunt res priuatorum, quibus tamen quilibet ad *vsum innoxium* vti potest, v. g. ripae, §. 4. I. 1. 5. ff. b. r.

§. 187.

Res vniuersitatis.

VNIVERSITATIS rerum nomine veniunt, *quarum proprietas TOTI est vniuersitati, usus vero SIN-GVLIS eius membris.* v. g. theatra, stadia, curiae. §. 6. I. 1. 6. §. 1. ff. h. t.

Nota 1) Vniuersitas in genere est *complexus plurium obiectorum, quae pro VNO babentur.* Ea vel *hominum vel rerum* est. Illa est *societas hominum auctoritate principis in republica inita.* 2) Datur et PATRIMONIVM vniuersitatis

uersitatis, quod comprehendit res universitatis non ad singulorum sed TOTIVS universitatis usum destinatas cf. SCHOEPEL, diss. de reb. uniu. von Allmanden Gütern, Tubing. 1740.

§. 188.

Res singulorum quae?

SINGVLORVM denique res dicuntur, quae et in proprietate et usu SINGVLI hominis cum exclusione aliorum existunt.

§. 189.

Alia principalis rerum diuisione.

Atque haec de prima rerum a proprietate usu que desumta diuisione. Sequitur altera. Omnes enim res:

II. ratione DIVERSAE QVALITATIS sunt vel A. Corporales vel incorporeas, vel B. Mobiles vel immobiles, vel C. Fungibles vel non fungibles, vel D. Diuiduae vel indiuiduae.

§. 190.

De rebus corporalibus et incorporalibus.

A. Res CORPORALES sunt, quae sensibus externis percipiuntur. INCORPORALES, quae non sunt, sed tantum intelliguntur. a) Quo pertinent iura, actiones, obligationes, nomina et quantitates. b) De his tenendum est, quod quasi tradi, quasi possideri, in quasi dominio seu in bonis esse dicantur.

a) Romani res corporales dicebant, quae rangi possent. De qua stoica definitione vid. MEISTERI progr. de philosophia Ictor. Rom. in doctr. de corpor. §. XI, in opusc. p. 548. cf. quoque CICERO Top. c. V. NOODT. prob. L. II. c. 3. b) tit. I. de reb. corp.

§. 191.

§. 191.

Res mobiles et immobiles quae?

B. Res MOBILES dicuntur: 1) in sensu NATVRALI, quae se vi interna IPSAE mouent, i. e. res animatae 2) in sensu IVRIS, quae se quidem non mouentes SALVA tamen SVBSTANTIA de loco in locum transferri possunt. a)

Res deinde IMMOBILES iterum sunt I. in sensu NATVRALI omnes res se non mouentes, seu inanimatae, quales sunt: α) quae plane moueri nequeunt v. g. agrī, β) quae salua substantia transferri non possunt, v. g. aedificia, γ) quae cum aliqua re ita cohaerent, vt salua substantia ab ea separari nequeant, adeoque huius rei *paries* fint, licet *separatae* res mobiles fint, v. g. fructus pendentes, arbores stantes b) δ) res, quae per se existentes salua substantia transferuntur, v. g. libri, quae tamen in sensu iuris proximabilibus habentur, vt iam dictum. II. In sensu IVRIS: res mobiles ad usum rei immobilis PERPETVVM destinatae, quae et fixa vinclis dicuntur. c)

a) v. g. naues, molendina aquatilia ex anchoris stantia (*Schiffsmühlen*) horrea mobilia, l. 60. ff. de A. R. D. l. 20. §. pen. ff. quod vi aut clam. l. 26. §. 1. ff. de instr. leg. CARPZ. p. 3. const. 24. def. 8. b) l. 44. ff. de R. V. l. 17. §. 2. et 6. ff. de act. emti, l. 61. §. 8. ff. de furtis. c) l. 17. §. 7. ff. de act. emti l. 242. pr. de V. S. PAVLA VOETII tr. de reb. mob. et immob.

Ceterum haec distinctio ad res corporales potissimum spectat. De rebus enim *incorporalibus* ita habe: 1) Res alicuius hominis incorporales omnes in abstracto et per se consideratae, nec mobiles nec immobiles sunt, sed terrium separatumque rerum genus constituant l. 15. §. 2. ff. de rer. iud. l. vn. §. 7. C. de rei ux. act. verbis: exactio autem. 2) singula vero res incorporalis in concreto considerata mox mobilis mox immobilis est; pro-

ut obiectum, circa vel propter quod ius actione competit, vel a quo nomen obligatioue debetur, res vel mobilis vel immobilis est. Vnde et idem ius res mobilis et immobilis simul esse potest, v. g. ius hereditarium.

§. 192.

De rebus fungibilibus et non fungibilibus.

C. Res FVNGIBILES (*seu functionem recipientes*) dicuntur, quae *usu vel statim CONSUMVNTVR vel DIMINUVNTVR*, quales plerumque sunt res, quae mensura, pondere et numero constant. a) De quibus addendum, quod, si de earum corporibus sermifit, referantur ad res corporales; sin vero de earum numero, mensura, pondere vel quantitate, pertineant ad res incorporeas. b)

Res NON fungibiles igitur sunt, quae perdurant, etiam si iis utaris.

a) III. SCHOTTI progr. *de reb. funct. recipientibus* in Ei. opuse. Lips. 1771. 8. b) l. 30. pr. *de leg.* l. l. 94. §. 1. ff. *de solut.*

§. 193.

De rebus dividuis et individuis.

D. Res DIVIDVAE 1) CORPORALES sunt, quae pro parte physica possideri queunt; licet in partes physicas *dissicari* non possint, v. g. *domus* 2) *In corporales* vero sunt, vel *iura*, quibus, si pluribus competant, singulus pro parte sua *intellectuali* vti potest, a) vel *obligationes*, quae a singulo pro rata impleri possunt.

INDIVIDVAE dicuntur res vel iura, quae a singulo in *solidum* possideri et exerceri debent; nec non *obligationes* a singulo in *solidum* praestandaes. b)

a) v. g.,

- a) v. g. dominium, seruitus personalis l. 86. §. 2. de leg.
 2. b) v. g. servitus realis, l. 17. ff. de seruit. cf.
 ALEX. TVRAMINVS de diuiduis et indiuiduis, in Ei.
 Opp. Edit. nouiss. Senis 1770. f. RETES de obligar. di-
 uid. et indiuid. in MEERM. thef. T. VII. EGVIN. BA-
 RO de diuid. et indiu. oblig. in Ei. Opp. T. III. AVG.
 HOFFMANNI tract. de iure rer. indiu. Ed. tert. Fif.
 1710. 4.

Praeterea res diuiduntur: 1) In *speciales* et *vniuersales*
 seu *vniuerstates rerum*, 2) Iure antiquo res erant vel
 mancipi vel nec mancipi, quae tamen diuisio a Iustiniano
 sublata est. l. vn. C. de transform. vñsc. VLPIAN. fragm.
 Tit. XIX. §. I. ibique SCHVLT. BYNKERSH. de reb.
 manc. in Ei. opusc. MEERMANNI coniect. de reb. manc.
 et nec manc. L. B. 1741. FR. CAR. CONRADI lib.
 sing. de reb. manc. et nec manc. Helmst. 1739. 4. PVF-
 FEND. obs. iur. vñiu. T. II. obs. 79. CAR. FERD.
 HOMMELII diff. de orig. diuif. ver. in manc. et nec manc.
 Lips. 1744.

§. 194.

De iure rerum.

Haec de variis rerum speciebus. Iam de ipso,
 quod circa res obtinet, iure. Diuiditur autem ius
 rerum in ius in re; et ad rem. Primo enim omne
 ius vel eiusmodi est, quod aduersus *quemcunque*, obli-
 gatione licet speciali mihi *haud obstrictum*, exerceri
 potest, et hoc dicitur ius IN RE (in rem.) quodque
 datur vel α) ad rem aliquam a quocumque *possessore*
 petendam, vel β) ad ius aliquod aduersus *quemcun-
 que denegantem persequendum* v. g. seruitutem. De-
 inde omne ius vel tale est, quod competit aduersus
 certam tantum personam ad praestandum aliquid *spe-
 cialiter obligatam*, et hoc est ius AD REM. (in per-
 sonam) Specialis vero haec obligatio oritur vel 1)
immediate ex LEGIBVS, (quod fit in obligationibus,
 quae quasi ex contractu oriuntur.) vel 2) mediante

H 3

FACTO

FACTO aliquo huius personae obligatorio, siue sit licitum v. g. contractus, siue illicitum v. g. delictum et laesio. a) Ex iure in re oritur actio in rem; ex iure ad rem datur actio in personam. b)

a) Vocabula haec paulo obscuriora desumpta sunt ex c. 8. in f. de concess. praeb. in 6. b) cf. l. 25. pr. ff. de O. et A. vbi VLPIANVS, *in rem actio est*, inquit, per quam rem nostram, quae ab alio possideretur, perimus; et semper aduersus EVNDEM est, qui POSSIDET. In personam actio est, qua cum EO agimus, qui OBLIGATVS (specialiter) est nobis ad faciendum aliquid vel dandum; et semper aduersus HVBERI digress. L. IV. c. 4—10. FELTMANNI tr. de iure in re Amst. 1672. 12. et HVBERI tr. de iure in re in digress. L. IV.

§. 195.

De iuris in re speciebus.

Quot vero iuris in re dentur species, controuer-
titur. Praecipue in eo dissentunt, an POSSESSIO sit
ius in re, quod tamen, cum ea sit factum, videtur
negandum.

De controuersia inter HAHNIVM et BORNIVM circa
hanc quaestione agitata cf. IVGLERI iur. Biogr. II
Band. pag. 170. Vid. quoque VLR. HVBERI prael. ad
Inst. tit. de interdict. n. 2. et DIGRESS. L. IV. c. 10.
ZACH. HVBERI L. III. diff. V. cap. 2. §. 17. sq.

§. 196.

De possessione eiusque diuisiōnibus.

Ipsa vero POSSESSIO est detentio alicuius rei. Ea
varie diuiditur. Etenim possidet aliquis:

I. vel rem corporalem vel incorporalem, hinc pos-
sessio est vel VERA vel QVASI talis.

OICAT H.

II. vel cum animo rem tanquam propriam habendi, vel non; si prius possessio NATVRALIS; si posterius CIVILIS dicitur.

III. vel rem ipsam, vel habet tantum animum eam tanquam propriam possidendi, licet corpus rei ipsum non possideat; hinc est possessio vel CORPORALIS vel ANIMI.

IV. vel ex iusto, vel ex iniusto et vitoſo titulo, hinc possessio IVSTA, INIVSTA, et VITIOSA.

V. vel cum ignorantia, sibi nihil esse iuris, in hanc rem, vel cum scientia, rem ad tertium aliquem pertinere, hinc BONAE et MALAE fidei possessio.

VI. possidet vel rem ipsam, vel ex legum dispositione pro possesso habetur, quamvis non possideat, hinc possessio VERA et FICTA.

§. 197.

De speciebus iuris in re.

Dantur igitur quatuor iuris in re species; I. Dominium, de quo hoc titulo. II. Seruitus, de qualitate seq. 3. III. Hereditas, de qua a tit. X. libri II. IV. Ius pignoris de quo in XX. Pandectarum libro.

§. 198.

De titulo et modo adquirendi.

Ad omne vero ius in re adquirendum duo adesse debent:

I. TITVLVS adquirendi, qui est iusta causa, ex qua ius in re adquiri POTEST. Is dividitur, si effectum respexeris, in 1) HABILEM, quoties dominium

per eum transfertur, et 2) INHABILEM, si secus. Ille porro est, vel gratuitus seu *lucratius* et *onerosus*, vel *reuocabilis* et *irreuocabilis*.

II. MODVS *adquirendi*, qui est *in*sla causa**, ex qua ius in re iam *reuera* ADQVIRITVR. Qui quidem est quadruplex: 1) vel factum ipsius *adquirentis* v. g. occupatio, praescriptio, hereditatis aditio; 2) vel factum eius, cuius res *adquiritur*, v. g. traditio; a) vel 3) factum iudicis v. g. adjudicatio in iudiciis diuisoriis; vel 4) alia iusta causa, cui leges hunc iuris in re effetum tribuerunt, b)

- a) Huc et pertinet pactum *hypothecae*, licet alias ex pacto ius tantum ad rem oriatur. b) v. g. mors vel patris qui heredes suos habet, vel cuius liber testatoris, rem specialem et propriam legantis.

§. 199.

II. DE RERVM ADQVISITIONE. In specie de dominio.

Vidimus iam de variis rerum diuisionibus. Nunc de earum adquisitione dicetur. Et primo quidem loco de dominio (tanquam prima iuris in re specie) quod est ius re corporali utendi et abutendi cum exclusione aliorum. Igitur duo ei insunt iura principalia: 1) ius ABVTENDI seu PROPRIETAS, 2) ius VTENDI seu VSVSFRVCTVS.

§. 200.

Dominii diuisiones.

Variae autem dominii dantur species. Etenim I. ratione modi finiendi diuiditur in REVOCABILE, quod et in iusto adimi potest, et IRREVOCABILE, quod non nisi consentienti aufertur. Deinde II. quod ad obiectum, si res corporalis in dominio est, VERVM; si

fin *incorporalis*, QVASI dominium dicitur. III. Porro respectu *subiecti* est SOLITARIVM, quod *vni*, et CONDOMINIVM, quod *pluribus* competit. Denique IV, intuitu *exercitii* dispescitur 1) in ILLIMITATVM, cum domino *omnia* eius iura exereere licet, et LIMITATVM, si secus, 2) in PLENVM, quando *vsus* et *abusus* rei in eadem persona coniunctus est, et MINVS PLENVM, si haec iura domino non perfecte competit, quod iterum vel *directum* vel *utile* dici solet. Illud vocant, cui ineft *sola proprietas*, hoc vero, quod consistit in iure *vtendi* re aliena cum *aliqua* proprietatis particula; id quod contigit, 1) in *emphyteusi*, de qua infra; 2) in *superficie*, de qua in Digestis; 3) in *feudis*, de quibus in iure feudal. Ceterum, quid condominium et *jeruitus* in re aliena competens ab hoc dominio minus pleno differat, facile intelligitur. Quodsi enim plures *aequali* et proprietatis et *utendi* iure in re aliqua gaudent, adeft *condominium*. Si porro alteri *sola proprietas*, alteri vero ius *utendi* cum *aliqua* proprietatis particula competit, adeft *dominium minus plenum*. Sin denique alteri proprietas, alteri vero ius *utendi* cum *nulla* proprietatis particula competit, adest *SERVITVS*.

Nota: Iure antiquo dominium quoque in *bonitarium* et *quiritarium* diuidebatur. Hoc dicebant, quod ciuis in rem mancipi modo *solemni* et *civili*; illud vero, quod in ceteras res modo *naturali* acquirebatur; sed hanc distinctionem sustulit Iustinianus *l. vn. C. de nudo iure Quir. toll.* cf. qui de rebus mancipi scripferunt supra laudati *Auctores*, quibus add. BRISS. *sel. ant. L. IV. c. 22. p. 161.* SIGON. *de ant. iur. ciu. Rom. A. F. REINHARDI vermisbre Schriften zweyter Band p. 354.*

§. 201.

De modis adquirendi naturalibus.

Singulorum autem hominum multis modis res fiunt. Quarundam enim dominium nanciscimur iure naturali, quarundam vero iure civili; a) unde modi adquirendi sunt vel NATVRALES vel CIVILES. Ad illos pertinet I. *occupatio*, II. *fructuum perceptio*, III. *traditio*, et IV. *accessio*; hos infra videbimus.

a) §. u. L. b. t. Distinctionem Grotianam in modos naturales *originarios*, et *deriuatiuos*, cum parum nobis *hoc loco* virilitatis praefet, consulto omittimus; Ceterum cf. REINOLDI diss. de *adquirendo rerum dominio*, in Ei. opusc. p. 448.

I. DE OCCUPATIONE.

§. 202.

Occupatio quid?

OCCUPATIO est *apprehensio rei corporalis nullius cum animo, eam propriam habendi, facta*. Itaque requiritur 1) res corporalis 2) res nullius 3) apprehensio rei, 4) animus rem tanquam propriam retinendi. l. 3. pr. ff. de A. R. D. l. 3. §. 1. ff. de *adq. poss.*

§. 203.

Quid res nullius.

RES vero NVLLIVS est, *quae dominum non habet*, siue 1) eum nunquam habuerit, siue 2) de de eo non constet a) siue 3) ab eo derelicta sit. Haec tamen derelictio α) in re mobili fit, cum abiicitur; β) in immobili, cum deseritur; γ) in incorporali v. g. actione, cum ei renunciatur vel dominus ea non utitur. b) Semper tamen domini animus deneretur, vt res sua esse definit, requiritur. Hinc res

res desperdite non fiunt nullius. c) Hic vero animus non praesumitur, nisi, re immobili deserta, dominus per biennium tacuerit. d)

- a) §. 47. I. b. t. l. t. 2. ff. pro de rel. b) l. 8. C. de omni agro deserto. l. vn. C. quando non petent. c) §. 48. I. b. t. l. 8. ff. de L. Rhod. l. 21. §. 1. 2. de adq. poss.
d) c. l. 8. C. de omni agro deserto cf. MAIANSII diff. de iure rei derelictae in El. diff. Vol. I.

§. 204.

Occupationis species.

Occupationis species sunt A. Venatio. B. Occupatio bellica. C. Inuentio.

§. 205.

De venatione.

A. VENATIO in genere est occupatio ferarum bestiarum. a) Bestiae enim sunt vel ferae vel mansuetae vel mansuetae. Istae dicuntur, quae libere insyluis vagantur; illae, quae consuetudini hominum sunt adsuetactae; haec, quae a natura cum hominibus versantur. b)

- a) §. 12. I. b. 2. b) §. 14. 15. 16. I. b. 2. MARKARTI diff. de diuus. animal. iuridica, in ei. exerc. n. 8.

§. 206.

Venationis dinicio.

Cum vero animalia vel terrestria sint, vel volutaria, vel aquatilia, venatio subdividitur in venationem in specie, in aucupium, et piscationem. Ex his clarae sunt, quae sequuntur, regulae:

I. FERAE tantum bestiae occupari possunt.
Ceterum nota: e) sola animalis vulneratio non sufficit

cit. *b*) possunt quoque in *alieno fundo*, non prohibente domino, capi *c*) captae statim occupantis *f*unt et manent, donec libertatem naturalem receperint. *a*)

II. Ferae INCLVSAE non possunt capi. *b*)

III. Ferae MANSVEFACTAE capi demum possunt, deposito prius reuertendi animo. *c*)

IV. Ferae MANSVETAE nostrae manent, licet conspectum effugerint nostrum; et repeti possunt, vbiunque inueniantur, vt, qui eas *lucrandi* animo detinet, *furtum* committat. *d*)

a) §. 12. 13. *I. b. t. l. 3.* §. 4. *I. 55. ff. de A. R. D. RAYS* diff. de perfec. fer. best. in fundo alieno Giesae 1738. *MICH. GRIEBNERI* diff. de eo, quod iustum est circa feras custod. de laps. Lips. 1702. *b*) *I. 3. §. 14. ff. de adquir. poss.* *c*) §. 15. *I. b. t.* *d*) §. 16. *I. eod.*

§. 207.

De occupatione bellica.

B. OCCUPATIO BELLICA est, ius res hostiles in bello *publico* adquirendi. *a*) De qua sciendum: 1) res mobiles tunc demum hostium fieri, vbi ad eorum *praefidia* perductae sunt *b*) 2) milites praedam non sibi, sed *reipublicae* adquirere, exceptis mobilibus a magistro militum iis donatis *c*) 3) res bello captas dominis iterum ex iure *postlimii* cedere, vel hostibus ex agris expulsis, vel rebus mobilibus ad *praefidia* nondum perductis iis eruptis. *d*)

a) PVFFEND. *I. N. et G. L. IV. c. 6. §. 14.* *b*) *I. 5. §. 1. ff. de capt. et postl.* MARKARTI *interp. recept. lect.* *L. I. c. 10. II.* diff. VOET. *com. ad Pand. tit. de capt. et postlim. n. 3.* *c*) *I. pen. ff. ad L. Iul. pecul.*

cul. l. 36. §. 1. C. de donat. Dissent. CVIAC. obs. L. 19.
c. 7. sed vid. GROT. I. B. et P. L. III. c. 6. §. 8. seq.
FABRI semebr. L. II. c. 3. 4. d) l. 5. §. 1. l. 20. §.
1. ff. de capt. et postlim.

§. 208.

De inuentione.

C. Inuentio est adquisitio rerum nullius v. g.
lapillorum, gemmarum, aliarumque rerum in littoribus
inuentarum §. 18. I. h. t.

§. 209.

In specie de inuentione thesauri.

Pertinet hoc potissimum inuentio THESAVRI,
qui est *vetus quaedam pecuniae depositio*, cuius memoria
non extat, vt iam dominum non habeat, seu: condita
mobilia ab ignotis dominis tempore vetustiori. Ergo
thesaurus non est, quod lucri, metus, custodiae cau-
fa a non ignotis dominis absconditum est, quod qui-
dem, qui occupat, furtum committit, l. 31. §. 1. ff.
de A. R. D. l. vn. C. de thes.

§. 210.

Regulae de thesauri inuentione.

Regulae circa inuentionem thesauri iure nouis-
fimo haec sunt:

I. Thesaurus ARTIBVS MAGICIS inuentus,
indistincte fisco cedit.

II. LICITO modo inuentus:

1) in loco sacro, religioso, publico, fiscalis, et
in possessione Caesaris, pro parte inuentori pro parte
fisco cedit, si casu inuentus sit.

2) in

2) in fundo *alieno*, pro parte inuentoris, pro parte domini loci est, si *casu*; sed totus domino fundi est, si *data opera* inuentus sit;

3) in loco *proprio* inuentus, totus est loci domino. a)

III. Si, qui *alieni* juris est, thesaurum inuenierit
 a) in fundo *alieno* et *casu*, pars ad dominum agri, pars ad patrem dominum inuentoris pertinet
 b) in fundo *patris* dominie proprio, totus ilius est. b)

IV. Deferre se nemo cogitur, quod thesaurum inuenierit, nisi ex eo pars fisco debitam suppresserit, totum cum altero tanto soluere cogitur. c)

- a) l. 3. §. 10. ff. de iure fisci. §. 30. I. b. t. ad quam vid. CVIAC. obj. L. IX. c. 37. sub fin. l. vn. C. de thef.
- b) l. 63. pr. ff. de A. R. D. c) l. 3. §. vlt. ff. de iure fisci. MERILL ad §. 39. I. b. t. SCHILT. Exerc. ad Pand. Ex. 45. §. 25. seqq. FRIESE diff. de thef. art. mag. iuu. lenae 1719. FRANKENSTEIN. diff. de eo, quod iust. est circa thef. Lips. 1727. LAVTERBACH. diff. de thef. in Ei. diff. Vol. III.

§. 211.

II. DE FRVCTIVM PERCEPTIONE.

FRVCTIVM PERCEPTIO est, *ius fructus rei alienae, bona fide iustoque titulo possesse, acquirendi*. Bona fide enim et iuste possidens, quod ad *fructus*, loco domini paene est. Hinc requiritur, a) vt bona fide, b) iusto titulo, et c) tanquam *dominus possideat*, quo ipso differt ab *vñfructuario*, creditore antichretico et cet. §. 35. I. h. t. l. 48. pr. de A. R. D.

§. 212.

§. 212.

Fructuum definitio et divisiones.

Sunt autem fructus omnes utilitates EX ipsa re prouenientes. Si diuiduntur:

I. Ratione CAVSAE EFFICIENTIS 1) in *naturales*, qui a sola natura 2) *industriales*, qui hominis arte et cultura producuntur.

II. Ratione PERCEPTIONIS 1) in *pendentes*, qui cum fundo adhuc cohaerent 2) in *separatos*, qui non amplius cohaerent 3) in *perceptos*, qui in custodiā et possessionem redacti sunt; in 4) *percipiendos*, qui percipi potuissent.

III. Ratione EXISTENTIAE. Percipiens enim eos adhuc possidet, en fructus extantes; aut non, en consumtos! Consumit eos porro vel 1) *utendo*, hi sunt *naturaliter consumti*, vel 2) *alienando*, hi dicuntur *civiliter consumti*. Denique, si casu perierint, *deperditi* dicuntur.

IV. Fructus vel in *regula* ex re aliqua percipiuntur, vel *extraordinario modo*; hinc sunt vel *ordinarii* vel *extraordinarii*.

Nota: Dantur et fructus *civiles* v. q. *vlurae, merces.*

§. 213.

Regulae fructuum perceptionis.

Iam nota regulas:

I. BONAE fidei possessor: 1) quamdiu verus dominus non superuenerit, fructus *separatos* et *perceptos* OMNES et STATIM lucratur pro cultura et cura, quocumque, modo iusto, titulo possederit a) 2) si

2) si vero dominus postea rem suam vindicauerit, fructus extantes restituere debet; de consumptis vero et percipiendis ANTE litis contestationem, non teneatur, nisi in hereditatis petitione, in quantum locupletior factus est. De fructibus vero POST Lit. cont. perceptis, percipiendis et consumptis omnino teneatur. b.)

II. MALAE fidei possessor omnes fructus a tempore, quo in malam fidem peruenit, restituit; et percipiendos quidem secundum eum modum, quo dominus frui potuisse, si ei rem habere licuisset, c.)

- a) §. 35. I. b. t. ibi: Si quis a non domino, quem dominum esse crediderit, bona fide fundum emerit, vel ex donatione, aliae qualibet iusta causa, b. f. acceperit: naturali ratione placuit, fructus quos percepir, eius esse pro cultura et cura. (de quibus verbis cf. NOODT. prob. L. II. c. 7. et VENN. ad l. §. 35) l. 28. pr. ff. de usur. ibi: Itaque agni, et hoedi, et vituli STATIM pleno iure sunt bonae fidei possessoris. l. 48. pr. de A. R. D. ibi: Bonae fidei emtor non dubie percipiendo fructus ex re aliena, suos interim facit; non tantum eos, qui DILIGENTIA et OPERA eius peruererunt, sed OMNES; quia quod ad fructus attiner, loco DOMINI paene est. Denique etiam priusquam percipiat, STATIM vbi a solo separati sunt, bonae fidei emtoris sunt. Sed obstat vid. l. 45. ff. de usur. cf. OTTO ad §. 35. b) §. 35. I. b. t. l. 25. §. 11. l. 40. §. 1. ff. l. 1. C. de bered. petit l. 49. §. 1. ff. l. 22. C. de R. V. c) l. 23. 62. in fin. ff. l. 22. C. de R. V. l. 4. C. unde vi l. 2. C. de fruct. ex lit. imp. Ceterum cf. de hac doctrina: MADHNII diff. de b. f. possess. singulare a restit. fruct. percepe. immuni, Halae 1754. MOECKERTI diff. de b. f. poss. sing. a restit. fruct. non semper immuni, Ienae 1763. FRICKII diff. de iure b. f. possessoris circa fructus ex re aliena perceptos, Helmst. 1769. TRENDLENBURGII diff. selecta quad. cap. doctrinae de iure possessoris circa fruct. percept. Kil. 1775. de WOLFFRADT diff. sistens theoriam gener. de fruct. percept. Gott. 1783.

§. 214.

III. DE TRADITIONE.

TRADITIO est actus, quo possessio rei corporalis vacua, in tertium transfertur. Ea est modus naturalis, quatenus iuri naturali non repugnat, licet eo iure ad acquirendum dominium non sit necessaria.

§. 215.

Requisita traditionis.

Vt vero legitime fiat, requiritur: 1) res corporalis. Incorporales enim quasi traduntur; 2) translatio possessionis vacuae; a) 3) iusta et praecedens tradendi causa, quae tamen sola in emtione non sufficit; b) 4) facultas alienandi a parte tradentis, hinc α) qui sub cura est sine curatoris auctoritate non recte tradit; β) qui dominium vel plane nullum habet, nihil transfert, excepta conditione usucapiendi, si accipiens in bona fide sit; vel qui restrictum vel temporarium habet, tantum transfert, quantum et ad quod tempus ipse habet, vnde regula: *resoluto iure dantis resolutur ius accipientis*; c) 5) animus alienandi cum traditione coniunctus, quia et alio animo fieri potest. d) Ceterum nihil interest, 1) an ipse dominus aut eius procurator tradat 2) an ipsi accipienti aut eius procuratori tradatur. e)

a) l. 3. §. 1. de act. emt. l. 12. C. de probat. l. 13. C. de diffr. pign. Difflent. HVBER. digress. l. II. c. 5. sed vid. STRAVCHII diff. Iusf. n. 6. thes. 37. VENN. ad h. r. §. 40. b) §. 40. q. 1. l. b. r. l. 31. pr. ff. de A. R. D. c) l. u. l. 20. pr. ff. de A. R. D. d) §. 40. l. b. r. ibi: voluntatem domini, volentis rem suam in aliud transferre. e) l. 9. §. 4. ff. de A. R. D. l. 20. ff. de adq. poss.

§. 216.

Divisio traditionis.

Ipsa vero traditio, quoad modum tradendi est vel
VERA seu NATVRALIS, vel FICTA seu CIVILIS.

I. VERA est, qua *res ipsa* traditur, quae quidem fit 1) in rebus MOBILIBVS α) per dationem rei de manu in manum β) per depositionem rei vel in domo vel in conspectu accipientis iussu eius factam α)
2) in rebus IMMOBILIBVS vel iis mobilibus, quae propter magnitudinem ponderis facile moueri non possunt α) per declarationem tradentis in re praesente factam β) per adpositionem custodis, b)

II. FICTA iterum varia est 1) *symbolica*, cum signum aliquod loco ipsius rei traditur, quo pertinent α) claves rei praesentis c) β) instrumenta d)
2) *longa manu* facta, cum tradens rem immobilem accipienti e longinquuo demonstrat, addita, se possessionem vacuam tradere, declaratione e) 3) *breui manu* facta, quando tradens patitur, ut accipiens, qui rem iam ex alia sed ad dominium transferendum in habili causa possidet, eam nunc in vim dominii retineat f)

- a) l. 18. §. 2. ff. de adq. poss. l. 79. ff. de solut. b) l. 1.
 §. 21. l. 51. ff. de adq. poss. c) §. 45. l. b. t. l. 74. ff.
 de contrab. emt. ibi; apud horrea l. 9. §. 6. de A. R. D.
 l. 1. §. pen. ff. de adq. poss. d) l. 1. C. de donati
 EV. OTTO de *symbolica Iurisprud.* Traj. ad Rhen.
 1730. 8. SCHAVMBVRG. diss. de trad. symb. Vitemb.
 1727. NOODTII probab. L. II. c. 6. n. 6. CVIAC.
 obf. L. IV. c. 3. e) l. 12. §. 2. ff. de adq. poss. f) §.
 44. l. b. t. l. 9. §. 5. l. 21. §. 1. de A. F. D. l. 43. §. 1. ff.
 de irre dor.

IV.

IV. DE IURE ACCESSIONIS.

§. 217.

Accessio quid?

ACCESSIO est ius, rem alienam cum mea ita, ut
commodè separari nequeat, coniunctam adquirendi. Hinc
nota: 1) accessiones differunt a fructibus; 2) vera ac-
cessio non est, si separatio commodè fieri potest; a) 3)
accessorium sequitur principale; b) 4) dominus rei
principalis restituit rei accessoriae pretium pro diuer-
fa possessionis ratione. c)

a) l. 5. §. 1. l. 23. §. 5 ff. de R. V. b) Principale seu
res principalis hoc loco est, cui alia adiuncta est, et res
accessoria, quae adiuncta est. c) §. 26. I. b. z.

§. 218.

Eiusdem ius.

Ipsa vero rerum coniunctio fit vel 1) sola na-
tura operante, vel 2) sola hominis arte vel 3) natura
et hominis arte simul. Primo casu accessio dicitur
NATURALIS; posteriori INDUSTRIALIS seu AR-
TIFICIALIS; ultimo denique MIXTA est.

§. 219.

A. De naturali accessione.

A. NATURALIS accessionis species sunt 1) al-
luvio fluminis, quae est incrementum agri nostri latens,
i. e. terra, agro nostro per flumen paulatim ita adie-
cta, vt, quando et unde quoquo temporis momento
adiecta sit, non intelligatur. Hoc autem alluvionis
ius locum tantummodo habet in agris non limitatis. a)
2) Vis fluminis quae est terra, agro nostro per flumen
semel et simul adiecta, vt, quantum et unde abre-
ptum sit, intelligatur. Haec domino agri tunc de-

mum adquiritur, vbi in eius agrum radices egerit. b)

a) l. 20. I. b. t. l. 7. §. i. l. 16. ff. de A. R. D. GRONOV.
ad GROTHI j. B. et P. L. II. c. 3. §. 16. b) §. 21.
I. b. t. Id quoque de terrae motu dici debet; HVBER.
digress. L. IV. c. 22. FELTMANNVS de access. memo-
rab. vi aquae vel terrae motu factis, Amst. 1691. 8-

Nota: Plerumque ad accessionem naturalem referunt
partum, insulam in flumine natam et aluei mutationem.

I. PARTVS est omne id, quod nascitur ex ventre in domi-
nio meo constituto. §. 19. I. b. t. sed hic potius ad fructus
pertinere videtur. D'ARNAVD var. coniect. p. 2.

II. De INSVLA IN FLVMINE NATA sciendum 1) si
in media fluminis parte orta sit, communis est eorum,
qui ab utraque fluminis parte prope ripam praedia possident, pro modo latitudinis cuiusque fundi, 2) si
vero alteri parti proximior sit, eorum tantum est, qui
ab ea parte prope ripam praedia possident. Ceterum
distingue: α) insulam in mari natam quippe quae oc-
cupantis sit, cum nullius credatur β) agrum in forma
insulae redactum, cum aliqua parte diuisum sit flumen,
deinde infra vnitum; is enim eius permanet, cuius
antea fuit, §. 22. I. b. t. ENGAV diff. cuinam insulae
in flum. publ. nat. competit domin. Lenae 1751.

III. ALVEI MVTATIO contigit α) si flumen alueo na-
turali derelicto, ad aliam partem fluere coepit, β) si
post aliquod tempus flumen ad priorem alueum reuer-
tatur. Vtique casu alueus derelictus eorum est, qui
prope ripam eius praedia possident pro modo latitudi-
nis cuiusque agri. Ab ea ramen differt inundatio.
Haec enim non commutat fundi speciem, adeoque si
aqua recesserit, fundus eius manet, cuius antea fuit,
nisi inundatio perpetua fuerit §. 23. 24. I. b. t. l. 23. ff.
quib. mod. ususfr. amit. WIESANDI progr. de inundat.
speciem fundi non mutante. Vir. 1784. Sed insula nata
et alueus derelictus non ex iure accessionis, quae non
adest, sed ex aequitate, quae non patitur, vt ii, qui
agros

agros propè ripam possident, sola eius *incommoda* sentiant, iis adquiri videtur.

§. 220.

B. *De accessione industriali.*

B. INDVSTRIALIS accessionis species sunt 1) adiunctio 2) specificatio 3) confusio 4) inaedificatio.

§. 221.

De adiunctione.

1) ADIVNCTIO, est *aetus*, quo *res aliena materiae nostrae adiicitur*. Quod fit: α) *inclusione* vnde v. g. gemma auro argento annuloue meo inclusa mihi cedit, nisi aurum argentumque gemmae ornandi causa adhibitum sit a) β) *ad ferrum inatione* b) γ) *intextura*, vnde purpura vesti meae intexta mea est c) δ) *scriptura*, hinc quod chartae meae inscriptum est, mihi cedit, licet literae aureae sint, restitutis tamen scripturae expensis d) ε) *pictura*, de qua tamen Iustinianus statuit, vt 1) si dominus tabulae picturam possideat, pictor tabulam petere, soluto tamen eius pretio, possit; 2) si vero pictor tabulam possideat: α) bona fide, dominus eam petit, solutis picturae impen- sis; β) si mala fide, domino datur actio furti. e)

α) l. 18. §. 13. 15. 16. ff. de auro leg. b) l. 27. pr. de A. R. D. c) §. 26. I. b. t. aliud de attextura dicendum videtur. d) §. 33. I. b. t. l. 9. §. 1. ff. de A. R. D. e) §. 34. I. b. t. l. 9. §. 2. de A. R. D.

§. 222.

De specificatione.

2) SPECIFICATIO est *aetus*, quo *alienae materiae datur noua forma*. Quod accidit 1) cum partim ex aliena, partim ex propria materia noua species efficitur; 2) cum ex aliena materia sola noua forma sit.

Priori casu indistincte materia cedit *specificanti*. a) Posteriori vero ex decisione Iustiniani post multam Sabinianorum et Proculianorum ambiguatem res haec est: α) si species ad priorem rudem materiam reduci potest, dominio *materiae* cedit; β) sin minus, res cedit *specificanti*. b) Requiritur itaque, ut specificatio sit modus adquirendi: 1) res mea et aliena aut 2) sola aliena, quae ad priorem rudem materiam reduci nequeat 3) ut specificans *suo nomine*, licet mala fide, speciem fecerit. c)

a) §. 25. *iu. f. b. t.* En verba: *Quodsi partim ex SVA materia, partim ex ALIENA materia speciem aliquam fecerit quis dubium non est, hoc casu cum esse dominum, qui fecerit; addita ratione: cum non solum operam suam dede- rit, sed et partem eiusmodi materiae praefixerit.* VOET. ad *itt.* de A. R. D. n. 21. Vnde frustra distinguit VENN. ad *b. t. §. 25.* b) c. §. 25. I. b. t. MASCOV. de *scētis Proc. et Sab.* c. IX. §. 27. n. 2. c) cf. VOET. l. c.

§. 223.

De confusione.

3) CONFUSIO est *actus*, quo res fluidae diuerorum dominorum commiscentur. De ea nota: α) si vel cum consensu *utriusque* vel *casu facta* sit, massa confusa sit *communis*; β) sin ex voluntate *solius confundentis* orta sit, massa ei quoque cedit. Ex quo patet 1) confusionem tunc demum esse modum adquirendi, si ex sola confundentis voluntate facta sit 2) confusionem fortuitam minus recte ad modos adquirendi et ad accessionem industrialement referri. §. 27. I. h. t. D'ARNAVD. var. *coniect.* pag. 2.

Nota: COMMIXTIO *huc non pertinet*, cum nunquam sit modus adquirendi. Ea vero est *actus*, quo res *arie-* *dae diuerorum dominorum commiscentur*. Iam nota: α) si facta est *utriusque* consensu, res commixtae *communes* fiunt

fiunt β) sin vero ex voluntate *vnius*, vel *casu*, videntur: utrum commixtae res facile separari possint, an non. Si prius singulus *sua* corpora vindicat; sin posterius (v. q. frumentum mixtum) utriusque pars commixtae massae pro modo frumenti cuiusque competit.
§. 28. I. h. t.

§. 224.

De inaedificatione.

4) INAEDIFICATIO est ius adquirendi, quod in solo meo aedificatum est. En regulam: quod solo aut aedificio imponitur, solo vel aedificio (i. e. domino soli vel aedificii) cedit. Hinc 1) si quis in suo quidem solo, aliena tamen materia aedificavit, eius manet aedificium, sed dominus materiae α) stante adhuc aedificio duplum materiae actione de ligno iuncto consequitur; β) eo vero diruto ipsam vindicare materiam potest, nisi eius duplum iam acceperit; 2) si quis sua quidem materia, alieno tamen solo aut aedificio aliquid imposuit, aedificium est soli domino, qui tamen α) aedificanti bona fide (i. e. ignorantia solum alienum esse,) simulque aedificium possidenti et materiae pretium et fabrorum mercedes restituere debet; Etenim non possidenti, licet bona fide aedificauerit, nihil restituit. β) Sin vero aedificans materia fide exstruxerit, aequo nihil restituit.

§. 29. 30. I. b. t. l. 33. ff. de condic. indeb. l. 2. C. de R. V. l. 14. ff. de doli except. HENR. BROKES seu PAVL. THEOPH. STRAVCHII diff. de possessore b. f. circa action. de ligno iuncto ad dupl. non oblig. Vit. 1735. VINNII sel. quaest. Lib. I. cap. 24. HVBER. ad Inst. h. t. n. 40. EV. OTTON, praef. ad T. III. thes.

§. 225.

De mixta accessione.

C. MIXTAE accessionis species sunt I. *satio* et II. *plantatio*, cum quis vel *sua* semina *sue* plantas in terra aliena, vel *aliena* semina *aliene* plantas in *sua* terra posuerit vel conseruerit. Vtroque casu, quae sata sunt, solo cedunt, si radices egerint. Ceterum, quae §. praeced. dicta sunt, de eo, qui alieno fundo aliquid bona fide inaedificauit, huc quoque pertinent.

§. 31. 32. I. b. r. Ex his simul quod Romani de domino *arboris* statuerunt, intelligitur. Si enim 1) arbor aliena in meum fundum radices egerit, mea est. 2) Ea vero in confinio posita, quamdiu cohaeret fundo, e regione cuiusque finium, vtriusque pro diuisio est, vbi vero eruta aut succisa est, communis pro indiuiso fit. §. 31. I. b. r. l. 19: pr. ff. com. diu. KRAVSHI diff. de iure vicini in arbores in suum fundum propendentes, Vit. 1765. 4. WILDVOGEL diff. de eo quod iustum et circa arb. Ien. 1737.

§. 226.

Corollaria.

I. ADQVIRITVR dominium vel per nosmet ipsos vel per procuratorem. a)

II. EFFECTVS eius praecipuus est *ius vindicandi*, hinc domino datur: 1) *rei vindicatio*, quae est actio, qua dominus rem a quoconque potest repetere possessore. 2) *actio Publicana*, qua a tertio infirmiori demum iure possessore repeti res potest. b)

III. AMITTITVR dominium 1) *Derelictione* (cf. supra §. 203.) 2) *Confiscatione honorum* 3) *Testamento*, cum testator rem heredis legauerit 4) *Alienatio-*

ne,

ne, quae est omnis actus, quo dominium in tertium transfertur. Ea vero est I. vel pura vel euentualis; vel II. voluntaria vel necessaria; vel sit III. inter viuos vel mortis causa. Ceterum requiritur: 1) ut res alienata sit in commercio 2) ut alienans sit dominus rei simulque libera de ea disponendi gaudet facultate 3) ut ne fiat in praeiudicium tertii 4) ut ne dolosa sit, c.)

- a) CARL FERD. SCHMIDT. diss. de dominii adquis. per procurat. Vit. 1777. b) tit. ff. de R. V. et de publ. act. c) SIEGELII diss. de dolo translationem dominii impediente, Lipl. 1747.
-

TITVLVS II.

DE

REBV\$ CORPORALBV\$ ET INCORPO-
RALBV\$.

Quae hoc titulo continentur, iam satis pree-
dente titulo exposita sunt.

TITVLVS III.

DE

SERVITVTIBVS PRAEDIORVM.

§. 227.

Connexio.

Dictum est hoc usque de *prima iuris in re specie*; iam vero *secunda*, ius nempe quod circa rerum seruitutes versatur, pertractanda venit.

§. 228.

Seruitus quid?

SERVITVS rerum est *ius in re, commodum aliquod ex re aliena percipiendi*. Ergo omnis seruitus duo presupponit obiecta: alterum, quod percipit hoc commodum, alterum vero quod illud *praefstat*. Prius dominans dicitur, et vel res vel persona est. Posteriorius seruiens appellatur, et semper est res aliqua.

cf. IANI ACOSTAE *praelect. ad Tit. Dig. de seruitutibus in MEERM. thes. T. I. et auctiores in EI, praelect. iur. ciu. L. B. 1773. 4.* D'AVEZAN *seruitur, liber in MEERM. thes. T. IV. DANDINI interpr. de seruit. ad loca quaedam L. VII. VIII. Dig. Veron. 1741. 4.* EDM. MERILLII *com. de seruit. in OTTON. thes. T. III. WESTPHALII interpr. iur. ciu. de libert. et seruit. praediorum Lipf. 1773. 8.*

§. 229.

Diuisiones seruitutum.

Seruitutum variae sunt diuisiones, de quibus sic habe:

I. Com

I. Commodum, quod dominans ex re aliena percipit, consistit vel 1) in eo, ut aliquid in re aliena facere possit, seu, ut seruiens pati debeat, dominantem in re sua aliquid facere; vel 2) in eo, ut dominans prohibere seruientem possit, quo minus aliquid in re sua faciat. a) *Ius faciendi aliquid in re aliena*; seu, *cogendi alterum*, ut aliquid in re sua fieri patiatur, est seruitus ADFIRMATIVA, seu in *patiendo* consistens; *Ius vero prohibendi alterum*, ne quid in re sua faciat, est seruitus NEGATIVA seu in *non faciendo* consistens. Cuius distinctionis usus est, 1) ut illae subsecuta demum quasi traditione, hae vero ex solo pacto adquirantur 2) illae amittantur solo non usu, hae vero accidente simul facto seruientis contrario. b)

II. Obiectum dominans est vel *res* vel *persona*. Hinc seruitus vel REALIS est vel PERSONALIS. Illa dicitur, qua *res rei* seruit i. e. qua dominans propter possessionem alicuius rei percipit commodum. Haec est, qua *res personae* seruit i. e. cum dominans pro persona sua seruitutem habet. c) Hinc non datur seruitus mixta. d) Huius distinctionis usus est 1) personales extinguuntur persona, cui competit, mortua; at reales transeunt ad quoscunque praedii dominantis possessores e) 2) illae extinguuntur praedii seruientis interitu, nec, eo restituto, reuiniscunt, hae vero reuiniscunt 3) illae pereunt capitatis diminutione, hae minus. g)

III. Res seu praedium seruiens vel ad *economiam* et *agriculturam*, vel ad *habitationem*, *commoditatem* aut *voluptatem* vitae destinatum est. Illud *urbanum* hoc *ruricum* dicitur; hinc et seruitus, quae in praedium,

dium urbanum competit, VRBANA, quae vero in rusticum, RVSTICA nominatur. h)

IV. Constituitur seruitus vel 1) *lege publica*, vnde seruitus PUBLICA 2) vel ex decreto iudicis, vnde seruitus NECESSARIA i) 3) vel ex libera seruientis voluntate, vnde seruitus VOLVNTARIA, quae iterum vel pacto vel testamento originem debet.

- a) l. 15. §. 1. ff. b. t. b) cf. SCHLITTE ad LVDOVLICI usum pract. distinct. p. 168. et LVDOV. ipse dist. 3. h. t. c) l. 1. ff. b. t. d) DONELL. comment. iur. ciu. l. IX. e. 22. e) l. 3. §. 3. ff. quib. mod. usus fr. amitt. f) l. 10. §. 7. ff. eod. l. 20. §. 2. de S. P. V. l. 14. pr. ff. quem seru. amitt. g) l. 3. ff. eod. h)
- Quae sint urbana quaeue rustica praedia dissentunt. Plerique aedificia praediae urbana, et areas, aedificiis desitutus, rustica dicunt. Sed videntur potius ex usu definienda, cum praediae materia i. e. usus facit. l. 198. de V. S ibique GOEDDAEV. Vid. quoque KOCHII dist. de praed. urb. et rust. HVBER. ad I. b. t. n. 2. i) CRELL. de seru. neceſſ. in Ei. dist. fasc. LX RIVINI dist. de seru. nec. Lipf. 1734. NOODT ad T. ff. de S. P. V. VINN. sel. quaest. I. 30. WIESANDI progr. de seru. neceſſ. Vit. 1784. PVFEND. obs. iur. vn. T. I. obs. 239.

DE PRAECIPVIS SERVITVTIBVS REALIBVS.

§. 230.

A. De Seruitutibus RVSTICIS.

Agitur hoc titulo de seruitutibus realibus; de personalibus seq. tit. Et primo quidem Iustinianus in pr. I. h. t. rusticas sequentes enumerat:

I. Ser.

I. Seruitutem ITINERIS, quae est *ius eundi et ambulandi per praedium alienum*. Iure non solum est pedibus, sed et *equo* incedere et *sella aut lectica* vehi. a)

II. Seruitutem ACTVS, quae consistit in iure *agendi vel vehiculum vel iumentum per fundum alienum*. b)

Diuidi solet in plenum et minus plenum.

III. Seruitutem VIAE, qua quis habet *ius, non solum eundi et agendi, sed et tignum et lapidem trahendi, hastamque reclam referendi, si modo fructus non laedantur.* c)

IV. Seruitutem AEQVAE HAVSTVS, quae est *ius, aquam ex fonte vicini priuato hauriendi*. Nota: Qui haustum habet, et iter habet ad hauriendum, et cui ius itineris tantum ad fontem datum est, ei et haustus competit. Haec de fonte priuato. Ad flumen enim publicum iter tantum concedi debet, non haustus, quem quidem qui sine itinere concessit, nihil egit. d)

V. Seruitus PASCENDI, qua alicui competit *ius pecora sua in fundo alieno pascendi.* e)

VI. Seruitus PECORIS AD AQVAM ADPVL-SVS, CALCIS COQVENDAE, ARENAE FODIEN-DAE. f)

a) *l. i. 7. 12. ff. de S. P. R. CVIAC. Obs. L. XXII. c. 35.*
 DONELL. *com. iur. XI. c. 6.* b) *l. i. ff. eod. vehiculum h. l. non est currus manualis, ut vult BYN-KERSH. Obs. IV. 7. sed plaustrum, sic enim PAVLVS in l. 7. de S. P. R. qui actum habet, inquit, et PLAV-STRVM ducere potest.* c) *c. l. 7. ff. eod. cf. ILL. SCHOTT. de vero actus et viae discriminne in ei. opusc. n. 7.*

n. 7. d) l. 3. §. 3. eod. e) §. 2. I. b. r. l. 4. ff.
de seru. praed. rust. f) §. 2. l. b. t.

§. 231.

B. De Seruitibus VRBANIS.

VRBANARVM seruitutum praecipuae sunt:

I. Seruitus ONERIS FERENDI, cum *paries vicini* onus aedium dominantis sustinere debet. a)

II. Seruitus TIGNI IMMITTENDI, qua *vicus in vicini parietem tignum immittere potest*, ut ibi requiescat.

III. Seruitus PROIICIENDI, quae est *ius, tignum in vicini aerem prouehendi*, ut tamen in eius area non requiescat. b)

IV. Seruitus PROTEGENDI, cum quis *protectum super solum alienum habere potest*.

a) §. 1. I. b. t. l. 33. ff. de S. P. V. b) l. 2. ff. eod. l. 242. §. 1. de S.

§. 232.

Continuatio.

V. Seruitus STILLICIDII vel FLVMINIS. a)

De qua haec nota: Iure naturali 1) cuilibet licet aquam pluviā suā in suū auertere fundū, ibique recipere, ad proprios adhibere usus, et quemcunque tertium, quo minus hanc pluviā aquam in suū fundū deriuet, impēdire; 2) nemini licet, aquam suā pluviā superfluam seu noxiā in alterius fundū deriuare. Quoad alterum datur seruitus STILLICIDII RECEPIENDI vel AVERTENDI, qua vici.

*vicus in vicini fundum aquam suam superfluam deriuare potest. Ea recipiendi respectu seruientis, qui aquam meam recipere debet, et auertendi, ratione dominantis, qui auertere aquam pluiam in fundum vicini potest, dicitur. Quoad primum datur seruitus STILLICIDII NON RECIPIENDI seu NON AVERTENDI, qua pati debo, ut *vicinus aquam pluiam ex MEO in SVVM fundum deriuat*. Quia mihi non licet aquam in meum fundum recipere seu deriuare, hinc non recipiendi vel non auertendi dicta. b)*

a) *Stillicidium est aqua guttatum cadens; flumen aqua canali collecta uno impetu ruens.* VARRO *de lingua lat.* L. IV. c. V. b) *Aliter VINNIVS ad b. t.* Aliter BACHOV. *ad h. t.* Aliter BERGER. *Oecon.* p. 233. ed. nouiss. vid. quoque THOMASII *diss. de seruit. stillic.* in ej. diss. Vol. I.

§. 233.

Continuatio.

VI. LVMINIS causa occurrit: 1) Seruitus LVMINVM, quae est ius feneſtras luciferas in alieno vel communi pariete habendi 2) fernitus, NE LVMINIBVS OFFICIATVR, qua vicinus prohibitur, ne quid faciat, quod lumina mea minuat aut obscuret, siue feneſtras ex iure dominii in meo aut ex seruitute luminum in alieno vel communi pariete aperuerim.

I. 4. 9. 15. 17. de S. P. V. l. 24. §. vlt. ff. de damno inf. l. 12. §. 2. 3. C. de aedif. priu. SCHVLT. ad CALL Inst. L. II. Tit. I. §. 3. n. 30. in f.

§. 234.

Continuatio.

VII. Ratione PROSPECTVS datur: 1) Seruitus PROSPECTVS, qua quis feneſtras prospexitias in fundum

dum alienum habere potest 2) NE PROSPECTVI OF-
FICIATVR qua vicinus nihil, quo gravior liberiorque
prospectus impediatur, ponere debet. l. 3. 15. ff. de
S. P. V.

§. 335.

Continuatio.

VIII. Respectu denique AEDIFICIORVM
competit seruitus:

1) NON TOLLENDI seu DESTRVENDI 2)
NON ALTIUS TOLLENDI. 3) ALTIUS TOL-
LENDI quae est sine dubio ius, aedes ALIENAS altius tollendi v. g. coenaculum iis imponendo. a) Fre-
quentior tamen est, qua haec seruitus in iure, aedes
proprias ultra modum legitimum ex consensu vicini
extollendi consistere dicitur, opinio. At licet conce-
di debeat, certam aedificiorum altitudinem, ultra
quam sine vicini consensu tollere haud licuerit, praescriptam fuisse b) obtento tamen hoc consensu, non
seruitus imposita sed libertas restituta videtur. Cum
porro, si hanc sequaris sententiam, haec seruitus et
in re propria competenter, et in faciendo consistenter,
naturae seruitutis proprius accedere; quam dedimus,
definitionem intelligitur. c) Nec obstat §. 2. I. de
action. d)

a) l. 3. §. 7. ff. vii possid. b) l. 12. §. 2. C. de aedif.
priu. c) vid. PAGENSTECH. sicilim. manp. 3.
BACHOV. ad b. t. qui tamen in eo errat, quod altius
tollendi et non tollendi seruitutem unam esse putat.
de SENKENBERG. medit. iurid. histor. Spec. I. Gieslae
1782. d) Ibi enim haec agendi formula traditur:
Aio, ius mibi esse aedes MEAS altius tollendi. Sed ea
videtur potius negotoriae quam confessoriae actionis for-
mula. Ceterum cf. de SELCHOV. diss. de seru. alt.
toll. eiusque ad Germ. habitu in electis iur. Germ.
CREL-

CRELLII diff. de seru. alt. toll. in usu libert. natur. const. in ei. diff. Faf. 3. ESTORS Anmerk. von der Höhe der Gebäude zu Rom zur Erläut. der seru. alt. toll. in Dessen auserles. klein. Schrift. P. III. et latine c. not. IVGLIERI, Lipf. 1736. 4.

§. 236.

Corollarium.

Hae sunt praecipuae urbanorum rusticorumque praediorum seruitutes, de quibus adhuc sciendum, eas plerumque tales esse; namque urbana in rusticam et rustica in urbanam degenerare, mutato eius usu, potest, vnde v. g. seruitus altius tollendi mox ad urbanas mox ad rusticas refertur seruitutes.

cf. l. 2. ff. de S. P. V. et l. 2. pr. ff. de S. P. R. BERGER, Oecon. p. 224. et sq. ex edit. nouiss.

§. 237.

III. De NATURA seruitutum.

De natura seruitutum haec nota:

I. Omnis seruitus est a) quoad seruientem, restrictio libertatis naturalis b) ratione dominantis ius in re et quidem in re aliena; nulli enim res sua seruit. a)

II. Nulla seruitus in faciendo, sed vel in non faciendo vel in patiendo consistit. b)

III. Seruitutes reales ipso iure nec ad tempus nec ex tempore, nec sub conditione, nec usque ad conditionem constitui possunt, si tamen adiecta sit exceptio doli vel pacti datur aduersus seruitutem vindicantem. Modus tamen adiici potest. c)

K

IV.

IV. Seruitutes non solum utilitatis sed et amoenitatis et voluptatis causa constitui possunt. d)

V. Seruitus seruitutis non datur. e)

VI. Seruitutes sunt causae individuae, excepto usufructu. f)

VII. Seruitutum, quae circa aquam obtinent, causa esse debet perpetua. g)

VIII. In omnibus feruitutibus refection ad dominantem pertinet. h)

- a) l. 26. ff. de S. P. V. b) l. 15. §. 1. ff. de seruit. GERH. TITII diff. de seruit. faciendi Lips. 1710. et in EI. disp. n. II. GERHARDI diff. de seru. in fac. confit. Ienae 1710. GVNDLING. de seru. fac. in seinen kleinen deutsch. Schrifft. p. 454. HEINECC. ad VENN. h. t. §. 1. n. 3. in med. c) l. 4. ff. de seruit. DONELL. comm. iur. ciu. L. II. c. 10. CRELLII Obs. de seruit. ad certum modum restrictis in EI. diff. Falc. IX. d) NOODT. prob. L. I. c. 2. THOMAS. schol. et nou. addit. ad HVBER. h. t. e) l. 1. ff. de usufr. leg. f) l. 8. §. 1. l. 11. 17. ff. de seruit. l. 1. §. 9. ad L. Falc. l. 19. ff. de usu. g) l. 28. ff. de S. P. V. l. 23. §. 1. de S. P. R. l. vn. §. 4. ff. de fonte, l. 1. §. 5. ff. de aqua quor. Causa perpetua est, cum obiectum, circa quod exercetur seruitus, causam naturalem habet, i. e. a sola natura, non facto hominis oritur et continuatur, vid. l. c. 28. ibi: neque enim causam perpetuam habet, quod, MANV sit, ar, quod ex COELO cadit, et si non assidue sit, ex NATVRALI ratiem causa sit, et ideo PERPETVO fieri existimatur. Cum vero eiusmodi causa naturalis in omnibus feruitutibus non adsit (v.g. in feruitute oneris ferendi, tigni immittendi) et leges laudatae semper de feruitutibus, quae circa aquam locum habent, loquuntur, non videtur alienum, quod in c. l. 28. generaliter adseritur, axioma, ad has tantum restringere feruitutes. Ceterum vid. HEINECC. diff. de causa seruit. perp. Halae 1738. h) l. 6. §. 2. ff. si seru. vind.

seru. vind. ibi: in OMNIBVS seruitutibus refectio ad EVM pertinet, qui SIBI SERVITVTEM ADSERIT, NON ad eum, cuius res seruit Hinc non est, quod seruitutem oneris ferendi dicamus anomalam. vid. STRVBENS rechtl. Bedenk. T. IV. n. 158. HEISLERS Abhandl. ob in den Dienstbarkeiten der Herr des dienstbaren Gutbes zu repariren schuldig sey? in Delf'en jur. Abhandl. I Samml. und in SCHOTTS jur. Wochenzblatt 2ter Jahrgang, EBENDESSELB. nochmalige Erörterung der Frage, wer in den seruit. zu repariren schuldig sey? Ebenda selbst n. 2.

§. 238.

De constitutione et adquisitione seruituzum.

CONSTITVTIO seruitutis est *actus*, quo alteri promittitur seruitus. Ex ea oritur tantum ius ad rem; et fit per pactum. a) ADQVISITIO vero seruitutis est *actus*, quo ius IN RE seruitutis (seu seruitus ipsa) in alterum transfertur. Haec fit 1) quasi traditione in seruitutibus *adfirmatiuis*; b) 2) *vltima voluntate* c) 3) *fententia iudicis* d) 4) *praescriptione adquisitiua* de qua suo loco. Ceterum de modis amittendi seruitutes commodius dici in Pandectis potest. e)

- a) §. 4. I. b. r. b) l. n. §. 1. ff. de public. act. c)
 §. 4. I. b. r. tit. ff. de seru. leg. d) l. 22. §. 3. ff.
 fam. ercisc. e) ad tit. quem seru. amitt.

TITVLVS IV.

DE

DE VS VFR VCTV.

§. 239.

Connexio.

Haec de realibus seruitutibus; iam sequuntur *personales*, quarum prima et potior est VSVSFRV-
CTVS, qui, quoad obiectum, in A. VERVM et B.
QVASI *talem* diuiditur.

§. 240.

De vero ususfructu.

A. VERVS ususfructus est ius *alienis rebus* utendi
fruendi, salua rerum *substantia* a) i. e. ius in re et
personale, quoscumque fructus ordinarios ex re aliena
non fungibili salua eius substantia percipiendi.
Ergo ususfructus est I. ius in re II. ius in re aliena.
III. ius in re non fungibili IV. ius personale V. Eo
percipiuntur omnes fructus VI. substantia tamen rei
salua manere debet. b)

a) *I. i. ff. b. t.* b) cf. GALVANI disertt. var. *de usufr.* Geneu. 1676. 4. NOODTII libri II. *de usufr.* in ei. Opp. LEONINVS *de usufr.* in OTTON. thes. T. V. FR. HOTTOMANVS *ad tit. C. de usufr.* in Ei. Opp. T. I.

§. 241.

§. 241.

Axioma primum.

I. *Vsusfructus est ius in re.* Hinc qui ex iure ad rem realiena fruitur, non gaudet vsufructu v. g. conductor, commodatarius, creditor antichreticus. Cuius rei hoc est discrimen, quod qui viuumfructum habet, eum aduersus quemcunque rei possessorem exercere possit, quod secus in iure ad rem.

§. 242.

Axioma secundum.

II. *Vsusfructus est ius in re ALIENA,* siue sit mobilis siue immobilis. Hinc ex propria re dominus non vi seruitutis sed vi dominii fructus percipit. Ex quo patet, 1) distinctionem vsufructus in causalem et formalem esse inutilem a) 2) in vsufructu duas ocurrere personas: α) proprietarium i. e. cui competit rei vsufructuariae dominium, β) vsufructuarium i. e. qui gaudet rei alienae vsufructu.

a) MAIANSII diff. de *usufr. proprietari coniuncto et separato* in ei. diff. T. I. HVBER. ad I. b. r. n. 3.

§. 243.

Axioma tertium.

III. *Vsusfructus est ius in re NON fungibili.* Hinc 1) differt a quasi vsufructu 2) finito vsufructu rem ipsam, quatenus casu non interiit, restituere, eoque nomine 3) cautionem, quae vsufructuaria dicitur, praestare vsufructuarius debet, l. i. pr. et §. 7. ff. *usufruct. quem, cau.*

§. 244.

Axioma quartum.

IV. *Vsusfructus est ius PERSONALE, i. e. non potest egredi vsufructuarii personam. Vnde i) ipsum usumfructum non potest vsufructuarius cedere, nisi ipsi proprietario, cum, si extraneo cedatur, nihil aetum sit, sed finito cedentis iure, vsusfructus ad proprietarium reuertatur, ac si nulla facta esset cessione. a) At effectus vsusfructus i. e. fructuum perceptio, potest extraneo in vim iuris ad rem cedi v. g. donando, vendendo, locando. Quoniam tunc ususfructus penes ipsum fructuarium mansisse creditur, isque per hunc tertium frui videtur b) 2) vsusfructus non transit ad heredes, de qua re infra.*

a) §. 3. I. b. r. l. 66. ff. de iure dor. Ergo ususfructus non statim reuertitur ad proprietatem, quod putat VINCENS ad b. r. Ita enim in l. cit. 66. de iure dor. si extraneo cedatur, nihil ad eum transire, sed ad dominum proprietatis REVERSVRM usumfructum. b) l. 12. §. 2. ff. b. r. c. l. 66. de iure dor.

§. 245.

Axioma quintum.

V. *Vsufructuarius percipit OMNES fructus ORDINARIOS. a) Hinc thesauri in fructuario fundo, quasi in alieno, inuenti pars dimidia proprietario restituiri debet. b)*

a) l. 7. pr. l. 9. pr. l. 59. §. 1. ff. b. r. sol. matr. b) l. 7. §. 12. ff.

§. 246.

Axioma sextum.

VI. *Vsufructuarius utitur SALVA rei substantia. Ex quo vsufructuarii iura et obligationes intelliguntur;*

A. Eius

A. Eius IVRA: Competit ipso 1) ius possidendi rem fructuariam 2) ius percipiendi ex ea fructus (§. praec.) 3) ius plene disponendi de fructibus perceptis.

B. Eius obligations 1) ut vtatur tanquam bonus paterfamilias, hincque α) in locum rei desperdite aliā substituat a) β) remque reficiat si refection modica sit, nec vsumfructum derelinquere velit b) 2) ut mutare rei substantiam ne in melius quidem possit, nisi ornatus tantum causa c) 3) ut caueat, se ex boni viri arbitratu usurum d) 4) ut onera rei fructibusque imposita soluat, non vero personalia. e)

a) §. 38. I. de rer. diu. b) l. 7. §. 2. 3. l. 64. ff. b. t.
 c) l. 13. §. 7. 8. l. 44. ff. ff. cod. d) l. 1. ff. vſuſr.
 quem. cau. e) l. 7. §. 2. ff. b. t. BERGER. Ocean.
 p. 239. DONELL. com. iur. ciu. L. X. c. 13.

§. 247.

De quasi vſuſructu.

B. QVASI vſuſructus est ius abutendi re FVNGBILI aliena, ut eius AESTIMATIO aliquando restituatur. a) Ergo requiritur 1) res fungibilis 2) aestimatio rei, ut fructarius finito vſuſructu tantum restituat pecuniae, quanti res aestimata fuerit. b) Cautio vero de hac pecunia restituenda ad substantiam quasi vſuſructus pertinere non videtur. c)

a) Scro aliquo introductus est, cuius tamen historia et aetas incerta est, cf. SCHVLT. ad VLP. fragm. Tit. XXIV. §. 27. b) §. 2. I. b. t. c) vid. l. 5. §. 1.
 ff. de vſuſr. ear. rer.

§. 248.

Differentiae veri et quasi vſuſructus nec non mutui.

Ceterum differt hic quasi vſuſructus I. a
 VERO α) quod hic detur in rem non fungibilem,
 ille
 K 4

ille vero in *fungibilem* β) quod in hoc res *ipsa*, in illo *aestimatio* rei restituatur. II. a MVTVO α) quod in hoc tantundem, in illo *aestimatio* reddenda sit β) in mutuo *vſuræ* peti possunt, non vero in quasi *vſusfructu* γ) mutuum *pro lubitu* reuocari potest, nisi expresse certum tempus definitum sit, sed quasi *vſusfructus* finitur ex *certis causis* legibus determinatis δ) in mutuo cautio peti non potest. Denique errare videntur, qui hunc quasi *vſumfructum* tunc demum locum habere statuunt, si *testamento* relictus, non vero si *paſtio* constitutus sit.

§. 249.

De constitutione vſusfructus.

Supereſt adhuc, vt de modis, quibus *vſusfructus* conſtituatur et finiatur, videamus, de qua re Iustinianus §. I. et 3. I. h. t. egit.

A. CONSTITVITVR:

I. LEGE, vnde *vſusfructus legitimus*, qui competit 1) PATRI α) in peculio filii aduentitio ordinario, de qua re suo loco; β) in omnibus liberorum emancipatorum bonis pro *dimidia* tantum *vſusfructus* parte (non totus *vſusfructus* in *dimidia* bonorum parte) exceptis caſtrenſibus et quasi caſtrenſibus α) 2) CONIVGI superfliti ab intestato succedenti, quod infra dicetur.

II. A IVDICE, cum in iudiciis diuisoriis alteri proprietatem alteri *vſumfructum* adjudicat. β)

III. A PROPRIETARIO α) per *paſtum*, quo caſu quasi traditio accedere debet β) per *ultimam voluntatem*, et tunc nulla opus est quasi traditione. α)

IV.

IV. PRAESCRIPIONE. a)

- a) Iure antiquo pater *tertiam* bonorum partem accipiebat, quod Iustinianus mutauit, qui in *l. 6. §. 3. C. de bon.* quae lib. *sancimus*, inquit, non *TERTIAM* partem domini, sed *DIMIDIAM* (partem) *vſusfructus apud maiores*, qui *emancipationem donant, residere.* b) *l. 6. §. 10. ff. com. diu. l. 16. §. 1. ff. fam. erc* c) *tit. ff. de vſusfr. leg.* d) *l. vlt. in fin. C. de praefc. longi temp.*

§. 250.

De modis, quibus finitur vſusfructus.

B. FINITVR:

I. Ex persona PROPRIETARI^I, si ipse ius tantum temporarium in re fructuaria habuerit, secundum regulam: *resoluto iure dantis, resoluitur et ius accipientis. a)*


II. Ex persona VSVFRVCTVARII: 1) propter remissionem cessionemque proprietario factam b) 2) propter derelictionem c) 3) per *non vſum*, et quidem α) si nec *ipſe* nec *per alium* fruitur, ita, vt propterea et dominium rei amittere posset d) β) si non vti-
tur per modum et tempus e) γ) si *vſum* tantum exer-
cit, ignorans, se *vſumfructum* habere f) 4) per
mortem ciuilem, id est, si personae *physicae* competit,
per maximam et medium capitis diminutionem g)
sin vero *uniuersitati*, per eius dissolutionem vel la-
psum C. annorum h) 5) per *mortem naturalem*, nisi
heredibus simul stipulatus sit, quo casu duplex qui-
dem est *vſusfructus* i) sed non transit nisi ad heredes
primos. k)

III. Ratione REI FRVCTVARIAE 1) eius *inte-*
ritu, modo *casu* res *tota* et *simul* perierit, nec reui-
uiscit

uiscit licet r̄s restituta sit. l) 2) mutatione ipsius rei,
non vero dominii m) 3) consolidatione. n)

IV. Ratione MODI CONSTITVENDI 1) lapsu tem-
poris 2) existente vel deficiente conditione 3) cessante,
propter quam datus erat, qualitate. Finitus autem
vſusfructus reuertitur ad proprietarium. o)

- a) l. 16. ff. quib. mod. vſusfr. amitt. b) §. 3. I. b. t.
- c) l. 64. ff. b. t. d) l. 12. §. 2. ff. l. 16. §. 1. C. b. t.
- e) §. 3. I. b. t. VINNIVS ad cit. §. ibique HEINECC.
EV. OTTO ibidem f) l. 20. ff. quib. mod. vſusfr.
amitt. g) l. 16. §. 2. C. b. t. Olim et minima amitt-
tebatur PAVL. rec. senz. L. III. T. 6. §. 29. h) l.
36. ff. b. t. i) l. 38. §. 10. n. 12. ff. de V. O. k)
l. 14 C. b. t. Exceptio est in vſusfructu filio familias le-
gato, quippe qui, mortuo filio, ipso iure ad patrem
eius transmittitur, l. vte. C. b. t. l) §. 3. I. l. 36. pr.
ff. b. t. l. 5. §. 3. l. 10. §. 2. 3. l. 30. 31. ff. quem. vſusfr.
amitt. m) l. 12. 19. ff. eod. n) §. 3. I. b. t. o)
§. 4. I. b. t.



TITVLVS V.

DE

VSV ET HABITATIONE.

§. 251.

Vſus quia id.

Altera seruitus personalis est VSVS, qui consistit
in iure fructus ad NECESSITATEM pertinentes
ex re aliena satua eius substantia percipiendi. a) Quod
quomodo fiat variis exemplis in ipsis legibus illustra-
tur. b)

tur. b) Et cum serui ad res referrentur, dabatur apud Romanos et usus serui alieni. c)

a) VTI est: 1) ita agere cum re aliqua ut substantia eius *falsa* maneat, opponitur *to abutu*. 2) Fructus ad vitae necessitatem percipere, cum frui sit, omnes fructus et ad iucunditatem vitae pertinentes percipere. CRELL. de seru. usus eiusque benigna interpr. in Ei. diss. Fas. X. b) cf. Inst. et Pand. b. 1. c) §. 3. I. b. t. tit. ff. de de oper. seru.

§. 252.

Habitatio quid?

Vltima seruitus personalis est HABITATIO, quae est ius iis aedium partibus fruendi, quae habitatio- ni destinatae sunt. a) Ab ea differt ususfructus et usus aedium. Hoc singulare est huius seruitutis, quod capitum diminutione non finiatur, quia in *facto* potius, quam in iure consistit. b)


a) MAIANSII diss. de habit. in Ei. Vol. I. b) l. 10. ff. de cap. dim. ad quam vid. GVNDLINGIANA part. 17. p. 125. Ill. SCHOTTI jur. Wochentbl. 2ter Jahrg.

§. 253.

De actionibus seruitutum.

Actiones denique propter seruitutes competen- tes sunt duplicitis generis. Aliae enim dantur ex ser- uitute *promissa* sed nondum *adquisita*, quae omnes sunt actiones PERSONALES, et dantur ad id, ut promittens exercitium seruitutis pati debeat, vel si rem alienauerit, ad praefundum id, quod interest. Alia porro datur actio ex seruitute iam *adquisita*, quae est *realis*, et CONFESSORIA dicitur. Ergo hoc non pertinet actio NEGATORIA, quae non ex seruitute, sed ex libertate naturali oritur.

TIT.



TITVLVS VI.

DE

VSVCAPIONIEBV ET LONGI TEMPO-
RIS FRAESCRIPCTIONIBVS.

§. 254.

C o n u n e x i o .

Hacc de *naturalibus* adquirendi modis. Iam de *civilibus* tractatio incipit, qui vel *VNIVERSALIS* sunt, quibus *VNIVERSITAS rerum*, vel *SINGVLARES*, quibus res *SINGVLARIS* adquiritur. Ad *priores* pertinet 1) hereditatis aditio 2) bonorum possessio 3) additio bonorum libertatum seruandorum causa, de quibus omnibus suis locis, 4) successio fisci, quae ex variis causis locum habebat a) 5) ingressus in monasterium. b) Ad *posteriores* plerumque referri solent 1) vsucapiones 2) donationes 3) legata, et 4) fideicomissa particularia. At obserua: 1) vsucapio etiam est modus adquirendi *vniuersalis* 2) donatio iure nouo plane non est modus adquirendi, ut tit. seq. dicetur; 3) legata et fideicomissa particularia iure nouo non nisi *verbis* differunt, hinc non sunt duo *speciales* modi adquirendi.

a) *tit. ff. de iure/fisci.* b) *Nou. s. c. 4.* Ceterum de iure antiquo hoc etiam pertinebat 1) conuentio vxoris in manum mariti 2) acquisitio ex arrogatione 3) ex sectione bonorum debitoris et 4) ex *Scto Claudio.*

§. 255.

§. 255.

De vsucapione.

VSVCAPIO seu PRAESRIPTIO in genere est
ad eum commodi cuiusdam orta ex eo, quod alter iure
suo intra certum tempus usus non est.

cf. GROSLOTIUS de *vsucap.* in OTTON. thes. T. V.
GALVAN. de *vsufi.* c. XI. XII. de *vsucapionis natura*
etymol. origine et fine in Ei. diss. Vol. II. ESTORS
Entwickelung der verworrenen Lebre von der röm. vsucap.
Marb. 1756. 8. RAVII principia doctrinae de *prae script.*
ed. nouiss. c. not. EICHMANNI Ienae 1780. 8. 10.
LVDW. SCHMIDTHI *opuscula de prae script.* praefert.
circa pignus Ienae 1780. 8. Opusc. I. CVIAC. com.
ad rit. ff. de *vsurp.*

§. 256.

Ratio praescriptionis quae?

Ratio praescriptionis est, 1) ut dominia rerum
certa fiant 2) ut negligentia puniatur. a) Ceterum
iure antiquo duplex apud Romanos dabatur prae-
scriptionis species 1) VSVCAPIO et 2) PRAESCRIP-
TIO, quae differebant 1) quod illa efficeret do-
minium *quiritarium*, haec vero *bonitarium*. 2) illa
res tantum *mancipi* et *praedia italica*, hac vero *reli-*
quae res adquirerentur 3) illa requireret *annum*, si
res *mobilis*, et *biennum*, si fundus *prae scriberetur*,
in hac vero *decennio* inter *prae fentes* et *vicennio* inter
absentes opus esset 4) *vsucapere* posset *cuius* tantum,
sed *prae scribere* et *peregrinus* posset. Quae tamen
omnia iure novo ita immutata sunt, ut nulla am-
plius inter *vsucaptionem* et *prae fceptionem* interce-
dat differentia.

a) PETRVS DE TOVLLIEV *collectan.* p. 409. b) cf.
RAEVARDVS de *differ. vsuc. et prae script.* in CONRA-
DI *triga libell.* de *iurib. vsuc.* ibique ipse CONRADI in
prae f.

praef. ESTOR lib. laud. erstes Haupft. RIVINI seu SCHMVCKII diss. de usucap. statu a XII tabb. usque ad Iustinian. Vit. 1756. DONELL. com. iur. ciu. L. V. c. 4.

§. 257.

Praescriptionis diuisio[n]s.

I. *Praescriptio* est adeptio COMMODI alicuius. Quod commodum cum varium esse possit, ideo et praescriptio varie diuiditur. Namque:

A. Adipiscor vel rem aliquam, vel ius aliquod, vel liberationem a poena criminali; hinc praescriptio ratione obiecti, quod praescribitur, est vel RERVM, vel 1VRIVM vel CRIMINVM. a)

B. Adipiscor commodum, quando aliquid mihi adquiro, quod antea meum non fuit. Hinc praescriptio ADQVISITIVA dicitur, qua meum facio, quod antea meum non fuit. Quod quidem dupli modo accidit: 1) quando rem ipsam alterius mini adquiro, et tunc praescriptio adquisitiua in specie TRANSLATIVA dicitur, quia dominium eius rei, quam mihi adquisiui, ab altero in me transferitur. 2) Quando ius tantum aduersus tertium mihi adquiro, quod antea non habui; et tunc praescriptio adquisitiua in specie CONSTITUTIVA dicitur, quia constituitur mihi ius, quod antea non habui. b)

C. Adipiscor commodum, quando liberor ab obligatione tertio cuidam debita; quia hic tertius seu creditor meus iure aduersus me suo vius non est. Hinc praescriptio EXTINCTI-

VA

VA dicitur, *qua liberor ab obligatione aliqua.*
Extinguitur enim tum ius alterius cum obli-
gatio mea.

II. Praescriptione adipisor commodum, *quia alter iu-*
re suo intra CERTVM TEMPVS usus non est.
Quod tempus cum varium sit, ideo et eius ra-
tione, praescriptio varie diuiditur. Namque:

A. Si certum tempus a legibus definitum est,
praescriptio ipsa DEFINITA dicitur. 'Hoc
certum tempus vel in regula obseruari debet,
vel aliud esse potest in certis speciebus. Prius
ordinarium, posterius extraordinarium dicitur;
vnde ipsa praescriptio est vel ORDINARIA,
vel EXTRAORDINARIA: illa, *in qua tempus*
ordinarium, haec in qua extraordinarium ob-
seruatur. c) Cum vero tempus extraordinar-
ium vel breuius sit ordinario vel longius; hinc
et praescriptio vel TEMPORALIS vel LON-
GISSIMI TEMPORIS dicitur. d)

B. Si certum tempus definitum non est, praes-
criptio indefinita seu IMMEMORIALIS
dicitur.

- a) ENGAV kurze Betracht. von der Verjährung in peinl.
Fällen, Ienae 1737. 8. b) RAVE §. 15. 16.
c) de COCCEII diff. de praescript. extraord. Erf. 1700.
d) GVIL. LEYSERI diff. de praescript. longiss. temp.
Vit. 1661. Ampliss. CHR. FRID. POHLII differit. II.
de orig. praescript. longiss. temp. Lips. 1779. et 1780.

§. 258.

Requisita praescriptionum.

REQVISITA omnium praescriptionum sunt 1)
vt obiectum, quod praescribitur, vsucaptionis capax
sit;

sit; 2) *vt is, contra quem praescribitur, in negligencia versetur.* Hinc non datur praescriptio 1) rerum merae facultatis a) 2) iurium, quae ex causa iusta exerceri non possunt, propter regulam: *agere non valenti non currit praescriptio b)* 3) rerum commercio exemptarum c) 4) rerum pupillarum, quarum praescriptio iam inchoata coepit dormire d) 5) rerum dotarium, si praescriptio incipit, vbi res iam coeperrunt esse dotales e) 6) rerum furtuarum, nisi ad priorem dominium reuersae sint. f)

a) cf. LEYSER Med. ad Pand. Sp. 462. RAVE §. 1. IO, CHR. CLAPROTH de de rebus merae facultat. Gott. 1745. HOEPFNER. comment. Inst. ad b. t. p. 290.
 b) l. 7. §. 4. C. de praescr. XXX. annor. l. 4. in fin. C. de bonis, quae liber. l. vlt. §. 3. C. commun. legat. c) §. 4. l. 1. g. ff. b. t. d) l. 10. ff. quem seru. amitt. l. 48. pr. ff. de A. R. D. l. 3. C. de praescr. XXX. annor. LEYSER sp. 463. RAVE §. 30. e) l. 16. ff. de fundo dor. f) §. 2. 3. 8. l. b. t. RETES de probib. vñuc. in MEERM. thes. T. VI. MAIANSII diff. ex quib. cauf. vñuc. prohibita sit, in Ei. diff. Vol. II. cf. EIVSD. diff. de L. Atin. et Plaut. ibid. HADR. PVLVAEVS ad L. Atin. seude rei furt. probib. vñuc. in OTTON. thes. T. IV. et in CONRADI triga.

§. 259.

A. De praescriptione ADQVISITIVA et quidem α) translatiua.

In omni praescriptione adquisitiua necesse est, vt praescribens in possessione sit. Sed α) translatiua in specie requirit:

A. Ratione PRAESCRIBENTIS: I. *ut in BONA FIDE sit, id est α) vt putet, eum a quo rem accepit, verum dominum fuisse iusque alienandi habuisse a) β) vt credat, sibi ex legibus licere, hanc rem possidere b) γ) vt tertio ius in re esse ignoret, nisi ex iusta*

iusta putauerit causa, hunc tertium in alienationem esse verosimiliter consensurum. c) Ceterum nota: 1) hanc bonam fidem requiri tantum in *initio* praescriptionis, cum mala fides *superueniens* non noceat d) 2) sufficere, eam tempore traditionis adfuisse, excepta *emtione* e) 3) eam transmitti ad *heredes*, non vero ad *succesores singulares*, et hinc α) heres prescribit non ex *propria*, sed ex *defuncti fide*, sed β) successor singularis prescribit ex *propria*, non ex antecessoris fide, ita tamen, ut, si antecessor et successor *final* in bona fide sit, locum habeat *POSSESSIONIS ACCESSIO*. f)

a) l. 12. ff. b. 1. l. 109. de V. S. b) l. 32. §. 1. ff. b. 1.
 c) l. 46. §. 7. ff. de *furt LEYS*. Spec. 455. d) l. vn. C. de
usnc. transform. Aliiter iure Canon. per c. vlt. X. de
praescripr. PETR. MVELLERI diff. de m. f. *Superu.*
Ienae 1686. e) l. 15. §. 3. l. 44. §. 2. l. 48. ff. b. 1.
l. 2. pr. et §. 13. ff. pro emt. DVAREN. ad. b. 1. c. 2. in
fin. f) l. 20. l. 38. l. 40. l. 44. §. 3. ff. b. 1. l. pen. §.
1. de diu. temp. praescr. MAIANSII diff. de *posseff.* ac-
cessione ad. vsuc. vtili, in Ei. diff. Vol. II. Ceterum
 vid. EIVSD. diff. de b. f. ad *vsuc. requisita*, ibid. MEI-
 STERI diff. de *fide*, eiusq. iure in *vsuc.* Gött. 1741, et
 in ei. opusc. n. I. WESTPHAL. diff. de *indole b. f. in*
praescript. Hala 1764.

§. 260.

C o n t i n u a t i o .

II. *Vt ex SPECIALI titulo possideat* a) *qui* α) *verus* β) *iustus* γ) *habilis* δ) *irrevocabilis* et ε) *vali-*
dus esse debet. Hinc 1) *titulus erroneous* non suffi-
 cit, nisi iusta adfuerit erroris causa b) 2) *possessio*
vitiosa impedit *praescriptionem* c) 3) *ex contractu*
fictio *praescribi* nequit, bene vero *ex simulato* d) 4)
qui ex iure ad rem possidet, non *praescribete*) 5) *ex*
donatione mortis causa non datur *praescriptio*) 6)
titu-

titulus quidem verus, sed invalidus non efficit praescriptionem. g)

- a) l. 8. pr. C. de praescr. XXX. annor. b) l. 27. l. 33.
 §. 1. ff. b. 1. l. 11. 14. ff. pro emt. l. vlt. §. 1. pro suo.
 RAVE §. 56. MEISTER. de errore circa titul. eiusque
 effectu in usucap. in Eius opuse. p. 130. c) §. 2. 3.
 8. I. b. 1. d) tit. C. plus val. quod agitur. l. vlt. ff.
 pro don. e) l. 2. C. de praescr. XXX. annor. l. 1. C.
 commun. de usucap. f) l. 13. pr. ff. de mort. caus. do-
 nat. g) l. 12. ff. b. 1. l. 2. §. 15. 16. pro emt. l. 1. §. 1.
 2. pro don. Ceterum cf. MAIANSII diff. de titulis usuc.
 in eius diff. T. II. n. 51—60.

§. 261.

Continuatio.

III. Ut per CERTVM TEMPVS possederit, quod
 iure quidem nouissimo est in re α) mobili triennium,
 at in re β) immobili decennium inter praesentes et
 vicennium inter absentes. a) De quo adhac obserua:
 1) domino rei partim praesente partim absente annos
 absentiae vel duplicari, vel tot annos super de-
 cennium adiici, quot ex ipso decennio absens fuit b)
 2) hoc tempus non a momento ad momentum, sed to-
 tum postremum diem computari i. e. coeptum pro im-
 pleto haberi. c)

- a) pr. I. b. r. l. vn. C. de transf. usuc. MAIANSII diff.
 de tempore ad usuc. statuto in Ei. diff. Vol. II. De usu
 hodierno cf. BERGER. Oeon. p. 194. not. 2. ed. no-
 uiss. LEYSER. Spec. 454. Med. 10. b) Nou. 119.
 c. 8. MEISTERI vindiciae legislationis de mixto tempore
 computando ad N. 119. c. 8. in Eius sylloge opuse.
 p. 417.

§. 262.

Continuatio.

IV. Ut possessione NON INTERRVPTA possede-
 rit. Est autem INTERRVPTIO possessionis (quae
 et

et usurpatio dicitur) actus, quo possessor ita turbatur, ut possessionem una serie continuare nequeat. Ea fit vel A. a lege contraria vel B. ab homine. a) Haec est vel naturalis seu realis vel ciuilis seu verbalis. Illa iterum vel voluntaria est, vel necessaria b) haec vel iudicialis vel extrajudicialis esse potest. c)

- a) BERGER. Oecon. p. 282. not. 12. b) l. 4. §. 22. I.
5. ff. b. r. c) v. g. per protestationem vel libelli
oblationem l. 2. C. de ann. except. l. 17. C. de R. V.
KRAVSE diff. de interpell. praescr. Vitemb. 1726. MA-
IANSII diff. de possessione ad usurcap. requisita. in Ei.
diff. Vol. II.

§. 263.

Quid ratione eius, contra quem praescribitur, requiratur?

B. Ratione eius, CONTRA QVEM praescribitur, ex ipsa huius praescriptionis natura exigitur:
 1) ut ipsi rem ad praescribentem non transtulerit
 2) ut rem non vindicauerit, siue, quia nesciuit, se
 huius rei dominum esse, siue, quia ignorauit, praes-
 scribentem possidere.

cf. RAVE §. 19. Abhandlung ob zur Verjahrung die Wissen-
 schaft desjenigen, gegen den praescribiri werden soll, er-
 fordert werde? in der Samml. vermischter kleiner
 Schriften, fünftes Stück n. 2. Bützo und Wismar
 1771. 8.

§. 264.

B. De praescriptione adquisitiua eaque β) constitutiua.

CONSTITUTIVA praescriptio requirit:

A. Respectu PRAESCRIBENTIS: 1) ut sit in quasi
 possessione juris, quod sibi adquirit 2) ut in bona fide
 verletur h. e. ignoret, hoc ius sibi non competere
 3) ut hoc ius per tempus legitimum exercuerit. Ne-
 cessit

L 2

cessit tamen non est, vt ex *speciali* titulo illud exercitat.

B. Quoad eum, CONTRA QVEM praescribitur: 1) vt scierit, praescribentem in re sua iure aliquo vti 2) vt per tempus legitimum praescribentem in exercitio non turbauerit. a) Pertinet hoc potissimum praescriptio seruitutum adquisitiua. b)

a) RAVE §. 59—63. b) RAEVARDVS ad L. Scribon. in CONRADI triga land. EV. OTTON. diff. de *praescript. seruit.* in Ei. disserrt. iur. publ. et priu. RETES fuciff. relect. ad L. Scrib. in MEERM. thes. T. VI. RAVE §. 66—87. MAIANSII diff. de *lege Scriboniana.* praescr. seruit. probibente in Eius diff. Vol. II.

§. 265.

C. De praescriptione EXTINCTIVA.

EXTINCTIVA praescriptio locum habet 1) cum praescribens ius suum eiique quod alter exercere potuissest, contrarium recipit, et hoc casu extinguitur obligatio patienti, vt alter ius suum aduersus me exerceat. v. g. in praescriptione seruitutum extinctiua 2) cum praescribens rem alterius retinet, quam ei restituere debuissest, si is iure suo seu actione aliqua intra legitimum tempus usus esset. Et hoc casu extinguitur obligatio restituendi, quod alter petere potuissest. a) Ceterum differt haec praescriptio extinctiua ab interitu iuriis per non usum. b)

a) RAVE §. 89. 90. 91. et §. 126—135. b) IDEM §. 89. 90. CONRADI diff. de *praescr. extinct.* cum inter. iur. per non usum non confundenda, Marp. 1750.

§. 266.

§. 266.

D. De praescriptione EXTRAORDINARIA.

Hactenus de praescriptione ordinaria. Sequitur extraordinaria, quam vel temporalem vel longissimi temporis diximus. De priori infra; de posteriore hoc loco. Ea absolvitur vel XXX, vel XL, vel L, vel C, annorum spatio.

§. 267.

Praescriptio XXX. annorum.

TRIGINTA annis praescribuntur: 1) res *vitiæ* sed bona fide possessæ a) 2) res *minorum* b) 3) res *liberorum* a parentibus, quibus ususfructus competebat, alienatae c) 4) res a *malae fidei* possessore alienatae, ignorantे vero domino vel rem suam, vel eam alienatam esse, modo nouus possessor in bona fide sit. d)

a) l. 2. §. 1. C. de pr. 30. an. b) l. 3. C. cod. l.
vlt. C. in quib. caus. restit. in intr. opus non est. BOEH-
MERI diss. de cursu præscr. contra min. suspensio. Halae
1719. c) Nou. XXII. c. 24. d) Nou. u9. c. 7.

§. 268.

Praescriptio XL. annorum.

QVADRAGINTA annis praescribuntur 1) res *fiscæ* a) 2) res *patrimoniales* et *tempororum* ex quo-
cunque titulo, vel etiam *sine* titulo possessæ b) 3) res *ecclesiæ* non solum immobiles, sed et mobiles c)
4) Omnes res, quæ alias praescribi non possunt,
exceptis supra allatis d) 5) res *civitatum* e) 6) Omnes actiones, in item quidem deductæ, sed *casu*
ad finem non perdectæ. f)

a) l. 4. C. de præscr. XXX. annor. ibi: nullumque ius pri-
uatum vel PVBLICVM moueat. b) l. vlt. C. de
fund.

fund. patrim. c) *Nou. m. c. 1.* et *Nou. 131. c. 6.* per
quas centenaria ecclesiarum praescriptio sublata est, cf.
IO. AVG. BACHII diff. de *praescr. C. annor.* in *nct. eccl.*
Rom. Lips. 1750. et in opusci. pag. 44. nec obstat *Auth.*
quas actiones *C. de S. S. eccl.* vid. RAVE §. 27. n. 2.
et §. 28. n. 4. d) *I. 4. C. de praescr.* XXX. annor.
vbi ita: *quicunque super quolibet iure quod per memoriam*
tempus (L. annor.) inconcussum possedit, sit liber et
praesentis legis plenissima munitione securus. e) Ita
plerumque, sed cf. AVG. FRID. SCHOTT. diff. *bistot.*
praescr. contra ciuit. Lips. 1774. c. 11. §. 8. RAVE
§. 27. lit. d. f) *I. vlt. C. de praescr.* XXX. annor.

§. 269.

Praescriptio L. annorum.

QVINQVAGINTA annis praeseribuntur res
alea amissae, quae fisco cedunt.

I. vlt. C. de aleaz.

§. 270.

Praescriptio C. annorum.

CENTVM annis praescribi res ecclesiae *Romanae* dicunt, licet probari ex *Authent.* Quas actiones
C. de S. S. eccl. nequeat, quia cum *Nou. 131. c. 6.*,
ex qua defunta est, non conuenit.

§. 271.

E. De praescriptione IMMORIALI.

IMMEMORIALIS denique praescriptio est, *qua*
quis commodum quoddam adipiscitur, quia illud per tem-
pus immemoriale habuit. Tempus autem immemoriale
dicitur, cuius *initium*, seu quando res ita esse co-
perit plane ignoratur. Ceterum nota: 1) eam quo-
ad rem omnino in iure Romano fundatam esse a) 2)
praescribentem probare debere α) initium status rei,
quo nititur, ignorari β) statum rei semper talem
fuisse

fuisse sine interruptione, qualis nunc est, 3) effe-
ctum esse, vt is, aduersus quem haec probatio facta
est, in hoc statu rem relinquere, adeoque praescri-
benti, quod praetendit, commodum concedere de-
beat. b)

- a) cf. l. 2. §. 7. 8. l. 26. ff. de aqua pluia l. 3. §. 4. de aqua
quot. dissent. TRENKMANVS diss. praescriptionis
immem. origo Rom. impugnata. Lips. 1770. b) RA-
VE §. 177. sqq. Ceterum vid. OCKEL de praescr. im-
mem. Halae 1707. 4. KRESSII diss. de genuina natura
verustatis s. de praescr. imm. Helmst. 1734. CRELLI
diss. de praescr. imm. in Ei. diss. Fasc. XI.
-

TITVLVS VII.

DE

DONATIONIBVS.

§. 272.

Donatio quid?

DONATIO a) est pactum de dominio rei in ter-
tium gratis transferendo. b)

- a) RETESII academica relectio de donat. in MEERM. thes.
T. VI. BRVMMERVS ad L. Cinciam in Brunnierianis
Lipf. 1712. 8. b) Ergo donatio non est modus sed
titulus adquirendi. Cur vero hoc loco ad modos refe-
ratur, explicat EV. OTTO et HEINECC. ad VINN.
pr. h 1. Nec potest dici, donationem hodie esse mo-
dum adquirendi, si traditio statim accedat. Sic enim
v. g. emtio venditio, subsecuta statim traditione, quo-
que esset modus adquirendi. Quod tamen falsum vi-
detur, cum non ex contractu, sed ex traditione, ab
illo secernenda, ius in re oriatur. An vero donatio
iure

iure nouissimo ad *facta legitima*, aut *contractus consensuales* perineat, vid. SCHLUTTE ad LVDOV. *vñm.*
pract. distinct. iurid. part. III. p. 119. fqq.

§. 273.

De natura donationum.

Natura vero omnis donationis haec est 1) requiritur *acceptatio* a) quo ipso differt a *remissione* 2)
 non debet esse *inofficiosa* b) 3) donari possunt omnes
 res in *commercio* existentes, licet *alienae*. c)

- a) Id, quod negat. PETR. de LVDWIG. diff. *de differ.*
iur. Rom. et Germ. in donar. Halae 1721. sed vid. l. 10.
 l. 19. §. 2. ff. b. t. l. 55. de O. et A. WERNHERI diff.
de acceptas. in don. necessaria, Vit. 1724. VOORDAE
interpr. iur. Rom. l. III. c. vlt. GUNDLINGIANA
 part. 29. obs. 2. 3. 4. SCHWOPE diff. *de acceptas.*
quoad vocem brad barbaro donat. *adnexu* Lips. 1778. 4.
 b) *tir. C. de don. inoff.* III. RAV. diff. *de querela inoff.*
don. Lips. 1775. HOEPFNER. com. ad *Inst.* §. 415.
 c) l. 9. pr. ff. b. t. l. 2. 3. ff. pro *donato.*

§. 274.

Donationum diuisio.

Donatio est vel *propria*, qualis est, quae inter
 viuos fit, vel *impropria*, quo pertinet donatio mor-
 tis causa et propter nuptias.

I. INTER VIVOS est, cum *donatarius VIVO*
adhuc donatore ius PÆRFECTVM nanciscitur, licet *tra-*
ditio nondum facta sit.

II. MORTIS CAVSA vero, cum *ius donatarii a*
MORTE *donatoris* *denuo incipit*, licet *traditio ante*
eam iam facta sit.

cf. omnino §. 1. I. b. t. l. 1—8. l. 27. l. 32. l. 35. §. 2—5.
 ff. *de mort.* c. *don.* MENKENII diff. *de don. m.* e. vali-
 da.

da, licet in casum mortis expresse non differatur in ei.
opusc. Halae 1770. 8, CARRACH. diss. de different.
iur. Rom. et Germ. in mort. cauf. don. Halae 1739.

§. 275.

Differentiae inter donationes inter viuos et mortis causa.

Differunt autem hae donationes:

I. Ratione DONATORIS. Inter viuos enim donare potest, qui liberam rerum suarum habet *ad- ministratiōnēm*, sed mortis causa is demūin donare potest, qui gaudet *testamenti factiōne actiua*; excepto filio familias, qui consentiente patre mortis causa donare potest, l. 25. §. 1. ff. de m. c. don.

II. Ratione DIVERSAE NATVRAE, quod donatio inter viuos sit *merum pactum*, sed donatio mortis causa partim *pacti* partim *legati* naturam habeat; vnde in nonnullis conuenit cum legatis et discrepat a pactis, et in aliis conuenit cum pactis et discrepat a legatis, quod vberius in ipsis tradetur praelectionibus. a)

III. Ratione SVBIECTI, cui donari possit, quod illa recte fiat omnibus, qui *adquirere* possunt, licet testamenti factiōne passiua destituti sint, exceptis parentibus, liberis et coniugibus; haec vero iis tantum fiat, qui gaudent testamenti factiōne passiua. b)

IV. Ratione MODI CONSTITVENDI, quod donatio inter viuos α) *nullos* testes requirat, sed donatio mortis causa *coram quinque testibus fieri* debeat β) quod illa, si 500 aureos excedat, *iudicialiter insinuanda* sit, haec vero *nunquam egeat insinuatione*. c)
 Cessat tamen haec donationum inter viuos insinuatio
 1) si a *principi* eiusue coniuge aut *principi* eiusue

L 5 coniug-

coniugi 2) a magistris militum *militibus* 3) ad redimendos *captiuos* et restituendas *aedes* incendio aut ruina consumptas, nec non ad *pias causas* d) 4) si plures donationes *diuersis temporibus factae* e) 5) in donatione *propter nuptias respectu ipsius uxoris*. f) Ceterum haec insinuatio requiritur, si res *ipsa* hanc qualitatem excedat. g)

V. Ratione EFFECTVS, quod donatio inter viuos 1) consumatur subsecuta demum *traditione*; sed donatio mortis causa transferat, mortuo donatore, dominium *sine traditione*, modo α) res *specialis* et donatoris *propria* donata sit, nec β) donatorem *poenituerit* h) 2) quod in illa locus sit beneficio *competentiae*, in haec vero iuri *ad crescendi*, *Falcidiae*, *substitutioni*, et *cautioni Mutianae* i) 3) quod illa sit *irreucabilis* k) nisi vel α) propter *ingratitudinem donatarii* l) vel β) propter *superuenientiam liberorum reuocetur*; m) haec vero semper *pro lubitu reuocari possit* n) 4) quod ex illa competit tantum *actio personalis* o) ex hac vero omnes quae *legatariis* dantur, *actiones institui queant*, de quibus suo loco.

VI. Ratione MODI FINIENDI, quod donatio inter viuos rescindatur 1) quatenus 500 aureos *excedit*, nec *insinuata* p) est, sed mortis causa donatio semper maneat (vid. n. III.) 2) quod illa *transeat* ad donatarii, qui ante donatorem decepsit, *heredes*, sed haec *extinguatur*, vbi donator donatario superuixit q) 3) quod illa maneat valida, si donator *insoluendo* sit, nec cum animo *fraudandi* credidores donauerit, haec vero rescindatur, licet defuerit fraudandi *animus* r) 4) quod mortis causa *donatio euaneat* α) cessante *vita*, propter quod facta erat, periculus s) β) omnibus, quibus *legata* admuntur aut *extinguuntur*, modis. t)

dis. t) Quae cogitari in donationibus inter viuos non possunt.

- a) §. 1. I. b. t. l. 17. ff. l. 4. C. de m. c. don. hinc et acceptatio in m. c. donatione necessaria est; dissent. quidem IO. TOB. RICHTER. diff. de accep. in don. m. c. non necessaria. Lips. 1744. sed vid. SCHWOPE diff. laud. b) l. 35. pr. ff. eod. PAVLI rec. sent. L. V. T. XI. §. 3. l. 25. C. de donar. int. vir. ex uxor. c) l. 34. pr. l. 36. §. 3. C. de don. d) l. 34. pr. l. 36. pr. §. 1. 2. Autib. item C. cod. e) l. 34. §. 3. C. b. t. f) Nou. 119. c. 1. et Nou. 127. c. 2. g) l. 23. pr. ff. b. t. h) l. 2. ff. de act. publ. i) l. 12. 33. pr. ff. b. t. Nou. 22. c. 44. §. vlt. k) §. 2. I. b. t. l) l. vlt. C. de reuoc. donar. m) l. 8. C. cod. TIRAQVELLV ad l. c. 8. de reu. don. ob superu. lib. in Opp. Tom. V. WERNHERI diff. de modo donar. ob agnac. liber. retratandi, Vit. 1724. KNORRS recht. Abhandl. Halle 1757. 8. dissent. SCHELLHORN diff. de opinata donationum ob superu. lib. reuocat. Gott. 1747. MERILL. L. II. obs. 34. n) l. 16. 30. ff. de don. m. c. o) l. 35. §. 4. s. C. b. t. p) l. 4. C. de don. m. c. q) l. 23. l. 29. in f. l. vlt. ff. de m. c. donat r) l. 17. ff. eod. s) l. 29. ff. cod. l. 19. ff. de reb. cred. t) l. vlt. in f. C. de m. c. don.

§. 276.

De donatione proprie nuptias.

III. Donatio PROPTER NVPTIAS est complexus rerum, quae vxori in securitatem dotis constituuntur. De qua nota 1) eam *improperie* donationem dici 2) eam *aequalem esse* debere cum quantitate ipsius dotis a) 3) *constante matrimonio* vxori *hypothecam* in eam competere, non autem *vsumfructum* vel administrationem, b) nisi maritus ad inopiam vergat 4) *soluto* matrimonio, siquidem α) dotem vxor receperit, eam euanescente β) amissa vero dote, vxorem res huius donationis extantes loco dotis retinere, alienatas vindicare posse. Ceterum ab ea diuersa est

est sponsalitia largitas, sub qua intelliguntur omnes a sponso sponsas sine respectu dotis futurique matrimonii ineundi factae donationes, t)

- a) *Nou. 97. c. 1.* b) *l. 29. C. de iure dot.* RAVE diff.
de vera ind. don. prop. nupt. Romanae Ienae 1762.
- c) *l. 1. §. 1. ff. b. t. l. 4. 16. C. de don. ante nupt.*

§. 277.

Aliiae diuisiones.

Praeterea donationes diuiduntur I. in *puras conditionatas et modales* a) II. in *absolutas et remuneratorias* b) III. in *voluntarias et necessarias*.

- a) *l. 2. §. 5. ff. b. t. tit. C. de donat. quae sub modo.* b)
l. 27. ff. b. t.
-

TITVLVS VIII.

QVIBVS ALIENARE LICET VEL NON.

§. 278.

C o n n e x i o.


Doctrinae de translatione et acquisitione dominii quæstionem duplœm adiicit Imperator. Alteram, quis transferre dominium seu alienare possit, alteram, quis adquirere illud queat, de priori hoc, de posteriori seq. titulo.

§. 279.

Quis possit alienare aut non?

Regula est; dominus alienare potest. Dantur tamen species 1) in quibus dominus non possit alienare,

re, quo pertinet 1) maritus, qui propter legem Iuliam de adulteriis fundum vxoris dotalem non potest alienare 2) pupillus, qui sine tutoris auctoritate nihil iure transfert II. in quibus, qui *non est* dominus recte alienat, sic creditor distrahere pignus, et tutor vendere res pupilli potest. Quae omnia latius explicari in Pandectis possunt debentque.



TITVLVS IX.

PER QVAS PERSONAS CVIQVE AD-
QVIRITVR.

§. 280.

Connexio.

Adquirimus 1) per nosmet ipsos 2) per liberos seruosque in nostra potestate constitutos 3) per seruos alienos 4) per tertium liberum hominem.

§. 281.

De parte per liberos adquirente.

I. Pater per liberos in *sua potestate* existentes iure antiquo omnia adquirebat, donec peculia inuenirentur. cf. Ill. CHRIST. RAV. diss. *historia iuris ciuii de peculis*. Lipsiae 1770.

§. 282.

Peculium quid?

Est autem PECVLIVM in genere complexus rerum homini alieni iuri proprio iure competentium, a) Cum vero iure antiquo uxores, liberi et servi alieni iuris

iuris essent; dabatur peculium uxorum, liberorum et seruorum.

a) l. 5. §. 3. 4. ff. de pecul.

§. 283.

De peculio liberorum.

Peculium in specie LIBERORVM est complexus rerum liberorum a rationibus (i. e. rebus) patris separatarum.

EMAN. MENDOZA DE CASTRO *repetitiones de peculio castrensi profecticio etc.* Aug. Vind. 1615. 8. IO. WIEGER. diff. de filior. pecul. Argent. 1754. CRELLII obs. de pecul. person. sui iuris ad l. 29. §. 1. de leg. 3. in Eius diff. Fafc. X.

§. 284.

Peculii divisiones.

Dividitur in MILITARE et PAGANVM. Il-
lud est CASTRENSE vel QVASI CASTRENSE; hoc
vero vel PROFECTITIVM vel ADVENTITIVM,
quod iterum in ORDINARIVM et EXTRAORDINA-
RIVM subdividere solent.

§. 285.

I. De peculio MILITARI.

MILITARE est, quod filios familias occasione mi-
litiae adquisiuit. Quae militia cum vel sagata sit vel
togata, peculium militare est vel A. CASTRENSE
vel B. QVASI CASTRENSE.

§. 286.

De castrensi peculio.

A. *Castrense* continet omnes res, a filios familias
occasione militiae sagatae, adquisitas. Ad id per-
tinent

tinent 1) quae tulit secum in castra, patre concedente, 2) quae alias ex pecunia ad res castrenses vel militares comparandas relicta sibi comparauit 3) quae a parentibus vel agnatis vel amicis in castra eunti donata sunt 4) quae ipse filius in militia sibi adquisiuit, quae, nisi militaret, adquisitus non fuisset v. g. hereditas a commilitone relicta, praeda; nam quod erat et sine militia adquisitus, id peculium eius castrense non est.

cf. l. 3. l. 4. pr. l. n. ff. de castr. pec. l. 1. et 4. C. de castr. pec. mil. et praef. MAIANSII diff. de pecul. castr. in Eius diff. Vol. I. RETES de pec. castr. in MEERM. thes. Tom. VI.

§. 287.

De peculio quasi castrensi.

B. QVASI CASTRENSE dicitur, quod ex militia togata oritur. Huc referunt leges, 1) quae palatini, dum in palatio principis morantur, consecuti sunt a) 2) quae filius aduocatus sibi adquisiuit b) 3) donata a principe eiusue coniuge c) 4) salario ex officiis publicis. d)

a) l. vn. C. de castr. omn. palat. pecul. b) l. 14. C. de aduocatis diu. iudicior. c) l. 7. C. de bonis, quae lib. d) l. vlt. pr. C. de inoff. testam. Ceterum de historia huius pecul. cf. BAV. VOORDAE diff. de pec. quasi castr. veter. *Icris incognizo*, L. B. 1780.

§. 288.

Natura peculii militaris.

Ceterum hoc peculium militare pleno iure sicut est; quia eius ratione pro patrefamilias habetur; hincque et de eo quocumque modo disponere potest.

*l. 37. §. i. C. de inoff. test. l. 6. pr. C. de bonis, quae lib. l.
2. ff. ad Siz. Maced. §. 6. l. de milit. testam. pr. l. quib.
non est permitt. testam. fac.*

§. 289.

II. De peculio PAGANO.

Peculium PAGANVM complectitur *res EXTRA
anilitiam adquisitas.* Et vel A. profectitum, vel B.
Aduentitium.

§. 290.

De peculio profectio.

A. PRIVS efficiunt *res*, quae vel pater ipse e bonis suis, vel alius contemplatione patris filio dedit. a) Id pertinet pleno iure ad patrem. b) Prodest tamen filio 1) bonis paternis a fisco propter debitum occupatis c) 2) facta emancipatione, modo pater id non ademerit. d)

a) §. i. l. b. r. l. 22. ff. de usufr. b) §. i. l. b. r.
c) l. 3. §. 4. in f. ff. de minor. d) l. 31. §. 2. ff. de
donat. IO. WIEGER. diss. de pecul. prof. Argent. 1754.

§. 291.

De peculio aduentitio.

B. POSTERIVS dicunt *res*, quae aliunde, quam ex bonis vel contemplatu patris ad filium perueniunt. Nimirum 1) quae liberi a matre aliae quacunque persona acceperunt 2) quae vel ex maritali lucro vel 3) ex liberalitate fortunae filio obueniunt 4) quae suis laboribus adquisiuit. Eius dominium filio, sed usufructus patri in regula cedit; de quo usufructu nota: I. PATREM, 1) ipsas peculii res nec alienare nec obligare, nisi ex iusta causa, posse, licet ea, quae ex hoc usufructu sibi comparauit, eius sint pro lubitu.
2) eum

2) eum iuri suo renunciare posse II. FILIVM, viuo adiuc patre de peculio suo non posse disponere; 2) eum nullam habere hypothecam in bonis patris; 3) nec exigere rationes a patre posse.

I. 6. pr. §. 2. C. de bon. quae lib. CAR. AD. BRAVN. diff. de vſuſructu parentum in bonis liberor. tam iure Rom. quam Germ. Part. I. ſect. 2: 3. Ienae 1743. HOMBURG. zu VACH diff. de diuerſo iure patris in pec. aduen. ad I. 8. §. 3. C. de bonis, quae lib. Marp. 1753.

§. 292.

Huius peculii iura.

In regula huius peculii vſuſructus patri competit; pleno tamen iure filii est: 1) si integræ ſeu plenæ aetatis renuente patre hereditatem adierit; a) 2) ſi quid, ſalua patris legitima, filiis ea conditione relictum donatumue eſt, ne pater vſumfructum habeat; b) 3) ſi filius vna cum patre ſuccedit fratri germano; c) 4) ſi pater in restituendo fideicommiſſo filio relictō dolofe verſatus fit; d) 5) ſi vſuſructui renunciauit pa-ter; e) 6) ſi pater iniustum diuortium fecerit, quo caſu bona eius, excepto triente, ad liberos pleno iure deouluuntur. f) Hinc diſtinctio peculii aduen-titii in ORDINARIVM ſeu REGVLARE et EXTRA-ORDINARIVM ſeu IRREGVLARE. g)

a) I. vlt. pr. §. 1. C. de bon. quae lib. b) Nou. 117. c. i.
pr. c) Nou. 118. c. 2. d) I. 50. ff. ad Scr. Trebell.
e) I. 6. §. 2. C. de bon. quae lib. f) Nou. 134. c. ii.
g) LAVTERBACH. diff. de pecul. aduent. irreg. in Eius
diff. Tub. Vol. III. HEVSINGER. commentatio de
iure pec. aduent. extraord. Ilenac. 1751. 8. De vſu ho-
dierno huius doctrinae cf. CARRACH. diff. de differ.
inr. Rom. et Germ. in pecul. fil. fam. Halae 1745.

§. 293.

Quando dominus per seruos adquirit.

II. Dominus iure Romano per seruos tum *proprios* cum *usufructuarios* sibi acquirebat. a) Quae omnia hodie sine *usu* sunt.

a) cf. §. 3. 4. I. b. r. l. 34. §. vlt. l. 44. §. 1. ff. de *adq.*
poss.

§. 294.

Quando per hominem liberum adquiratur?

III. Per hominem LIBERVM adquirimus, si est procurator vel mandatarius, de qua re suo loco.

TITVLVS X.

DE

TESTAMENTIS ORDINANDIS.

§. 295.

Connexio.

Haetenus admonuisse sufficiat, quemadmodum *singulae* res adquirantur; nam legatorum et fidicommislorum ius opportunius inferiori loco referemus. Videamus hinc, quemadmodum per *universitatem* res adquirantur. Ac prius de hereditatibus dispiciamus. §. vlt. I. per *quas pers.*

§. 296.

§. 296.

Hereditas quid?

Hereditas sumitur 1) pro modo adquirendi 2)
pro complexu rerum, hereditate comprehensarum
3) pro iure in hereditatem competente. Ea est I.
FVTVRA, cum is, de cuius hereditate quaeritur,
adhuc viuit, II. DELATA, cum is mortuus est. III.
ADQVISITA, cum adita est.

§. 297.

Quibus modis hereditas deferatur.

Vt deferatur hereditas, supponitur *titulus* vel
iuris *naturalis* vel iuris *civilis*. Iure naturali heredi-
tas defertur per PACTA SVCCESSORIA, vnde suc-
cessio PACTITIA; Iure ciuili vero vel ex iure CIVI-
LI IN SPECIE sic dicto, vnde hereditas in sensu *spe-
ciali*; vel ex iure PRAETORIO, vnde successio
PRAETORIA, seu BONORVM POSSESSIO, de qua
infra. Vtroque iure, tam ciuili quam praetorio, suc-
ceditur vel ex TESTAMENTO vel ex IMMEDIA-
TA LEGIS DISPOSITIONE; hinc successio TESTA-
MENTARIA et LEGITIMA seu AB INTESTATO.

I. PACTITIAM Romani ignorabant, quia pa-
cta successoria iis erant odiosa; quod tamen ita cape-
re pacteda de *propria* hereditate inita non valerent, ne
ius publicum pacto priuato mutatum videretur; a)
at de *aliena* hereditate pacisci licebat, si is, de cuius
hereditate quaerebatur, consentiret, et in hoc con-
fensus usque ad mortem perseveraret; alias enim con-
tra bonos mores pactum videbatur. b)

II. TESTAMENTARIA duplex est. Potest
enim aliquis vel ita institui, vt *ipse* immediate here-
ditatem

ditatem ex testamento accipiat; vel ita, ut mediante restituzione a tertio immediate instituto sibi facta eam accipiat. Priori casu adest heres DIRECTVS et successio DIRECTA; posteriori vero heres INDIRECTVS seu FIDEICOMMISSARIVS et successio INDIRECTA seu FIDEICOMMISSARIA. De directa hoc titulo.

III. LEGITIMA locum habet, deficiente testamentaria, de qua re infra.

a) *I. 8. ff. de pac*t*. b) *I. 30. C. eod. HEBESTREITII diff. vindiciae veri valor. pac*t*. succ*e*ff. iure Rom. et Germ*a*.*
Erf. 1768.*

§. 298.

Testamentum quid?

TESTAMENTVM a) est voluntas libera, ultima et unilateralis, qua heres directus omnium bonorum legitime instituitur. b)

a) HENRYSON. ad tit. I. de test. ordin. in MEERM. th. Tom. III. VIGLII ZVICHEMI comment. ad tit. I. de testam. ordin. Leouard. 1643. 8. et saepius. SAM. STRYCKII cauelae testamentorum. b) Alter MODESTINVS in *I. 1. ff. qui test. fac. poss. cf. HERRM. VULTEII com. ad Inst. b. t. pr. n. 15. seq. GEBÄVER. in praefat. ad TREKEL. de orig. test. Lips. 1739.* De etymologia vid. pr. I. b. t. MÉNAG. amoen. iur. c. 39. DVCKER. de latin. vet. Ictor. p. 21. seq. ed. nouiss.

§. 299.

Axiomata.

I. *Testamentum est VOLVNTAS; hinc: 1) integritas mentis, non sanitas corporis, tempore testamenti conditi in testatore requiritur a) 2) vis, metus, dolus, blanditiaque importunae testamentum reddunt inualidum. b)*

II.

II. *Eft VLTIMA voluntas; hinc nemo cum pluribus testamentis, excepto milite, decidere potest. c)*

III. *Eft VNILATERALIS voluntas. Qua propter testator voluntatem suam pro lubitu mutare, posteriusque testamentum condere potest, licet priori adiecta sit clausula derogatoria vel iuratoria, quia ambulatoria est voluntas hominum usque ad mortem. d)*

- a) l. 2. ff. qui test. fac. poss. b) FVNKLER. diff. de testam. quod quis blanditiis inuictus condidit, inuictido. Lipl. 1774. c) l. 19. C. de testam. d) l. 4. ff. de adiun. leg.

§. 300.

Continuatio.

IV. Testamento instituitur HERES. Nota:

- 1) HERES est successor in ius defundi, quod eius officiis non in haeret, uniuersum. a) quapropter et facta defundi praestare tenetur 2) HEREDIS INSTITUTIO est designatio heredis. De hac obserua: A. Ea est testamenti fundamentum b) Ea iure antiquo primum eius caput esse debebat; iure nouo scripturae ordo non exigitur c) C. Ea iure antiquo verbis imperatiuis fieri debebat; iure nouo quaecunque admittuntur, modo sint nec perplexa nec captatoria, d) D. Eadetur esse certa. e) E. Ea in arbitrium tertii non recte conferatur. f) F. Ea potest tacite et expresse fieri, g)

- a) l. 24. de V. S. l. 62. de R. I. BYNKERSH. Obsf. L. I. c. 2. b) §. 34. I. de leg. l. 10. ff. de iure codicill. c) l. 1. pr. ff. de bered. instit. §. 34. l. de legat. d) VLIPIAN. fragm. Tit. XXI. l. 15. C. de testam. l. 70. 71. ff. de bered. instit. THOMASII diff. de captatoriis institutionibus in Ei. diff. Vol. II. BYNKERSH. de capt. instit. in Opusc. WAECHTLER. in actis erud. lat. d. a. 1720. MAIANSII diff. de Sc̄to instit. captat. prohibente in Ei. diff. Vol. II. e) l. 9. §. 8. ff. de bered. instit. f) M 2 l. 32.

L. 32. pr. l. 68. ff. cod. WIESANDI obseru. iur. Rom. et
Germ. Spec. VI. n. 1. in Eius opus. Lipf. 1782. 8.
g) cf. LEYS. Spec 356. Med. 7.

§. 301.

Continuatio.

V. *Instituitur heres DIRECTVS*, hinc testamentum a *Codicillis*, de quibus infra, differt.

VI. *Instituitur heres OMNIVM bonorum*, propter regulam: quod nemo paganus pro parte testatus et pro parte intestatus decedere possit. a) Ex qua regula multa, quae ad hereditatum diuisiones, heredum institutiones et ius ad crescendi pertinent, fluebant, de quibus tamen suis locis plura dicentur.

a) §. 5. I. de her. inst. l. 7. de R. I. MARKARTI interpr.
rec. lect. L. II. c. 21.

§. 302.

Continuatio.

VII. *Heres LEGITIME institui debet*, i. e. obseruatis solemnitatibus. Testamenti SOLEMNITAS est requisitum ad validitatem testamenti necessarium. Ea concernit vel formam testamenti externam, vel eius materiam internam, hinc vel EXTERNA vel INTERNA dicitur. a) Cum porro aliae in omnibus, aliae in certis tantum testamentis obseruari debeant, hinc et vel COMMVNES sunt vel PROPRIAЕ. Hoc titulo de externis.

a) AVERAN. interpret., L. IV. c. 11. 12. Ceterum iure antiquo varia erat testamentorum, pro temporum varietate, forma. Antiquissimis enim temporibus teste mente in COMITHIS CALATIS condebantur; postea fiebant per AES et LIBRAM; deinde ex iure PRAETORIO; denique ex CONSTITUTIONIBVS IMPERATO-

RATORVM. cf. §. 1. seq. l. b. r. CHR. THOMASII
diss. de orig. success. testam. EIVSD. diss. prima initia
success. testam. ap. Rom. in El. diss. Vol. II. HEINEC-
CII diss. de orig. testam. factonis et ritu antiqu. in El.
syllog. opuse. p. 970. TREKELL. de orig. et progressus
testam. ap. Rom. Lips. 1739. 4. III. SEGERI misere la-
argum. iur. citu. Lips. 1768. 4. AYRERI diss. ad ius te-
stamentorum. et L. Anast. Gott. 1742. Sect. I. §. 6. sqq.

§. 303.

De solemnitatibus communibus.

A. COMMUNES solemnitates sunt: I. VNL-
TAS CONTEXTVS i. e. α) continuitas et β) uni-
formitas actus testandi. α) II. PRAESENTIA SE-
PTEM TESTIVM. b) III. SPECIALIS TESTIVM
ROGATIO. c) IV. HABILITAS TESTIVM. Ha-
biles hoc loco dicuntur, qui in testamentis adesse pos-
sunt, non, qui in genere ad testimonium dicendum
admittuntur. Inhabiles vero hoc loco sunt alii 1) in
TOTVM i. e. qui in nullo testamento adesse possunt;
alii vero tantum 2) CERTO RESPECTV i. e. qui in
certis testamentis non admittuntur. Ad priores per-
tincent; 1) feminae 2) impuberēs 3) serui, 4) fu-
riosi, 5) muti 6) surdi 7) prodigi, quibus bonis
interdictum est, 8) improbi et intestabiles. d) Ad
posteriorēs: 1) omnes, qui sunt una vel cum testatore
vel cum herede persona. Vnde arcetur α) filius a te-
stamento patris, in cuius potestate est, β) pater a te-
stamento filii, quem in potestate habet, de bonis ca-
strenibus testantis, γ) filius a testamento, in quo
pater, et δ) pater a testamento, in quo filius heres
seribitur; 2) omnes, qui essent vel testes in re PRO-
PRIA vel testes DOMESTICI; vnde α) ipse heres
non potest esse testis, nec β) frates testatoris in
eiusdem patris potestate constituti admittuntur ε)
hincque patet, cur tam legatarii quam testes inter se

M 4

con-

coniuncti admittantur. f) Ceterum nota: 1) hanc habilitatem requiri tantum tempore *testamenti conditi* g)
 2) errorem, quo quis pro habili credebat, *inuincibilem* non vitiare testamentum h) 3) coecum in testamento nuncupatio recte adhiberi i) 4) testes durare debere, donec suprema peragatur contestatio, eos tamen *inuitos* detineri, sub testamenti nullitate, non posse k) 5) nihil interesse in testamento scripto, an testes, qua testator vultus est, *linguam* intelligent, quidue testamento *contineatur*, sciant, nec ne. l)

a) I. 21. §. 3. ff. qui test. fac. poss. I. 28. pr. C. de testam. HVBER. ad b. t. §. 8. 9. 10. b) §. 2. 3. et vlt. I. b. z. I. 28. §. 1. C. de testam. FERD. AVG. HOMMELII diff. de numero *septenario* testium in testam. Lips. 1731. An eriam ad probandum testamentum *septem* testes necessarii sunt, cf. GLVECKII diff. de testamenti priuati solemnis probatione per 7. testes in eo ordinando adhibitos instituenda Halae 1777. c) I. 21. §. 2. ff. qui testam. fac. poss. d) §. 9. 10. I. b. t. obstatre viderur I. 20. §. 2. ff. qui test. fac. poss. cf. VINNIVS ad §. 9. n. 3. 4. b. z. e) §. 8. n. I. b. WIESANDI obs. iur. Rom. et Sax. Spec. XII. in Eius opuse. g) I. 22. §. 1. ff. cod. h) §. 7. I. b. t. i) I. 9. C. de testam. LAVRICH. diff. de coco idoneo in testamenti factione teste. Lips. 1775. dissent. KOCH. progr. de conspectu testatoris ad I. 9. C. de testam. k) I. 20. §. 8. 10. ff. qui test. fac. poss. l) 20. §. 9. ff. cod. l. 21. pr. C. de testam.

§. 304.


De propriis solemnitatibus.

B. PROPRIAЕ solemnitates sunt:

I. Testamento NVNCVPATIVO: 1) vt heres *palam* nuncupetur 2) vt haec nuncupatio *absoluta* seu *perfecta* sit, licet *nomen* eius non exprimatur, modo *indubitabilis* signo demonstretur. a)

II. Testamento SCRIPTO: 1) subscriptio testatoris, quae α) praesentibus testibus, et β) si testator ipse scribere nesciat, ab *alio* teste fieri debet. Ea tamen exultat in testamento *olographo* b) 2) subscriptio testium, a singulo ipso facienda; 3) sub*signatio* testium, quae instrumento quocumque formam insculptamque signis imaginem habente, imo et alieno et ipsius testatoris annulo fieri potest c) 4) ut testamentum non *notis* sed *literis* scribatur. d) Ceterum nil interest, qua lingua testamenti vel *materia* aliquis vtatur. e)

a) l. 21. pr. l. 25. ff. qui test. fac. poss. l. 9. §. 8. ff. de *bedred. instit.* b) l. 21. C. pr. l. 28. §. 1. C. de *testam.* ibi: si quis sua manu *totum* *testamentum* *scriperit*, et hoc *specialiter* in *scriptura* *repositoriet*, quod haec sua *manu* *confecit*, sufficiat ei *torius* *testamenti* *scriptura*, neque alia *subscriptio* *requiratur*. Hinc et sufficere testatoris per *signa* *facta* *subscriptio* cf. STRYCK. diss. de *intra* *αναλ-*
Φαβητων C. 4. n. 16. FRANC. IOS. MVELLERI diss.
de subscriptione *testatoris* *analphabeti* per *cruces* Wirceb.
 1778. c) l. 22. §. 2. 4. 5. 7. l. 30. ff. qui test. fac.
 poss. l. 12. et 21. pr. et l. 28. C. de *testam.* cf. BOEHMERI
 diss. de *testamento* *signatio* et *subscriptio* *a testibus* *in*
inuolucre, in Eius electis iur. ciu. T. I. p. 35. d) l.
 6. §. 2. ff. de *bon.* poss. CVIAC. obs. L. III. c. 3. e)
 §. 12. I. b. t. ibique OTTO. l. 1. §. 4. ff. de *bon.* poss. sec.
 tabul. l. 21. §. vlt. C. de *testam.*



TITVLVS XI.

DE

MILITARI TESTAMENTO.

§. 305.

Connexio.

Haec de testamentis *solemnibus*, iam de *minus solemnibus* seu *priuilegiatis*; qualia sunt 1) *militaria* 2) *parentum inter liberos* 3) *tempore contagionis condita* 4) *ruri facta* 5) *testamenta posteriora* 6) *principi oblata* 7) *aetis insinuata*.

§. 306.

De testamento militari.

I. **MILITARE** est, *quod a milite in EXPEDITIONE CONSTITVTO conditur*. Iam videamus: A. in quo consistat eius *priuilegium*. B. Cui et quando competit, C. cur *introductum* sit *huc priuilegium*.

CO TERAEV^S de *iure et priuilegio militum* in tract. tract. T. VIII, ENENKEL. de *priuilegio militi*. Frf. 1607. 4. BERGERI diff. de *testam. militi*. in Ei. diff. sel. n. 22.

§. 307.

In quo consistat militaris testamenti priuilegium.

A. *Priuilegium* in eo consistit, *ut militis testamentum sine omni solemnitate, tam externa quam interna, valeat, modo pubes sit et de eius feria et certa voluntate constet.* a) *Hinc 1) nulli testes requiruntur, modo, si nuncupatiue testatus sit, duo probatorum*

tionis

tionis causa adfuerint; 2) miles potest: a) heredem *incapacem* instituere b) liberos *pro libitu exherere* et praeterire, si, liberos sibi esse, sciuerit c) *ad tempus et ex tempore* heredem scribere d) in codicillis militaribus heredem *directum facere* e) quo velit modo substituere f) g) pro parte *testatus* pro parte *intestatus* decidere g) h) *ultra Falcidiam legare* h) g) *nuda voluntate testamentum reuocare* i) k) cum pluribus testamentis decidere. k)

- a) §. 1. I. b. t. ibique VENN. l. 5. C. b. t. b) l. 13. §.
 2. ff. eod. c) §. 6. I. de exber. lib. l. 9. 10. C. de test.
 mil. Hinc et agnatione postumi non rumpitur eius testamentum. l. 7. 8. ff. b. t. d) l. 15. §. 4. ff. eod.
 e) l. 36. pr. ff. eod. f) l. 5. 15. §. 5. l. 28. ff. eod.
 g) l. 6. ff. eod. h) l. 17. §. 4. ff. l. 12. C. b. t. i)
 l. 15. §. 1. ff. eod. k) l. 19. pr. ff. eod.

§. 308.

Quid miles non possit?

Attamen non potest miles: 1) instituere *hereticum* vel mulierem, in qua cadit turpis suspicio a) 2) tutorem dare ei, qui in *aliena* potestate est b) 3) conditionem *turpem* vel sub *iuramento* praescribere c) 4) institutionem *captatoriam* facere d) 5) fundum *datalem* vxoris legare vel alienare, e)

- a) l. 31. §. 1. ff. b. t. l. vlt. C. de heret. b) l. 41. §. 2.
 ff. b. t. c) l. 29. §. 2. ff. eod. d) l. n. C. b. t.
 e) l. 16. ff. eod.

§. 309.

Quibus competit?

B. Competit hoc priuilegium militibus non solum 1) iis, qui *intra numerum* sunt, sed et 2) omnibus, qui *in hostico* deprehenduntur. a) Praeterea sciendum 1) testamentum *ante militiam* *vitiouse conditum*

ditum tanquam militare valere, modo testator, miles factus, id ratihabuerit b) 2) post militiam euancescere testamentum militare: α) statim, si miles ignominiose dimissus sit, β) post annum vero, fin honestam et causariam missionem meruerit. c)

a) l. 42. 44. ff. b. t. l. vn. pr. ff. de bon. poss. ex test. mil. FERD. CHR. HARPRECHT. diff. II. de testam. pagani in hostice condito in Ei. diff. Vol. I. HOMMEL. diff. de exig. different. testam. milit. et pagani in hostico cond. Lipl. 1727. BYNKERSH. obf. L. IV. c. 20. b) l. 9. §. 1. b. 20. §. 1. l. 28. ff. b. t. HVBER. prael. ad Inst. h. t. n. 6. VINNIVS ad §. 4. I. b. t. c) l. 26. pr. l. 38. ff. b. t. IO. OTT. KOENIG. diff. quamdiu valeat testam. milit. Halae 1780.

§. 310.

Huius priuilegii ratio.

C. Vera huius priuilegii ratio est vitae, in quo milites versantur, periculum. a) Hinc locus ei demum est, si milites in expeditione castrisue constituti sint, non si in hibernis sint aut in praefidiis. b)

a) Alia ratio adseritur in pr. I. et l. i. ff. b. t. aliam conciecit HEIN. ad VENN. pr. I. b. t. b) Tempore antiquissimo milites priuilegio hoc uti poterant, si in procinctu essent. ILL. SCHOTTI diff. de testam. in procinctu facto in ei. opusc. Postea variis Imperatorum constitutionibus ubique priuilegio modo testari potuisse videntur cf. l. i. ff. b. t. Deinde Iustinianus ad milites in expeditione occupatos hoc priuilegium restrinxit l. pen. C. b. t. PEREZ. ad C. b. t. n. 2. Denique iure Germanico differt miles in acie et in castris constitutus. CONSTIT. MAXIMIL. de 1512. tit. de testam. §. und sullen etc.

§. 311.

§. 311.

De secundo testamento priuilegiato.

II. Testamentum PARENTVM INTER LIBEROS est, quo *adscendentes descendentes, eosque solos instituunt.* In eo nullae externae requiruntur solemnitates, modo 1) parentes vel *ipſi id scripſerint, vel ei subscripſerint* 2) annus, mensis, dies, nomina liberorum et vnciae litteris, non *signis exprimantur.* a) 3) Nemo liberorum vel *exheredetur vel in legitima laedatur.* b)

- a) *I. 21. §. 1. C. de testam. Nou. 107. c. 1. cf. HOEPFN. com. ad I. b. 1. §. 460. KOENIG. diss. de parentibus inzir liberos testanribus corrumque iuribus. Alt. 1743.*
 b) QVISTORPS Beyträge zu verschied. mebrneihels unentſchied. Rechtsmater. zweytes Stück p. 83. WIESANDI obsf. iur. Rom. et fax. Spec. XI. in Ei. opusc. Lips. 1782. 8. IO. FLOR. RIVINI diss. de filio in testam. parent. priuilegiato non exheredando Lips. 1751.

§. 312.

Tertium testamentum priuilegiatum.

III. In eo, quod tempore CONTAGIONIS a) conditur, testamento nullae aliae solemnitates remissae sunt, quam simultanea testium praesentia. Igitur *septem testes omnino subscribere et subſignare debent.* b)

- a) *I. S. C. de testam.* Igitur non praecise requiritur, ut tempore pestis condatur. Ita enim in *I. 8.: aduersus timorem CONTAGIONIS.* b) Haec sunt legis verba: *testes enim eo tempore IVNGI et SOCIARI remissum eſt.* cf. tamen LEYSER. Spec. 368. Videtur quoque, si verba legis respicias, necessarium, ut testes *ipſi* morbo contagioso laborent. Imperatores enim, *testes,* inquit, *buius modi morbo OPPRESSOS.* cf. CVIAC. L. XXVI. obsf. 10. Ceterum cf. IAC. GODOFRED. in epusc. c. 10. ANDR. MYLII diss. de testam. temp. pest. condit.

eondit. Lips. 1680. CASP. ZIEGLER. diff. *de testam.*
temp. pef. Vitemb. 1682.

§. 313.

Quartum testamentum priuilegiatum.

IV. De testamento RVRI condito disponunt leges
1) vt illis locis, in quibus nulli inueniuntur homi-
nes litterati, septem quidem testes, sed sine subscri-
ptione aohibantur 2) vt, si ne *septem* quidem habe-
ri queant, *quinque* sufficient, minus autem *nullo mo-*
do; 3) vt, si *vnuus* duoue litterati sint, liceat eis pro
ignorantibus litteras, *praesentibus* tamen, subscribe-
re, sic autem, vt ipsi testes litteras ignorantibus et te-
statoris voluntatem et heredis *institutionem* cognoscant,
hocque post testatoris mortem iurate deponant.

a) *l. vlt. C. de testam.* STRYCK. diff. *de testam. iuri te-*
stant. Frf. 1674.

§. 314.

Quintum testamentum priuilegiatum.

V. Testamentum POSTERIVS tunc demum
priuilegiatum est, si in eo heredes *ab intestato*, in
priori *praeteriti*, instituantur. In quo quidem, cum
non pro testamento, sed pro *vltima* intestati volun-
tate habeatur, *quinque* testium *iuratorum* depositiones
sufficient. *l. 21. §. 3. C. de testam.*

§. 315.

Vtimum testamentum priuilegiatum.

Vtimum, quod ad priuilegiata refertur, testa-
mentum est, quod vel PRINCIPI in *auditorio* offer-
tur a) vel *actis insinuatur*, seu *iudiciale*. b)

a) *l. 19. C. de testam.* C. F. WALCHII et a WVRMB.
diff. *de testam. principi oblato.* Ienae 1777. MADIHN.
de

de validit. testam. non rite oblati. Halae 1771. 4. CON-
RADI diff. de testam. publ. quod sit apud acta Helmst.
1741. BALSARI lib. de forma testam. iudic. externa.
Giesiae 1745. 4. Cap. I.

TITVLVS XII.

DE

QVIBVS NON EST PERMISSVM FACERE
TESTAMENTVM.

§. 316.

Connexio.

Haetenus de externis testamentorum solemnitatibus; sequuntur internae, quarum prior est *testamenti factio ACTIVA*. Si enim quaeramus, an valeat testamentum, imprimis animaduertere debeamus, an testator habuerit testamenti factio[n]em, deinde, si habuerit, requiremus, an secundum regulas iuris ciuilis testatus sit. De hoc tit. X. de illo hoc titulo agitur. l. 4. ff. qui *test. fac. post.*

§. 317.

Qui non possint testari?

Regulariter omnes possunt testari, nisi qui vel a natura vel a legibus prohibeantur.

A. NATVRA prohibentur, qui vel ob *animi* vel ob *corporis* vitium perfecte sese declarare impediuntur. Hinc non testantur 1) furiosi et mente capti, nisi tempore dilucidi interualli a) 2) irati, nisi in sua voluntate perseuerauerint b) 3) impubes res

res c) 4) surdi et muti, nisi verbis vel scriptis se declarare valeant d) 5) Coeci tamen testari per nuncupationem dupliquidem modo possunt: I. SINE praecedente scriptura, quo casu obseruandum: 1) vt adsint septem testes et tabularius 2) vt testator testes, se sine scriptis testari, edoceat 3) vt in ipsa nuncupatione nomina, dignitates, indicia et partes seu viciae specialiter exprimantur, et palam edicentur, 4) vt haec omnia ex ordine perorata a tabulario statim i. e. eodem loco et tempore, conscribantur et 5) testes et tabularius subscrivant et subsignent. II. PRAECEDELENTE scriptura, memoriae causa facta, quo casu haec obseruari debent: 1) vt postea conuocatis testibus testator patescat, cuius causa conuocati sint, 2) vt scripturam, in qua aequae omnia, vt in priori casu, specialiter exprimi debent, testatori testibusque praelegat tabularius 3) vt, facta praelectione, testator elogium suum agnoscat, et ex animi sui sententia se, quae acta sunt, disposuisse fateatur 4) vt testes et tabularius subscrivant. Vtique vero casu loco tabularii, si quis reperiri non potuerit, testis ostendatur, qui omnia, quae tabularius, peragat, adhiberi et ipsa charta vni testium custodienda mandari debet. e)

B. A LEGIBVS prohibentur:

I. Homines alieni iuris. Ergo nec serui nec filii familias testari possunt, et hi quidem ne consentiente quidem patre, cum testamenti factio sit iuris publici; excepto peculio militari. f)

II. Qui non sunt ciues, quo pertinent 1) capti ab hostibus, quorum testamenta in captiuitate facta non valent, licet redierint, sed ante eam condita valent

lent vel ex iure *postliminii* vel ex legis *Corneliae fictio-*
ne g) 2) *peregrini* et 3) *obsides*, nisi ex *rescripto*
principis. h)

III. Nonnulli in *poenam*; quales sunt: 1) *apo-*
statae et haeretici improbi i) 2) *qui nuptias incestas*
contraxerunt k) 3) *deportati vel aqua et igne inter-*
diti 4) *ob carmen famosum et 5) capitis damnati.* l)

- a) §. 1. I. b. t. b) l. 48. de R. I. LEYSER. spec. 352.
med. 4. c) §. 1. I. b. t. d) l. 10. C. eod. RIVI-
NI diff. de *testam furdi et mutti*, Lips. 1740. MAIAN-
SII diff. *de furdor. et mutor. testam. fact. in Ei. diff. Vol.*
I. e) l. 8. C. qui *testam fac. poss.* f) §. 6. I. de
mil. test. pr. I. b. t. l. 3. l. 6. pr. l. 19. ff. qui test. fac. poss.
An filiusfamilias de peculio aduentitio extraordinario
testari possit, controvenerit; cf. VENN. ad *pr. I. b. t.*
g) §. 5. I. t. h) l. 11. ff. qui *test. fac.* i) l. 3. pr.
C. de *apost. I. 4. §. 5. C. de haeret.* k) Nou. 12. c. t.
2. qua derogatum est l. 6. C. de *incest. nupr.* cf. ME-
RILL. obs. L. V. c. 11. l) l. 8. §. t. 2. 4. l. 13. §. 2.
l. 18. §. t. ff. qui *test. fac. poss. l. 5. C. ad L. Iul. LVDW.*
MENKEN. diff. de *testam. fact. damnatis ad mort. iure*
civili denegata Lips. 1694. Ceterum de testamentis fe-
minarum cf. HEIN. ad L. Pap. Popp. L. II. c. XI. §. 3.
verb. Ex quo facem. HVBER. prael. ad I. b. t.
n. 7. IVST. HEN. BOEHMERI diff. de *testam. mulier.*
in Ei. exercitat. ad Pand. T. IV.

TITVLVS XIII.

DE

LIBERIS EXHEREDANDIS.

§. 318.

Connexio.

Sequitur altera testamentorum solennitas interna, quae circa institutionem et exheredationem versatur. Quod illam attinet, quaeritur: 1) quid ea sit, et quomodo fieri debeat, de quo supra §. dictum, 2) quis non solum possit, sed et debeat institui, quod est hujus tituli, 3) quis ne possit quidem institui, quod titulo sequente tractatur 4) quis sit iniustae exheredationis et institutionis effectus, de quo Tit. XVII. et XVIII.

§. 319.

Quotuplex heredis institutio.

Institutionem heredum diuidere solent in VOLUNTARIAM et NECESSARIAM. Illa est, *qua testator, quem VELIT, instituere potest.* Haec vero, *qua testator CERTAS personas ex dispositione legum aut instituere aut rite exheredare DEBET.*

cf. IO. TOB. CARRACHII diff. de hered. instit. necess. Halae 1746. EIVSD. diff. de hered. instit. volunt. ibid. EIVSD. diff. de differ. iur. Rom. et Germ. in hered. instit. necess. ibid. 1751.

§. 320.

§. 320.

Quis debeat institui, et exheredatio quotuplex?

Institui autem debent 1) liberi 2) post eos parentes 3) ultimo loco fratres sororesque, si turpis persona ipsis praeferatur. His enim competit PORTIO LEGITIMA i. e. certa bonorum pars (de qua ad tit. de inof. testam. plura) certis personis necessario relinquenda. Quam qui non accipit, exheredatus dicitur. Adeoque EXHEREDATIO in genere est exclusio a portione legitima. Ea fit I. per PRAETERITIONEM, cum eius, qui excluditur, nulla plane in testamento fit meutio. II. Per EXHEREDATIONEM in specie dictam, cum testator exclusi quidem meminerit, addita tamen expressa declaratione, eum exheredem esse debere. Hoc iterum duplici modo accedit: vel α) NOMINATIM i. e. cum exheredatus vel nomine vel alio signo ita demonstratur, ut ab omnibus hominibus secerni possit; vel β) INTER CETEROS i. e. cum plures VNA appellatione simul exheredantur v. g. filiae meae, nepotes mei exheredes funto. α) Ceterum diuiditur exheredatio in eam, quae BONA MENTE i. e. in utilitatem exheredati, et aliam, quae NOTAE CAVSA vel MALA MENTE fit. β)

a) pr. et §. 1. I. b. 1. l. 1. 2. l. 3. pr. ff. de lib. et post. hered. b) l. 18 ff. de lib. et post. SCHVLZE diff. de exher. b. m. facta Gött. 1774. STRYCK. vsus mod. Pand. tit. de lib. et post. §. 9. 10.

§. 321.

De forma exheredationis nouissima.

Vt autem exheredatio, praesertim quae mala mente fit, effectum habeat, RITE fiat necesse est i. e. secundum formam a legibus prescriptam; quae quidem A. vel communis est vel B. propria.

§. 322.

De forma exheredandi communi.

A. COMMUNIS est, quae in OMNIBVS omnino exheredationibus obseruari debet. Ea requirit, ut exheredatio fiat: 1) in testamento, non in codicillis a) 2) in perpetuum, ne testator pro parte testatus et pro parte intestatus decedat 3) a tota legitima. b)

a) §. 2. I. de codic. b) l. 19. ff. de lib. et post.

§. 323.

De forma exheredandi propria.

B. PROPRIA est, quae in CERTA exheredatione adhiberi debet, qualis alia est in liberorum, alia in parentum, alia denique fratrum sororumque exhereditatione.

§. 324.

De liberorum exheredatione.

I. LIBERORVM exheredatio sine discrimine sexus, gradus et nativitatis iure nouissimo fieri debet, 1) nominatum a) 2) pure 3) ab omni gradu et herede b) 4) ex speciali causa, quae iusta, vera et testamento inserta esse debet. c)

a) l. 4. C. de praeter. liber. b) l. 3. §. 1. sqq. de lib. et post. c) Nou. 115. c. 3.

Nota: 1) Diximus iure nouissimo. Nam de iure antiquo sic tene: I. Ex XII. tabb. patribus licebat liberos pro lubitu exheredare l. u. ff. de lib. et post. vid. tamen GALVAN. de usufr. c. 8. §. 13. sqq. REINOLDI diff. de causis, in quibus etiam nunc quer. inoff. test. est necess. in eius opusc. p. 339. VAN DE WATER. obs. iur. Rom. L. I. c. II. Postea vero sequentes differentiationes introductae sunt: ut 1) liberi SVI deberent nominatim exheredari, sed EMANCIPATI possent praeter-

praeteriri et inter ceteros exheredari, quibus tamen Praetor dabat honorum possessionem contra tabulas, §. 3. I. b. t. 2) ut FILIAE, NEPOTES et NEPTES aequae praeteriri et inter ceteros exheredari possent, ita tamen, ut scriptis heredibus *adcrecerent*; et suis quidem in partem *virilem*; at extraneis in partem *dimidiam*, pr. I. b. t. VLPIAN. fragm. Tit. XXII. §. 17. ibique SCHVLTING. IAC. PERIZON. ad Leg. Vocionam. Ut 3) ADOPTIVI ratione patris *adoptini* α) stante adoptione, eiusdem iuris ac *naturales* habentur; β) ea vero *diffoluta* loco *extraneorum* essent, adeoque *praeteriri* possent; respectu vero patris *naturalis*, quamdiu in adoptua familia essent, *praeteriri* possent tanquam *extranei*; cum vero a patre *adoptuo* emancipati essent, *praeteriri* aequae a patre *naturali* tanquam *emancipati* possent. §. 4. I. b. t. Ut denique 4) POSTVMI, qui iure antiquo tanquam *incertae personae* plane non poterant institui (cf. STRAVCHII diff. de pers. inc. Iena 1714 DATHE diff. de pers. inc. Lips. 1783.) siquidem essent *sui*, *masculi* et *primi gradus*, sicut iam nati, *nominativi* exheredari deberent; et *filiae postumae*, omnesque *ulterioris gradus* liberi utriusque *sexus* possent *inter ceteros* exheredari, cum adiectione tamen legati, licet tutius et in praxi receptum fuerit, eos *nominativi* exheredare. VLP. fragm. T. XXII. §. 21. 22. §. 1. I. b. t. Ceterum de postumis plura in Pandectis. III. Porro deinceps licentia parentum, liberos pro lubitu exheredandi, ita restrita est, ut ex *iusta causa* eos exheredare deberent, quae tamen arbitrio *centumuirorum* relata erat cf. SICCAMA de *iudic. centum*. Edit. ZEPERNICKII. IV. Denique Iustinianus: 1) sustulit omne *sexus*, *gradus* et *natiuitatis* discrimen, sanciens, OMNES omnino liberos, sive filii sive *filiae*, sive primi gradus sive nepotes neptesue, modo ex *masculis* progeniti, sive iam nati sive postumi sint, nominativi esse exheredandos. l. 4. C. de *praet. lib.* 2) quoad ADOPTIVOS ita statuit, ut *plene adoptati* α) stante adhuc adoptione a patre *naturali* *praeteriri* possent, quasi personae *extraneae*; sed a patre *adoptuo*, *nominativi* exheredari deberent β) soluta vero per emancipationem adoptione, a patre *naturali*, *nominativi* exheredari deberent, et a patre *adoptuo* *praeteriri* possent. At *minus plene adoptati* a patre

patre naturali nominatim exheredandi essent, sed ab adoptivo praeteriri possent. I. 10. pr. §. 1. C. de adopt. 3) causas exheredandi, ne incertae essent, non amplius a iudicium arbitrio pendere passus est, sed ipse in N. 15. c. 3. nouas et certas, de quibus §. seq. definiuit.

Nota 2. An Iustinianus discrimen liberorum suorum et emancipatorum sustulerit, controvèrtitur, cf. SARTORII diss. de honor. poss. contra tab. Lips. 1775. vbi p. 80. sq. ostenditur, neque ex §. 5. I. b. t. neque ex Nou. 18. c. 1. hanc sublationem posse probari. Sed ne ex Nou. 15. c. 3. quidem ea demonstrari potest, cum vox: ceterorum liberorum, de nepotibus et deinceps intelligi possit.

Nota 3) Haec omnia de liberis legitimis intelligenda sunt; illegitimos enim pater praeterire potest, mater vero, quia huic conditionem sequuntur, ex forma huc usque descripta exheredare debet. Ceterum de hac doctrina cf. VAN DE POLL. de exher. liber. Ultrai. 1712. 4) ALEX. POLITVS a S. SIGISMVNDO de pat. pot. in condend. testamenc. in MEERM. thes. T. I. IAC. DE LA LANDE de praeterer. lib. in MEERM. thes. T. IV. ES. DE PVFFENDORF. ob. iur. vniu. Vol. V. T. IV. IO. GOTTFR. BAVERI diss. de eo, quod iustum est circa formam exheredat. Lips. 1731. CORN. VAN DER BVRCH. diss. de exher. et praeter. liber. L. B. 1750.

§. 325.

De iustis exheredandi causis, quoad liberos.

Sunt autem iustae, ob quas liberi exheredari possunt, causae iure nouissimo definitae, vel I. *Communes omnium liberorum.* II. vel *Propriæ.* Priors sunt: 1) manus illatio 2) grauis et inhonesta iniuria parentibus ingesta a) 3) conuersatio cum maleficis, ut maleficus b) 4) insidia vitae parentum structæ 5) impedimentum parentibus testari volentibus dolo obiectum 6) consociatio cum arenariis vel

vel *mimis* contra parentum voluntatem inita, modo liberi in ea permanferint, nec ipsi parentes *eiusdem* sint professionis 7) neglecta cura parentis furiosi 8) omissa redemptio captiu parentis 9) si liberi sint heretici i. e. si nec communicent in S. S. ecclesias nec catholicam fidem, aut sanctas quatuor synodes Nicenam, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, et Chalcedonensem amplectantur.

II. Propriae et quidem α) FILIIS 1) accusatio criminis, quod non est contra principem vel rem publicam 2) stuprum nouercae, vel patris concubinae illatum. 3) delatio contra parentes, per quam *grauius* dispendia patientur 4) omissa fideiussio pro parente carcere incluso, qui eam *petierat* β) FILIA-BVS: si filia minor XXV. ann. parenti, maritum dare dotemque praestare volenti, non consenserit, sed vitam luxuriolam elegerit.

a) BERGERI' Oecon. p. 274. not. 4. LEYSER. spec. 357. med. I. b) PETRVS DE TOLLOZAN. de malef. et masbem. in OELLRICH. thes. Vol. I. T. III.

§. 326.

De parentum exheredatione.

II. PARENTVM exhereditatio debet fieri I. *inter ceteros*, nam *praeterire* parentes non licet a) II. ex *iusta* causa testamento inserta, qualis est: 1) si parentes liberos ad interitum vitae tradiderint, excepto crimine maiestatis 2) insidiae vitae liberorum structae 3) stuprum nurui vel filii concubinae illatum 4) si parentes liberos testari prohibuerint 5) insidiae vitae vxoris a marito, vel mariti ab uxore structae 6) omissa cura liberorum furiosorum 7) omissa redemptio liberorum captiuorum 8) si parentes


tes non sint orthodoxi, secundum ea quae §. praece-
dicta sunt.

Nou. 115. c. 4. Ceterum an praeter has causas aliae similes vel grauiores admitti debeantur, disputatur; cf. VINN.
ad tit. I. de inoff. test. in pr. COCCEII diff. quae sit genuina resolutio controversiae circa causas exher. lib. in Ei. diff. Vol. II.

§. 327.

De fratrum exheredatione.

Quod III. FRATRES SORORESQUE attinet, ii
praeteriri et inter ceteros exheredari possunt, modo
ipsis non preferatur turpis persona. Specialis vero
exheredandi causa non requiritur, quia *Nou. XXII.*
c. 47. pr. huc pertinere non videtur.



TITVLVS XIV.

DE

HEREDIBVS INSTITVENDIS.

§. 328.

Connexio.

Tratstat hoc titulo tria Iustinianus momenta: 1)
quis possit institui 2) quomodo heredes instituantur 3) de diuisione hereditatis inter coheredes.

§. 329.

I. QVIS possit institui?

Qui instituitur, debet esse capax. Quae capacitas A. in institutione PVRA adesse debet tempore
1) t.e.

1) testamenti conditi 2) mortis testatoris et 3) aditio-
nis hereditatis B. in institutione CONDITIONATA
accedit tempus existentis conditionis. Incapacitas
medio tempore inter conditum testamentum et mor-
tem testatoris vel existentem conditionem contin-
gens non nocet.

a) §. 4. I. de hered. qualit. I. 49. §. 1. ff. b. t. DE TOVL-
LIEV collect. p. 441. NOODT. probab. L. I. c. 12.
verb. Aliud exemplum habet Gellius.

§. 330.

Quis incapax?

*Incapax ex opposito est aliquis A. vel ABSO-
LVTE, si nunquam institui potest, B. vel RE-
LATIVE, si vel 1) in certo casu vel 2) a certa per-
sona vel 3) in tota hereditate non potest institui.*

A. ABSOLVTE incapaces sunt: 1) liberi per
duellium a) 2) apostatae b) 3) heretici, eorumque
receptatores et fautores c) 4) corpora illicita d) 5)
peregrini e) 6) deportati f) 7) in metallum damna-
ti g) 8) feminae, quae ante finitum tempus luctus
vel secundas nuptias contrixerunt, vel parturi edi-
derunt, qui non est ex priori matrimonio. h)

a) l. 5. §. 1. 3. C. ad L. Iuliam Majest. GVNDLINGII
singularia ad L. Iul. Mai. p. 103. b) l. 3. C. de apost.
c) l. 4. 5. C. de heret. Autib. Credentes C. eod. d) l.
g. 1. C. b. t. e) l. 6. §. 2. ff. b. t. f) l. 1. C. b. t.
g) l. 3. ff. quae pro non script. hab. h) l. 1. C. de
sec. nupt. Nou. 39. c. 2. §. 1. Ex Lege Voconia et fe-
minae incapaces erant, vid. IAC. PERIZON. ad L.
Vocon. in diss. Triad. Halaes 1732. 4. ABR. WIELING,
lect. iur. ciu. Lib. II. c. 19. sqq.

§. 331.

§. 331.

Continuatio.

B. RELATIVE incapaces sunt 1) princeps litis causa institutus a) 2) vitricus vel nuerca, cui a coniuge non plus potest relinquiri, quam vni liborum prioris matrimonii b) 3) Iudeorum vniuersitates quae a Christianis non possunt institui c) 4) persona, quacum testator adulterium stuprumue perpetravit d) 5) secundus maritus, qui viduam ante tempus luctus duxit, cui non nisi tertio bonorum pars a coniuge relinquiri potest. e)

a) §. vlt. I. quib. mod. test. infirm. GVNDLING. diff. de principe herede ex testam. ciuium Halae 1721. LVD. MENKENII diff. de princ. litis causa institui in collect. diff. n. 24. b) l. 6. pr. C. de sec. nupt. c) l. 1. C. de Iudeis. d) l. 13. 14. ff. de his, quae ut indign. e) l. 1. C. de sec. nupt. Vulgo addunt, parentes incestas nuptias contrahentes, qui nec sese inuicem, nec liberos ex incestu natos instituere possent. Sed ii plane non possunt testari, cum omnia eorum bona aut fisco cedant, aut ad liberos legitimos, si qui adsint, statim iure nouissimo perueniant, Nou. XII. c. 1. 2.

§. 332.

Continuatio.

Hinc patet, recte institui 1) seruos tam proprios, quam alienos a) 2) personas incertas, modo aliqua ratione certae hant, veluti α) postumos b) β) pauperes c) γ) ecclesiis d) δ) ciuitates e) ε) collegia licita. f)

a) pr. §. 1. 2. 3. I. b. 2. b) §. 25. sqq. I. de leg. c)
l. 24. C. de episc. d) l. 1. C. de S. S. ecclesiis.
e) l. 122. pr. de leg. I. l. 26. ff. ad Sct. Treb. f)
l. 12. C. b. t. DATHE diff. histor. iur. ciu. de person.
incert. ex testam. heredibus. Lips. 1783.

§. 333.

§. 333.

II. QVOMODO heres institui possit.

Potest aliquis institui vel PVRE vel SVB CONDITiONE, vel EX DIE INCERTO. Ex certo enim vel in diem certum nemo potest institui.

§. 334.

Conditio quid?

CONDITiO in genere est euentus incertus et futurus a cuius existentia vel deficientia validitas adiutorii alius cuius pendet. Hoc loco est euentus futurus et incertus testamenti adiectus, a quo ius heredis pendet.

cf. FR. BALDVINVS de *condit.* in HEINECCHI *iurisprud.* rom. et att. T. I. IO. IVSTI RAVENSBERGII opusculum de *condit.* conuentionum et ultimar. volunt. Ienae 1752. 8. Ceterum differt conditio a modo et a demonstratione l. 30. ff. de C. et D. LEYS. Sp. 339. Med. I. DE HACKEMANN. de *usu praet.* distinctionis inter conditionem et modum Frf. 1751. RAVENSBERG. c. i §. 2.

§. 335.

Conditio quoquplex?

De variis conditionum diuisionibus haec nota:

I. Conditio aut *disertis* verbis a testatore praescripta est, aut *non*. Hinc ratione fundamenti est vel EXPRESSA vel TACITA. Ad hanc pertinet 1) quod ex rei natura subintelligitur v. g. si testamentum valuerit. Haec institutionem non reddit conditionatam, licet expressa sit, nisi in voluntatem heredis conferatur v. g. si voluerit a) 2) quae ex *praesumta* testatoris voluntate sub intelligitur v. g. si sine liberis. b)

II. Conditio collata est vel 1) in hunc casum: *si quid fiat*; vel 2) in hunc: *si quid NON fiat*. Ergo

go ratione modi existendi est vel ADFIRMATIVA
vel NEGATIVA.

III. Id, quod fieri aut non fieri debet vel *potest* existere, vel *non*. Vnde habes conditionem vel POSSIBILEM vel IMPOSSIBILEM.

IV. *Possibilis* consistit vel 1) in *datione* aut *non datione* alicuius REI vel 2) in *praefatione* aut *omissione* alicuius FACTI; hinc ratione *obiecti* est vel conditio DANDI aut NON DANDI, vel FACIENDI aut NON FACIENDI.

V. Conditio dandi aut faciendi vel 1) *uni* praescripta est vel *pluribus*. Hoc casu, si a *singulo* impletri potest DIVIDVA. sin ab *omnibus* SIMVL impleri debet, INDIVIDVA dicitur, 2) Vel haecres dari aut hoc factum *saepius*, aut *semel* tantum potest; hinc conditio REITERABILIS aut NON REITERABILIS. c) 3) Vel res dari aut factum praefari facile aut difficile potest, hinc conditio est vel FACILIS vel DIFFICILIS.

VI. *Existentia* conditionis possibilis pendet 1) vel a *casu fortuito* 2) vel principaliter a *sola heredis voluntate* 3) vel a *casu et voluntate heredis* SIMVL. Hinc conditio CASVALIS, POTESTATIVA et MIXTA. d)

VII. Conditio *impossibilis* est talis: 1) vel *physice* vel *moraliter*, prout vel a NATVRA ipsa vel a LEGIBVS aliquid fieri prohibetur; 2) vel *absolute* vel *relative*, prout vel a QVOLIBET vel a CERTO tantum homine aliquid fieri non potest; 3) vel *adformatiue* vel *negative*, prout heredi iniungitur, vt factum imposs-

impossibile vel COMMITTAT vel OMIT-TAT.

VIII. Conditio hunc *effectum* potest habere, vt heres 1) vel *statim* hereditatem accipiat, eam tamen, deficiente conditione, *reddat* 2) vel vt eam existente demum conditione *accipiat*. Priori casu est RESOLVTIVA, posteriori SVSPENSIVA. e)

IX. Conditio vel 1) *intelligi* potest; tunc CLARA est 2) vel sibi *contraria* continet, adeoque exitum habere nequit; hoc casu PERPLEXA dicitur f) vel 3) ita concepta est, vt in *praesens* aliquid *detur*, si in *futurum* aliquid *exititerit*; en conditionem PRAESTERAM. g)

X. Conditio vel *impleta* est, tunc EXISTENS, vel 2) non *impleta* est, tunc DEFICIENS, 3) vel *nondum* *impleta* est, tunc PENDENS dicitur.

- a) l. 65. §. 1. de leg. i. l. 12. ff. de condiz. inslit.
- b) l. 102. ff. de C. et D. l. 30. C. de fideic.
- c) l. ii. pr. ff. de C. et D.
- d) l. 60. pr. ff. eod. l. vn. §. 7. C. de caduc. toll. vid. tamen Ill. SCHOTT. de figmento cond. potest. in Eius opusc. WESTPHAL. de cond. potest. RICHTER. de cond. potest et mixta.
- e) MEISTERI diff. de eo, quod inter cond. resolut et mod. in-terest. Gœtt. 1768. et in Ei. sylloge opusc. altera ibid. 1775. 8.
- f) v. g. si Titius heres erit, Seius heres esto. Si Seius heres erit, Titius heres esto, l. 16. ff. de condit. inslit.
- g) v. g. si nauis CRAS ex Asia venerit, HG-DIE dare spondes? cf. §. 14. I. de inuril. stipul.

§. 336.

Regulae de institutione conditionata.

Quod vero ipsam institutionem conditionatam attinet, nota regulas:

I. Nulla

I. Nulla conditio in *praeteritum vel praesens* conferri potest. a)

II. Heres non recte sub conditione *resolutiva* instituitur. b)

III. Legitima ipsa non potest sub conditione *resolutiva*; at *ultra legitimam hereditati* SVO non nisi *poteſtatiua* praescribi potest.

IV. Heres *extraneus* recte sub QVACVNQVE conditione instituitur. c)

V. PENDENTE conditione ius heredis in *suspenſo* est; potest tamen bonorum possessionem perttere. d)

VI. EXISTENS conditio *retrotrahitur* ad tempus *mortis testatoris*; secus in contractibus et legatis. e)

VII. Herede *ante existentem* conditionem mortuo, institutio *euaneſcit*. f)

VIII. DEFICIENTE conditione *α) casuali*, *euaneſcit* ins heredis *β) potestatiua*, distingue: *an factio testatoris*, aut *heredis aut tertii* cuiusdam defecerit; *γ) mixta*, aequo dispiciendum est, *an casu*, *an factio aut testatoris aut heridis aut tertii defecerit*. g)

IX. Conditio *impossibilis* pro NON ADIECTA habetur. h)

X. Conditio *difficilis* impleri debet, modo heres *fauis* non sit ea oneratus. i)

XI.

XI. Conditio *negatiua* suspendit ius heredis ad dies vitae, nisi *cautionem MVTIANAM* praestiterit. k)

XII. Conditio *perplexa* vitiat institutionem, se-
cūs *praepostera*. l)

XIII. Si *plures* adiectae sint conditiones, viden-
dum an CONIVNCTIM, an ALTERNATIVE ad-
positae sint. m)


XIV. Si *pluribus* eadem praescripta sit conditio,
vñusquisque eam implere debet, et portionem suam
hereditatis accipit; qui vero non impleuerunt, ni-
hil accipiunt, quia deficere videntur. n)

XV. Conditio ab *ipso* et *sciente* herede et praesi-
cise *eo*, quem testator praescripsit, modo imple-
da est.

XVI. Quod *tempus*, quando impleri debeat, at-
tinget, videndum est, an *poteftatiua* aut *casualis* sit;
an porro factum personamue ipsius testatoris con-
cernat, modo testator certum tempus haud praesi-
pferit. o)

- | | |
|--|--|
| a) l. 10. § 1. in fine ff. de condit. instit. | b) DO- |
| NELL. comm. iur. ciu. L. VI. c. 18. | c) RAVENS- |
| BERG. c. II. §. 11. 12. 13. 18. sqq. l. 32. C. de inoff. test. | FEIN. diff. de herede suo sub condit. instituto. Gött. |
| 1777. d) l. 5. 6. ff. de bon. poss. sec. tab. l. 23. ff. | |
| de hered. instit. | e) RAVENSB. c. VI. §. 2. 19. |
| 20. f) l. 4. pr. ff. quanto dies leg. | g) cf. |
| VOETIVS ad Pand. tit. de Condit. instit. CRELLII | |
| diff. an conditio quae propter casum impleti non potest, | |
| pro impleta habeatur ad concil. l. 31. f. d. e. C. et D. et | |
| l. 54. § 1. de leg. 1. in Eius diff. Fas. 4. h) l. | |
| 45. l. 50. §. 1. ff. b. t. l. 1. l. 20. ff. de cond. instit. MA- | |
| IANSII diff. de condit. imposs. ultimis volunt. adiecit. in | |
| Eius | |

Eius diff. Vol. II. i) l. 83. ff. de C. et D. k) l.
 4. §. 1. de cond. instit. l. 73. ff. de C. et D. CONRA-
 DI diff. de caur. Mur. Lips. 1761. BALDVINI iuris-
 prud. Muriana Halae 1730. 8. et in HEIN. iurisp. Rom.
 Att. T. I. MAIANSII diff. de caur. Mut. ibid. 1) l.
 16. ff. de condit. instit. §. 14. l. de inut. filipul. l. 25. C.
 de testam. m) §. 11. l. b. 1- n) l. 6. C. de con-
 dit. insert. o) VOETIVS l. c. §. 24. sqq.



TITVLVS XV.

DE

VVLGARI SVBSTITVTIONE.

§. 337.

Connexio.

Quum hoc usque de heredis institutione *primi* gradus dictum sit, sequitur ea, quae fit *ulterioris* gradus, quaeque *SVBSTITVTIO* vocatur.

cf. PAPILLONII tr. de directis heredum substitutionibus. in OTTON. thef. T. IV. CLAVD. CHIFLFTIVS de substit. ibid. T. V. RAMOS ad tit. π. de vulg. et pup. substit. in MEERM. thef. T. VII. ANT. VOQVELINVS ad tit. l. de vulg. et pup. substit. L. B. 1712. 12. VINCENT. FVSARIVS de substit. Geneu. 1653. f. et saep. ANT. GOVEANVS ad tit. ff. de vulg. et pup. substit. in Eius Opp. edit. van VASSEN, Amstel. 1766. f. 10. IGNAT. TVRINI de substit. Erf. 1733. PETRI de TOVLIEV diff. de substit. vulg. Linguae 1701.

§. 338.

Substituere quid?

Substituere 1) in genere est *in locum alicuius rei* aliquid surrogare. 2) in specie heredem substituere est

est α) in sensu proprio: *in locum DEFICIENTIS heredis INSTITVTI alium surrogare* β) insensu improprio: *ei heredem scribere, qui IPSE NON potest testari.* Hinc heredis substitutio est vel PROPRIA vel IMPROPRIA.

PROPRIA est, *qua heres secundus in locum primi deficientis surrogatur, quae et VVLGARIS appellatur.*

IMPROPRIA dicitur, *qua ei, qui ipse heredem sibi scribere non potest, heres ab alio scribitur.* Quod accidit: 1) ratione impuberum, hinc substitutio PUPILLARIS VERA 2) ratione furiosorum et mentecaptorum, hinc substitutio QVASI pupillaris seu EXEMPLARIS.

Porro omnis substitutio vel iure communi fieri debet, vel vi cuiusdam priuilegii, quale militibus, iisque solis, datum est. Hinc substitutio PAGANA et MILITARIS. Iam primo de pagana, et in specie hoc titulo de vulgari; sequenti vero de pupillari, exemplari et militari.

§. 339.

Vulgaris substitutio quid?

VVLGARIS est institutio secundi heredis *in locum primi deficientis a quolibet testatore facta* a). Deficiens dicitur, *qui heres NON est, siue propter noluntatem siue propter impotentiam i. e. qui hereditatem non accipit, siue quia non vult, siue quia non potest.* Hi duo casus subintelliguntur, licet unicus tantum expressus sit. Vnde substitutio est vel EXPRESSA vel TACITA. b)

O

a) cf.

a) cf. BRISSON. de V. S. f. v. secundus heres. b) Ita in praxi, licet quoad theoriam magna sit controvrsia cf. HOEPFN. com. ad I. §. 500. HERTELS Politische Thee und Caffe Tasse. Gout. 68. Alio porro sensu tacita dicitur, quae sub altera continetur, de qua re tit. seq.

§. 340.

Secunda diuisio.

Cum porro vel *coheres* coheredi, vel *extraneus* coheredi substitui possit, substitutio in MVTVAM seu RECIPROCAM (quae omnino a iure *ad crescendi* differt) et SIMPLICEM diuiditur. *Illa est, qua COHERES coheredi; haec, qua EXTRANEVS coheredi substituitur.*

I. 4. §. 1. ff. b. t. l. 64. de leg. II. CLEMANNI diff. de substit. rec. Lips. 1770. CVIAC. Obs. L. XII. c. II. REVTER diff. de substit. rec. eiusque a iure adcr. discrim. Halae 1750.

§. 341.

Tertia diuisio.

Deinde substitutio, vti institutio, est vel PVRA vel CONDITIONATA. Omni tamen substitutioni tacite inest conditio.

§. 342.

De natura substitutionis vulgaris.

De natura substitutionis vulgaris nota:

I. Ea est simul INSTITVTIO, et quidem CONDITIONATA. Hinc 1) qui potest instituere potest et substituere. 2) qui potest institui, potest et substitui. 3) ea non potest fieri in codicillis a).

II. In-

II. *Inuenta est, ne testamenta substituantur.* Vnde
 1) substituto tertius, tertio quartus, et sic deinceps, potest substitui, quo casu *ultimo* substitutus, deficientibus prioribus, *instituto* immediate succedit,
 2) instituto heredi coherede substituto dato, eique alio substituto, ad *utramque* partem substitutus admittitur, quia *utroque* casu substitutus *substituto* simul *instituto* substitutus videtur b).

III. *Ipse substituendi modus a testatoris arbitrio pendet.* Hinc testator potest: 1) aut vni plures, aut pluribus vnum, aut pluribus plures, aut singulo singulum substituere; 2) certam portionem ad substitutum peruenturam exprimere, quo tamen non facto, substitutus *eandem*, quam institutus accepisset, portionem nanciscitur. c)

IV. *Ea potior est iure ADCRESCENDI d.*

- a) §. 2. I. de codic. b) pr. et §. 3. I. b. r. c) §. 1.
 2. I. cod. d) DVAREN. disp. de iure ad cresc. L.
 II. c. 16.

§. 343.

De effectu substitutionis vulgaris.

Effectus eius est, 1) vt, deficiente herede instituto, substitutus *relictam* instituto *hereditatem*, non vero *propria* eius bona capiat a). 2) vt testamentum valeat a secundo institutionis gradu b), 3) vt institutus, si *necessarius* heres sit, fiat *voluntarius* quamvis maneat *suis*, c)

- a) Id, quod ex fine huius substitutionis patet. b) I.
 3. §. ult. ff. de lib. et post. c) VINN. h. r. pr. n. §.


§. 344.

§. 344.

Quando cesseret?

Exspirat denique substitutio vulgaris 1) *adita ab instituto hereditate vel petitia bonorum possessione a)*
 2) *substituto vel ante institutum vel eo ad hoc delibera-*
rante mortuo b) 3) si institutus indignus sit, c)

- a) *l. 5. C. b. z. l. 2. ff. de bon. poss.* Exceptio tamen est
 in *Nov. I. c. i. §. 3.* b) *l. un. §. 5. C. de caduc. toll.*
 c) *riz. ff. de his, quae ut indigni. auf.*



TITVLVS XVI.

DE

PVPILLARI SVBSTITVTIONE.

§. 345.

Connexio.

Haec de propria substitutione, iam de *impropria*;
 qualis est PVPILLARIS, quam iterum vel VERAM vel QVASI *talem esse vidimus.*

§. 346.

De vera pupillari substitutione.

A) VERA est *institutio heredis, liberis impuberibus, in patria potestate constitutis, mortuoque patre sui iuris factis in casum, si intra pubertatem deceperint, a patre facta.* Ad eam igitur requiritur: I. Ut filius impubes sit, et intra pubertatem decedat. II. Ut in patris potestate tum tempore testamenti cum tempore

re

re mortis patris constitutus sit. III. *Vt mortuo pater sui iuris fiat et maneat.*

GE. SAM. MADIHNII *vicissitudines substit. impub.* Halae 1769. 4. *de GAST de impub. et aliis substit. in MEERM. thes. T. VI. WERNHERI obs. T. III. obs. 82.*

§. 347.

Substitutione pupillaris vera quotuplex?

Huius substitutionis nonnullae dantur diuisiones, de quibus sic tene:

I. Casus generalis, in quem omnis substitutio pupillaris fieri debet, est: *si filius impubes deceperit;* quod tamen duplici iterum *speciali* casu accidit, vel *si impubes simul heres patris fuerit, vel si non fuerit.* Iam vero testator vel *vtrumque* vel *vnum tantum* casum specialem in substitutione expressit. Hinc ratione *casus specialis expressi* substitutio vel SIMPLEX vel DVPLEX dicitur. Illa, quando VNVS tantum *casus specialis expressus est*, v. g. *si filius heres erit, et impubes deceperit.* Haec, quando VTERQVE exprimitur, v. g. *si filius heres ERIT aut NON erit, et impubes deceperit.* a) Cum vero pater in *vtrumque* modum substituisse praesumatur, licet *vnum tantum expresserit*, hinc substitutio duplex iterum vel EXPRES SA vel TACITA esse potest b).

II. Testator potest vel 1) certam personam substituere, vel 2) generaliter vnum ex reliquis heredibus v. g. *quisquis mihi erit heres, filio substitutus fit.* Hinc pupillaris substitutio porro est vel SPECIALIS vel GENERALIS c).

III. Substitutus vel *pure* vel *sub conditione* substitui potest; hinc datur PVRA et CONDITIONATA pupillaris substitutio. *d)*

IV. Pater vel *omnibus* liberis impuberibus vel *tantum nouissime morienti* substituit *e).* De quarum divisionum *usu* in *ipsis praelectionibus.*

- a) pr. I. l. 1. §. 1. l. 45. ff. b. t.*
- b) l. 4. pr. §. 1. ff. b. t. l. 4. C. de impub. et al. subst. cf. VENN. sel. quæst. L. II. c. 24.*
- c) §. 7. I. b. t.*
- d) l. 8. ff. b. t.*
- e) §. 6. I. b. t.*

§. 348.

Axiomata.

Ceterum ex iis, quae §. 346. dicta sunt, sequentia de hac substitutione intelligi possunt axiomata:

I. *Ea est potius INSTITVTIO heredis impuberi a PATRE facta, quam substitutio.* Hinc substitutus ipsam impuberis matrem excludit *a).*

II. *Eius FINIS est, ne impubes filius INTESTAVS decebat.* Ergo *1) tantum ad pubertatis annos, vel ad brevius tempus substitui potest b), 2) puber non recte substituitur in casum: si intra certum tempus deceperit c).*

III. *Eius FVNDAMENTVM est PATRIA testatoris POTESTAS, in qua impubes tum tempore testamenti cum tempore mortis patris constitutus esse debet, ita tamen, vt, eo mortuo, sui iuris fiat.* Quapropter *1) mater tantum vulgariter substituere liberis potest d), 2) pater impuberibus suis, siue iam natis, siue possumis, siue institutis, siue exheredatis recte substituit*

stituit, non vero *emancipatis*, *illegitimis*, et nepotibus in patriam recasuris potestatem e).

IV. In ea DVO quodammodo sunt TESTAMENTA; alterum nempe patris, alterum filii, tanquam si ipse filius heredem sibi instituisset, aut certe *unum* testamentum est duarum causarum i. e. duarum hereditatum f.)

V. Eius effectus est, 1) vt substitutus filio *naturali*, consequatur non modo *patris*, sed et omnia *ipsius impuberis bona* g) at substitutus filio *arrogato nanciscatur* tantum, *quae ab arrogatore ad arrogatum per venerunt* h) 2) vt substitutione generaliter facta vocentur, qui et *scripti* sunt heredes et extiterunt, et pro *qua parte* heredes facti sunt, 3) vt, *nouissime* morienti facta substitutione, ius legitimarum hereditatum *integrum* inter impuberis custodiatur i.)

VI. Exspirat substitutio pupillaris: 1) *pubertate liberorum* 2) *lapso*, ad quod facta est, *tempore* 3) *infirmatio patris testamento* k). 4) *emancipatione* et *arrogatione* impuberis subsecuta.

- a) l. 8. §. 5. ff. de inoff. test. HEISLER. diss. de pupill. substit. matrem excludente Hala 1750. WESTENBERG. de part. legit. diss. II. c. 3. §. 6. de CANNGIESER. decisi. Cassel. T. I. n. 67, b) §. 8. I. l. 21. ff. b. t. c) §. 9. I. b. t. d) pr. I. b. t. nec obstat l. 33. pr. ff. b. t. e) PVETTMANNI progr. de iudicio Curiano Lips. 1765. et in Eius probab. iur. civ. L. II. c. 14. nec non in ZEPERNIKII edit. SICCAMAE de iudic. cenzum. LEYS. Med. ad Pand. Spec. 362. Med. 6. f) §. 2. I. b. t. g) pr. I. b. t. l. 15. ff. b. t. dissent. BEHMER. iure novo controv. T. I. obfsc. 37. Lemgov. 1771. 4. h) l. 16. §. 6. b. t. i) §. 6. 7. I. b. t. k) §. 5. §. 8. I. b. t. l. 21. ff. de vulg. subft.

§. 349.

De quasi pupillari substitutione.

B) QVASI pupillaris est, qua parentes liberis FVRIOSIS aut MENTECAPTIS heredem scribunt in eum casum, si in furore decesserint. Ea quoque EXEMPLARIS et IVSTINIANEA dicitur, et fundata est in l. 9. C. de impub. et al. substit.

cf. de TOVLLIEV coniect. iur. civ. P. 366. LVDOV. GODFR. MADIHIN. opusc. de vicissir. et indole substir. exempl. Halae 1775. 4. WERNHERI Obsc. T. III. obs. 90. 91. SEIP. diff. de subst. exempl. quoad lib. mentecapti haud condit. Gott. 1749.

§. 350.

Axiomata de quasi pupillari substitutione.

De hac substitutionis specie nota, quae sequuntur:

I. Eius fundamentum est HUMANITAS; hinc et mater hoc potest modo substituere a).

II. Ad eam requiritur 1) ut liberi *perpetuo*. furiosi sint 2) ut, si plures sint liberi, omnes sint mente-capti 3) ut ei, qui substitutur, legitima relinquatur 4) ut furiosis primum eorum liberi, vel unus, vel certi, vel omnes; his vero deficientibus, fratres furoresue eodem modo substituantur. Si denique nec fratres furoresue adsint quemlibet substituere licet b.)

III. Ea exspirat 1) si furiosus *resipuerit* c). 2) si tempore dilucidi interualli ipse testatus sit d). 3) postumi, qui furioso substitui debuisset, agnatione e).

a) l. 9. C. de imp. subst. ibi: QVI vel QVAE restarunt; item: restaricis. b) En contracta legis laud. verba: Indut-


Indulgenus, ut si filium parentes habeant, nec ALIAM prolem, iste tamen mentecaptus PERPETVO sit; vel si DVO filii fuerint, NVLLVS vero sapiat, liceat parentibus ei vel eis, quos voluerint substituere, LEGITIMA relata — non licet parenti alios quam DESCENDENTES vel VNVM vel CERTOS vel OMNES — ad FRATRES eorum VNVM vel CERTOS vel OMNES rel. Matrem tamen et auiam non debere instituere fratres eius, qui substituit, unilaterales, obseruat de CANGIESS. decis. Cassel. T. I. n. 25. c) l. 43. pr. ff. b. r. l. 9. C. b. r. d) l. 9. C. qui rest. fac. poss. e) l. 43. pr. ff. b. r.

§. 351.

De substitutione militari.

Haec de PAGANA substitutione sequitur MILITARIS. Sicut vero milites in condendis testamentis a legum obseruantia immunes sunt (§. 307.) ita quoque in substitutionibus ex arbitrio disponere possunt, v. g. heredi puberi substituere in casum, si intra certum tempus deceperit, vel filio impuberi ultra pubertatem, rel.

cf. l. 15. ff. b. r. l. 8. C. de imp. subst. ANT. de SOVSA ad l. 15. ff. b. r. Londini 1643. 4. BAVERI diff. de subst. mil. Lipf 1728.



TITVLVS XVII.
DE
MODIS QVIBVS TESTAMENTA
INFIRMANTVR.

§. 352.

Connexio.

Haetenus de modis, quibus testamenta recte *conduntur*; iam de iis, quibus condita *infirman*tur. Testamenta vero vel *iure* facta sunt, adeoque ab *initio* subsistunt, sed *postea* infirman*tur*; qualia sunt RVPTA, IRRITA et DESTITVTA; vel non *iure* conduntur, adeoque *statim* ab *initio* non valent, qualia sunt NVLLA, INIVSTA et RESCISSA. De illis hoc, de his seq. tit. Porro testamenta vel *iure* CIVILI infirman*tur*, vel *iure* PRAETORIO per bonorum *possessionem* contra tabulas, de qua infra.

cf. PAVL. FRANC. ROMANI diff. *de modis, quib. testam. infirm.* LIPS. 1671. GABR. STOCKII diff. *de iniusto, rupto et irrito testam.* Argent. 1717.

§. 353.

De testamento rupto.

I. RVMPITVR testamentum, *cum in eodem flatus manente testatore IPSIVS TESTAMENTI ius vivitatur*; quod fit vel A) agnatione sui heredis vel B) mutatione voluntatis.

§. 355.

§. 354.

Agnatio quid?

A) AGNATIO sui heredis est, quando testator POST testamentum conditum in suam potestatem aliquem nanciscitur, quem instituere debet. Ea est I. VERA cum NATURALIS et suus postumus; et II. CIVILIS, cum postumus CIVILIS agnascitur; quod ultimum contingit 1) nepotibus, patre post aui testamentum mortuo emancipatoue, in proximum aui potestatis gradum redactis; 2) arrogatione, adoptione plena et legitimatione a testatore post testamentum conditum facta.

§. 1. l. b. t. §. 2. l. de exher. liber.

§. 355.

Mutatio voluntatis quid?

B) MVTATIO voluntatis accidit: 1) testamento posteriori perfecto, licet priori clausula, quam dicunt, cassatoria seu derogatoria vel iuratoria adiecta sit a). 2) nuda prioris testamenti revocatione vel coram tribus testibus vel inter alia manifestata, si decennium fuerit emensum b). 3) deletione, inductione, rel. c.)

- a) §. 2. 7. l. b. t. Ill. SCHOTT. ad orat. *Pertinacis de testam. poster. imperfected prius perfectum haud infirmando in Ei. opus. Exceptiones ramen in Pandectis profertenur.* b) l. 6. C. Theod. l. 27. C. Inst. de testam. HANNESENII diff. II. de testamenti accidente lapsu decennii revocatione ad l. 27. de testam. Gött. 1736. et 1737. Ill. SCHOTT. diff. laud. c. 9. Ill. PVETTMANNI interpret. iur. civ. c. 27. HOEPFNERI com. ad Inst. p. 389. Hanc l. 27. C. extendunt queque ad testam. ta nuncupativa, de CRAMER. Wezl. Nebenst. Theil 107. n. 4. Usuum tamen forensem ei denegat BEHMER iure nov. contr. n. 73. c) tit ff. de bis, quae in test. del.

§. 356.

§. 356,

De effectu testamenti rupti.

Effectus testamenti rupti est, ut *omnia eius capita corruant*, *I. I. C. de postum hered.* nisi ex Praetoris editio per bonorum possessionem secundum tabulas sustineatur, quod suo loco dicetur. WERNHER. Obs. T. III, P. III. n. 60, 61.

§. 357.

Irritum testamentum quid?

II. IRRITVM fit testamentum *subsecuta testatoris CAPITIS DIMINVTIONE*. Sed et hoc nonnunquam a Praetore per bonorum possessionem secundum tabulas sustinetur. cf. §. 4. §. 6. I. h. t.

§. 358.

Testamentum destitutum quid?

III. DESTITUTVM dicitur testamentum, *ex quo heres non existit*, sive quia non possit sive quia nolit hereditatem adire. Quo facto res ad causam intestati reddit, cum omnis eius vis soluatur; licet sint, qui propter Nov. I. aliter statuant.

pr. et §. 7. f. d. success. ab int. I. 181. de R. I. ZEPERNICKII diff. II. de testam. destituti viribus Halae 1773. et 1774.

TIT.

TITVLVS XVIII.

DE

INOFFICIOSO TESTAMENTO.

§. 359.

Connexio.

Sequuntur testamenta statim ab initio condita cum
vitio aliquo, quod quidem vel externam vel in-
ternam concernit testamenti formam. Priori casu
INIVSTVM, posteriori vel NVLLVM vel INOFFI-
COSVM dicitur.

§. 360.

Testamentum iniustum quid?

INIVSTVM itaque est, *quod propter vitium in so-*
lennitate EXTERNA commissum non valet. Cuius effectus
est, vt omnia testamenti capita corruant, nisi adie-
cta sit clausula, *quae dicitur, codicillaris, de qua*
tamen infra.

§. 361.

Testamentum nullum quid?

NVLLVM porro dicitur, *quod vitio INTERNO*
laborat. Quod fit: 1) si testator non habuerit testa-
menti factionem *actiuam* a) 2) si *vi, metu, dolo aut*
blanditiis importunis ad testandum inductus fuerit b)
3) si desit *heredis institutio* c). 4) si *incapax institutus*
sit) 5) si pater liberos aut plane *praeterierit*
aut *inter ceteros*, aut non ab *omni gradu aut sub con-*
ditione,

ditione, aut sine iusta causa exheredauerit e). Ceterum eius quoque effectus est, *ut omnia testamenti capita corruant f).*

- a) l. 2. ff. qui test. fac. pr. I. b. r. b) b) vid. supra §. 299. de CANNGIESER decis. Cassel. T. I. n. 42. c)
 l. 10. ff. de iur. codic. d) vid supra tit. de hered. ini-
 stit. e) cf. supra tit. §. 324 de liber. ex her. f)
 Nec obstat Autb. Ex causa C. de lib. praet. quippe que-
 cum Nov. iij. c. 3. non conspirat.

§. 362.

Testamentum inefficuum quid?

INOFFICIOSVM denique est, quo ii, quibus le-
 gitima debetur, iniuste exheredati sunt. Inofficium
 enim dicitur, quod sit contra pietatis officium a). Hinc
 iure antiquo omne testamentum inofficium erat,
 quo testator personam, quam ex aliquo pietatis offi-
 cio et aequitate instituere debuisset, exheredauerat.
 Vnde et amici exheredati testamentum inofficium
 dicere poterant b). Sed iure novo ii tantum, quibus
 LEGITIMA debetur, testamentum impugnare quidem
 possunt, non tamen semper eodem modo. Hinc se-
 quentes obseruandae videntur regulae:

I) Si quis iam tempore testamenti conditi adfuit, qui
 in legitima institui debuisset, nec tamen institutus aut
 exheredatus sit, tunc testamentum mox nullum, mox
 inofficium fieri potest, secundum ea, quae in se-
 quentibus proponentur. Sin vero, qui adfuit, non
 ex iure stricto ciuili, sed ex aequitate seu editio Prae-
 toris instituendus fuisset, attamen inique exhereda-
 tus sit, tunc testamentum nec nullum nec inoffi-
 cium dici potest, sed rescinditur ex edito Praetori-
 ris per bonorum possessionem contra tabulas, de qua
 infra.

II. Si

II. Si quis necessario instituendus post testamentum demum conditum existat, nec tamen institutus aut rite exheredatus sit, eius agnatione testamentum rumpitur (§.355.)

III. Si exheredati sunt, quibus legitima non debetur, testamentum omni iure subsistit c).

a) SEC. de benef. III. 18. CIC. Verr. l. 42. b) VAL.
MAX. L. VII. c. 7. §. 5. c) l. 1. ff. b. 1.

§. 363.

Querela inofficii quid?

Cum igitur testamentum inofficium iniquam presupponeret exheredationem, ex sola vero iniuste non competenteret actio, hinc, ut solidum ad esset contra eiusmodi testamentum agendi fundamentum, Prudentes, testatorem tempore testamenti furiosum fuisse, fingere non dubitabant. Ipsa vero, quae hoc ficto furore nititur, actio, QVERELA INOFFICIOSI dicta est, quae proinde est actio competens iis, qui a legitima iniuste exheredati sunt, ad testamentum, quasi furiosi, rescindendum. Igitur querela inofficii I. Praesupponit personam, cui legima debetur. II. Datur propter iniustam exheredationem III. Nititur ficto furore et IV. Tendit ad testamenti recissionem.

- 1) Obserua vox querelae mitior est voce actionis Voss. Instit. orat. L. I. c. 6. §. 2. 2) De origine huius querelae, quae sine dubio ex responsis Prudensum pertenda est, variae sunt variorum opiniones. Vid. CVIAC. Obs. L. II. c. 21. et L. XIV. c. 14. CAR. LOVARDVS de orig. quer. inoff. ex L. Glic. Dresd. 1762. 8. PETR. PITHOEVS ad collat. leg. Mos. et Rom. in SCHVLTING. iurispr. Antei. p 796. DVARENVS. t. c. 2. in opp. p. 171. BYNKERSH. Obs. L. II. c. 12. SCHVLTING.

TING. ad PAVLI rec. sent. L. IV. Tit. VIII. §. 5. p. 408. WESTENBERG. in D. Marco p. 214.

§. 364.

Axioma primum.

I. Praesupponit querela inofficioſi personam, cui da-
tur LEGITIMA. Est autem haec legitima, certa
bonorum pars certis personis necessario relinquenda. De
quatenundum: 1) Eam inuentam videri ad imitatio-
nem quartae Falcidiae a). 2) Eius quantitatem iure
nouissimo esse tertiam bonorum partem, si quatuor
vel pauciores; dimidiā vero, si plures, quam quatuor
adsint, quibus competit, personae b). 3) Eam com-
petere primo LIBERIS, deinde, his deficientibus, PA-
RENTIBVS, et ultimo loco, si nec parentes adsint,
FRATRIBVS et SORORIBVS, modo turpis persona
ipsis praelata sit. Ergo reliquis, ultra fratres foro-
resue, cognatis nulla datur legitima, ideoque nec
querela. c) 4) Eam liberis et parentibus titulo HO-
NORABILI seu HEREDITARIO relinquere debere; fra-
tribus vero et sororibus QVOCVNQVE titulo reli-
qui posse; d) quod propter ius ad crescendi notandum.
5) Eam onere aliquo grauari non posse e). 6) Iure
nouissimo sufficere, eius partem reliquie, cum,
quod ei deest, condictione EXPLETORIA peti
possit. f)

- a) cf. SCHVLTING. ad PAVLI rec. sent. L. III. T. VIII.
§. 3. p. 381. b) Nov. 18. c. i. vbi in fine Iustinianus addit: hoc (augmentum legitimae) obseruando in
OMNIBVS personis, in quibus ab initio antiquae quar-
tae ratio de inofficioſi legi decreta est. Quae verba no-
ta contra VINN. §. 3. b. t. cf. HVBER, prael. Inst. h.
t. n. II. c) pr. §. 1. I. b. t. l. 21. 27. C. b. t. Quae
turpes personae sint tradit THEOPHIL. parapbr. b. t.
§. XI. HARMENOPVL promtuar. iur. L. V. Tit. 6. §.
2. IAC. GODFR. ad l. i. C. Theod. b. t. d) Nov.

115.

115. c. 3. pr. et c. 4. pr. de TOVLLIEV collect. n. 9. e)
 l. 30. 32. C. b. 1. STRYCKII diff. de grauamine legitimae.
 Halae 1702. de SENKENBERG. diff. de grav. legit.
 Gott. 1738. f) §. 3. I. l. 30. 32. C. b. r. de CRAMER
Wezl. Nebenst. Theil 115. n. 12. Cet. cf. CLAVD. CHI-
 FLETIVS de port. legit. in OTTON. thes. T. V. WE-
 STENBERG. de legit. in Opp. T. I. PFERENDORF. obs.
 iur. univ. T. IV. obs. 76. ZEPERNICKII diff. *biflor.* de
 legit. parentum, Halae 1773.

§. 365.

Axioma secundum.

II. Querela inofficiosis datur propter iniustam EXHEREDA-
 TIONEM; quod tamen de exheredatione in specie
 dicta (§. 320) intellige; namque praeteritio testa-
 mentum reddit nullum, nisi sit loco exheredationis.
 Vnde competit haec querela:

A) LIBERIS I. a matre praeteritis, tam legiti-
 mis, quam *illegitimis* a), quia praeteritio matris est
 loco exheredationis patris, et illegitimi matri succe-
 dent. Nam quoad liberos a patre praeteritos distin-
 gue, an sint legitimi an illegitimi. Priores praeteriti,
 si sunt sui, testamentum reddunt nullum; sin emanci-
 pati, petunt bonorum contra tabulas possessionem b).
 Postiores testamentum patris impugnare plane non
 possunt c). II. Liberis a patre ex iusta quidem, sed
 vel testamento *non inserta*, vel *falsa* causa exhereda-
 tis. d) Nam si vel ex nulla plane vel ex iniusta a pa-
 tre exheredentur, testamentum est nullum. III.
 POSTVMIS exheredatis, qui nulla *alia vti* actione
 possunt e). IV. PLENE adoptatis contra patris ad-
 optiui testamentum, si *constante* adhuc adoptione ex-
 hereditati sint. V. MINVS plene adoptatis ratione
 testamenti patris *naturalis* f.) VI. ARROGATIS
 puberibus; *impuberis* enim per actionem *familiae* er-

P

ciscun-

tiscundae quartam, quam dicunt, Pianam petere debent. g)

B) PARENTIBVS in *genere*, si a liberis, de-
scendentibus orbatis, praeteriti vel exhereditati sint. h)
In *specie* vero: 1) MATRI competit querela quo-
que contra testamentum *illegitimorum* i.) 2) PA-
TRI ea datur α) contra testamentum filii in adoptio-
nem *minus plenam* dati, β) contra testamentum filii
plene adoptati et arrogati. k)

C) FRATRIBVS SORORIBVSque, deficien-
tibus defuncti liberis parentibusue, si persona *turpis* in-
stituta sit. l) In *genere* nota regulam: *Quoties per-
sona, quam testator NON habuit in POTESTATE,*
praeterita aut exheredata est, toties testamentum est
INOFFICIOSVM. m)

a) §. 7. I. de exher. lib. I. 29. §. 1. ff. l. 15. C. b. r. b)
pr. et §. 3. I. de exher. lib. c) l. 29. §. 1. ff. b. d)
An testamentum causa exheredandi non inserita nullum
aut inofficiosum sit, controvenerit. Ultimum tamen
statuendum videtur ex ipsis Nouellae 115. c. 3. verbis,
vbi non *omnia* testamenti capita, quod tamen sit in testa-
mento nullo, l. 17. ff. de iniusto testam. l. 29. C. de
fideic. sed sola heredis institutio corruere dicitur. En
ipsa verba: *sue igitur omnes ingratitudinis causas, sue*
cerras, sue unam parentes testamento INSERVERINT,
et scripti heredes certas vel unam veram esse monstrauerint,
testamentum suum babere firmatorem decernimus. Si au-
tem HAEC (i. e. si vel nulla caula inserta vel vera mon-
strata fuerit) obseruata NON fuerint, nullum exheredati-
onis liberis praeiudicium generari, sed quantum ad IN-
STITUTIONEM HEREDVM attinet, testamento euau-
cuato, ad parentum haereditates liberos tanquam ab inter-
stato peruenire. Si vero contigerit in tali testamento lega-
ta aut fidei commissa relinquiri vel quaelibet alia capitula
legibus concessa nominari, ea OMNIA iubemus ADIM-
PLERI. cf. VINNIUS ad pr. b. r, et in Sel. quae L. II.
c. 21.

c. 21. HVBER, ad tit. exher. lib, in f. van de POLL de exher. lib. c. 19. seqq. diffent. THOMAS, in nouo addit. ad HVBER tit. laud. §. 2. REINHARDT vermischt te Schriftt. 2. B. 2. Stück; n. 2. aliique quos laudavit HOEPFNER comm. ad Inst. §. 525. e) §. 2. inf. I. b. t. ibique VENN. f) §. 2. I. b. t. l. 10. pr. §. 1. 2. C. de adopt. g) I. §. ff. b. t. h) l. t. l. 14. ff. b. t. i) l. 29. §. 1. ff. b. t. k) l. 10. pr. §. 1. 2. C. de adopt. l) BOEHMERI diss. de quer. inoff. frar. in Elect. iur. civ. T. I. De controuersia, an et verenis et contra spurious haec querela detur, in Pandectis. m) PVFFENDORE. Obs. iur. T. IV. Obs. 76.

§. 366.

Axioma tertium.

III. Querela inofficioſi nititur FICTO FVRORE a). Quapropter pro odioſa habetur, eiusque uſus reſtrictus eſt. Vnde A) Ea eſt actio tantum SVB-SIDIARIA b). Hinc non datur: 1) liberis vel ſuis vel emancipatis vel poſtumis, qui agnacuntur, prateritis c). 2) arrogatis impuberibus d). Vnde B) Ea praescribitur QVINQVENNIO ab hereditatis aditione computando e). Excipiuntur tamen: 1) minores f) 2. et maiores, qui vel ex iuſto impedimento intra quinquennium querelam non mouerunt g) vel alia actione ordinaria prius viſi ſunt et ſuccubuerunt. h) C) Ea non tranſit ad HEREDES; niſi heres ſcriptis intra tempus legitimum non adierit. Tunc enim, si heres ſuis de inofficioſo quaeri poterat, interea vero deceſſerit, ad eius poſteritatem querela, li- cet non praeparata, tranſit; ſin extraneus, non niſi praeparata actio tranſmittitur. i)

a) pr. I. b. t. ALTESSERA de fict. iur. Traſt. I. c. 26. ex edit. EISENHARDT. Helmſt. 1769. 8. Alii tamen hunc furorem praesumptum dicunt; ſed, quo verbo vtris, parum interest cf. III. PVETTMANNI diff. ad L. 16. C. b. t. Lipſ. 1776. et in Eius aduers. iur. L. I. c. 6.

b) §. 2. I. b. r. c) l. 23. ff. pr. b. z. l. i. ff. de iniusto
testam. l. vlt. C. de praeteritis lib. obstatore videtur l. 8. §.
2. ff. b. r. sed cf. III. PVETTMANN. l. c. VOET. ad
Pand. b. r. n. 20. d) l. 8. §. 15. ff. b. r. e) l. 8.
§. 17 l. 9. ff. l. 34. in f. C. b. r. Quod quinquennium
ex edicto Neruae et Titi, quo de statu defunctorum
post quinquennium quaeri verabatur, et ex lustris Ro-
manorum deriuat ill. PVETTMANN. l. c. f) l. 2.
C. in quib. caus. rest. in int. g) l. 8. §. vlt. ff. b. r.
h) l. 16. C. b. r. ad quam itidem Vid. l. c. PVETTMAN-
NVS. i) l. 15. §. 1. ff. l. 5. l. 34. l. 36. §. 2. C. b. z.
HVBER ad l. b. r. §. 14. Quae vero sit praeparata actio
docet l. 7. ff. b. r. C. F. WALCHII. diss. de transitu
querel. inoff. ad bered. Ien. 1772.

§. 367.

Axioma quartum.

IV. Tendit ad RESCSSIONEM testamenti a)
Hinc heredis institutio semper corruit, sed quoad re-
liqua testamenti capita distingue: si liberi vel parentes
hac querela vli sunt, ea manent salua; 2) si vero
fratres, ea cum heredis institutione simul corrunt a).
Ceterum qui in hac querela suecubuit, amittit lega-
tum in illo testamento ipsi relictum b)-

a) Nov. 115. C. 3. §. vlt. et c. 4. vlt. De iure antiquo vid.
l. 8. §. pen. l. 28. in f. ff. b. r. b) l. 8. §. 14. b. l.
quod tamen iure nouo aliter esse statuit OTTO ad b.
z. §. 5. et Ill. KOCHIVS Spec. comp. Pand. Med. 5.

§. 368.

Differentiae querelae nullitatis et inofficii.

Ex his omnibus patet, querelam nullitatis a
querela inofficii potissimum differre ratione praec-
scriptionis, effectus et transmissionis ad heredes.

§. 369.

§. 369.

Quando cesset quer. inoff.

Ceterum cessat haec querela:

A) Respectu TESTATORIS: 1) si miles fuerit a). 2) si pater in substitutione pupillari matrem impuberis excluderit b).

B) Ratione EXHEREDATI: 1) si ei mortuo testatore et nomine proprio vel expresse vel tacite renunciauerit c). 2) si quinquennium labi passus sit d) 3) si mortuus sit intra quinquennium et ante prae- paratam actionem, nisi heres suus adsit e.)

C) Ratione qualitatis exheredationis, si bona men- te facta sit f).

a) l) §. 4. ff. l. 27. §. 2. ff. l. 9. l. 37. C. b. t. vid supra §. 307. b) vid supra §. 348. c) l. 8. §. 10. l. 10. §. 1. l. 12. pr. l. 17. pr. l. 2. §. 1. l. pen. §. 3. 4. l. 35. §. 2. C. b. t. d) §. 366. lit. B. e) §. 366. lit. C. f) l. 18. ff. de lib. et post. l. 12. §. 2. l. 47. pr. ff. de bon. libert. Cet. cf. de tota hac doctrina RETES de inoff. rest. in MEERM. thes. T. VI. SCHVLTING. diff. de testam. resciss. in Ei. diff. acad. Vol. I. SICCAMA de iudic. centuriv. edit. ZEPERNIKII. PETR. de TOVLLIEV collect. n. 5. Sunt tamen qui iure novo querelam inofficioi sublatram et nouum remedium introductum statuant, cf. CEL. WOLTAER. in Obs. Fas. II. Obs. 7. SCHNEIDT. diff. de quer. inoff. int. par et lib. exule Wirceb. 1778.

TITVLVS XIX.
DE
HEREDVM QVALITATE ET
DIFFERENTIA.

§. 370.

Contra tituli.

Trastantur duae hoc titulo quaestiones: I) De varia heredum qualitate II) de hereditatis adquisitione.

§. 371.

A) De heredum QVALITATE.

Heredes aut *necessarii* dicuntur, aut *sui et necessarii*, aut *extranei*.

I. NECESSARII heredes sunt omnes *serui*. Ideoque sic appellantur, quia sive velint, sive nolint, omnino post mortem testatoris heres sunt. Solebant enim, qui facultates suas suspectas habebant, *seruum* instituere, ut, si creditoribus satis non fieret, potius eius heredis bona quam ipsius testatoris a creditoribus possiderentur, vel distraherentur. §. 1.
I. h. t.

II. SVI ET NECESSARII heredes sunt, definiante Iustiniano, *liberi, qui in potestate morientis fuerunt*, sive sint naturales, sive adoptiui, sive legitimati. a) Sed obserua, heredes suos *in specie* dici:
I. Ra-

I. Ratione PATRIS: 1) liberos iam natos in potestate patris tempore eius mortis constitutos b)
2) postumos a patre non emancipatos c). 3) liberos perpetuo furiosos, licet sui iuris fuerint d).

II. Respectu AVI: 1) nepotes viuo auo et patre natos, si pater eos non antecedit i.e. si patervel emancipatus sit, vel alio modo desierit esse heres suus; 2) nepotes viuo auo sed mortuo patre natos; 3) nepotes viuo auo conceptos, sed praemortuo patre et posse a mortuo auo natos. Nam si praemortuo auo nati sint, non sunt sui heredes aui, quia pater eos antecedit, sicut, si et concepti et nati sint post aui mortem non sunt aui sui heredes; e) 4) nepotes, qui exhereditato et post auum mortuo patre, mox deficiente herede scripto, proximi agnati fiant aui tempore hereditatis deslitutae. f) v. g. Auus meus exheredauit filium suum, qui est pater meus, et instituit Caium, qui est extraneus. Auus decedit, postea pater meus exheredatus quoque decedit. Postea Caius destituit testamentum; nunc ego sio heres suus aui mei. Ex quibus intelligitur, non esse heredes suos: 1) omnes ascendentes et collaterales; 2) ratione patris, omnes liberos emancipatos, exceptis iis, qui per dignitatem e patria potestate exiere g); 3) ratione matris, omnes omnino liberos, quia mater non gaudet patria potestate; 4) ratione aui omnes nepotes, quos pater antecedit h).

a) §. 2. I. b. t. §. 2. I. de hered. quae ab int. b) §. 2.
I. b. t. c) §. 2. I. de hered. quae ab int. l. t. l. de
ventre in poss. mirr. d) §. 2. I. eod. l. vlt. §. 2. C. de
cur. fur. e) §. 2. I. b. z. §. 8. I. de her. quae ab int.
f) §. 4. et 7. I. eod. l. 7. ff. unde lib. CONTIVS de he-
red. ex bon. poss. in opp. p. 292. g) Nov. 81. c. 2. h)
§. 2. 3. I. b. t.

§. 372.

Cur liberi ita nominentur?

Hi liberi ideo heredes SVI appellantur, quia sunt heredes *domestici*, et viuo adhuc patre *domini bonorum* quodammodo existimantur a). NECES-SARII vero dicuntur, quia, siue velint siue nolint, heredes tam ab intestato, quam ex testamento fiunt. b)

a) §. 2. I. b. t. HOTTON. L. IX. Obs. 10. RAEVARD. varia n. 8. A COSTA ad pr. h. t. GALVAN. de usuf. c. VIII. §. 13. b) §. 2. I. b. t.

§. 373.

De iure sui

Propterea vero, quod liberi sui quasi *domini viuo* patre habeantur, gaudent quoque, quod hereditates attinet, iuribus nonnullis *praecipuis* praeceteris heredibus, quae *ius SVI* (seu, ut male dicunt, *ius suitatis*) dicuntur. a) Ad quod potissimum pertinet, quod sint *ipso iure* heredes, unde regula: *heredes SVI transmittunt hereditatem NON aditam*. b) Attamen hereditatis *possessionem* adquirere sibi debent. c)

a) l. I. §. pen. ff. de agnosc. lib. p) §. 3. I. de her. quae ab int. c) l. 23. pr. ff. de adg. poss. STRAVSII. diff. de herede *ipso iure* non possid. Vit.

§. 374.

De beneficio abstinendi.

Propterea porro, quod liberi sui simul sint heredes *necessarii*, ii non poterant repudiare paternam hereditatem; hinc et ad *omnia patris debita soluenda*, obligati erant, licet eius hereditas esset *insol-*

insoluendo. Quod tamen, cum idurum videretur Praetori, introductum est beneficium ABSTINENDI, vi cuius liberi sui hereditatem patris damnosam repudia-re possunt. De quo porro nota: 1) impuberibus liberis semper datur; at puberibus tunc demum, si nec se immiscuerint hereditati, nec ex ea aliquid amouerint a). 2) per hoc beneficium liberi sui non amplius sunt necessarii, sed fiunt voluntarii heredes; quamuis maneant heredes *sui*. b)

a) *I. ii. l. 7i. §. 3. sqq. ff. de adquir. hered.* b) *G. L.*
BOEHMERI diff. *de her. suo ab heredit.* abstinenter et
se immiscere in *Ei. elec. iur. civ. T. I.* De quaestione,
an liberi abstentionem probare debeant vid. IOS. AVE-
RAN. interpr. L. II. c. 9. et WAECHTLER in actis erud. an.
1716. p. 361. KOCHII diff. *de hered. suis tad probar.*
abstent. baud obligatis. HOEPFNER *Com. ad Inst. §.*
540.

Nota formulas loquendi: 1) *abstinere ab hereditate* dicuntur heredes SVI; sed *repudiare hereditatem, extranei* dicuntur. 2) *immiscere se hereditati, aequo de* heredibus SVIS usurpatur, cum extranei se *pro herede* gerere dicantur.

§. 375.

Extranei heredes quinam?

III. Extranei denique dicuntur heredes, qui nec DOMINICAE nec PATRIAE testatoris potestati subiecti sunt. Hi et VOLVNTARII dicuntur, quia a libera eorum pendet voluntate, vtrum adire an redire hereditatem velint.

B) *De hereditatis ADQVISITIONE et REPUDIATIONE.*

§. 376.

Hereditatis aditio quid?

Altera huius tituli parte agitur de aditione et repudiatione hereditatis. **ADITIO** est *actus legitimus, quo heres declarat, se hereditatem acceptare.* Quae, si verbis sit, *aditio in specie; sin factis, IMMIXTIO vel GESTIO PRO HEREDE* dicitur.

§. vlt. I. b. 1. *De antiqua cretione* cf. I. 17. C. *de iure delib.* HEIN. *synt. ant.* h. t. §. 14. seqq. KVSTER. *de cretione. BESECKE comment. de cretione, iure delib. et inuent.* Halae 1773.

§. 377.

Axiomata de aditione.

Iam nota, quae sequuntur, axiomata: I. *Aditio est declaratio mentis, et II. actus legitimus.* III. *Ea necessaria est heredibus extraneis.* IV. *Eius effetus est, ut non solum transferat dominium, (non vero possessionem) sed et V. Obliget heredem adeuntem quasi ex contractu.*

§. 378.

Axioma primum.

I. *Aditio hereditatis est DECLARATIO mentis.* Ergo: *qui non potest valide se DECLARARE, is nec ADIRE hereditatem potest.* Quapropter adire non possunt: 2) furiosi et mentecapti a); hinc quoque 3) aditio vi et metu facto nulla est. b)

a) l.

- a) *I. vlt. §. 8. 9. C. de fur. cur. BECKMANNI diff. de adquisit. hered. dementi delatae Gott. 1772.* b) MAR-KARTI interpr. L. II. c. 13.

§. 379.

Axioma secundum.

II. *Aditio est ACTVS LEGITIMVS. Hinc ea fieri non potest 1) in diem 2) sub conditione. a) 3) pro parte b) et 4) per procuratorem. c)*

- a) *I. 77. de R. I. l. 51. §. 2. ff. de adq. hered. Sunt tamen, qui putent, iure novo aditionem sub conditione fieri posse; cf. LEYSERI Medit. ad Pand. Spec 370. Med. vlt.* b) *I. l. 2. 55. ff. eod.* c) *I. 90. pr. ff. eod.* Attamen de hac re magna est controversia, cf. AVERAN. interpr. L. I. c. 12. CVIAC. obs. L. I. c. 34. FR. DVAREN. dispat. L. II. c. 27. et ad tit. ff. de adquir. her. FACHINAEI controv. iur. L. VI. c. 96. REINHARDI diff. de adit. hered. per procur. Halae 1720.

§. 380.

Axioma tertium.

III. *Aditio NECESSARIA est heredibus EXTRANEIS. Suos enim heredes ipso iure heredes esse §. 373. dictum. Hinc regula: Extraneus hereditatem NON aditam NON transmittit ad heredes. a) Excipe tamen 1) infantes, qui, licet sui juris sint, hereditatem non aditam ad patrem transmittunt b). 2) omnes descendentes, cuiuscunque sexus et gradus, ab ascendentibus institutos, qui iterum ad suos descendentes hereditatem non aditam transmittunt, quae transmissio Theodosiana dici solet e).*

- a) *I. vn. §. 5. C. de cad. toll.* b) *I. 18. C. de iure delibe.*
c) *I. vn. C. de his, qui ante apert. tab.*

§. 380.

§. 381.

Axioma quartum.

IV. *Additio transfert DOMINIVM, non vero possessionem.* Haec enim *speciali* adhuc factō adprehendenda est. l. 23. pr. ff. de adq. poss.

§. 382.

Axioma quintum.

V. *Additione heres QVASI ex contrac̄tu obligatur, et quidem fideicommissariis, legatariis et creditoribus hereditariis.* Vnde regula: *Qui non potest se OBLIGARE, is nec ADIRE potest.* Quapropter non possunt adire: 1) filiis familias, nisi consentiente patre, a) 2) minores, (nisi cum curatoris consensu), qui tamen contra aditionem in *integrum* possunt restitui b), 3) prodigi, nisi cum curatore c).

a) l. 8. pr. §. 1. 2. C. de bon. quae lib. b) l. 7. §. 9.
l. 11. §. 5. ff. de minor. l. 8. §. 6. C. de bon. quae lib.
VOET ad. Pand. Tit. de adq. bcr. §. 26. 27. c) REINOLDI varia.

§. 383.

De beneficiis heredum.

Cum igitur heres quoque obligetur ad debita defunctorum soluenda, consequens est, eum, si hereditas non sufficiat, ex propriis bonis soluere iure stricto debere. Verum ex aequitate duo heredi data sunt beneficia; alterum a Praetore, quod ius *deliberandi*; alterum a Iustiniano, quod beneficium *inuentarii* appellatur.

§. 384.

§. 384.

De beneficio deliberandi.

A) *Beneficium DELIBERANDI* est *ius heredis in vires hereditatis intra certum tempus inquirendi*. Observa iam, quae sequuntur:

I. FINIS huius beneficij est, ut heres intelligat, *lucrosa an damnoſa, adeunda an repudianda* sit hereditas.

II. TEMPORIS spatium est: 1) *triginta annorum*, si *nemo aditionem urget*, et *tertius aliquis possideat hereditatem*, quia *eo tempore hereditatis petitio praescribitur*; *sin enim ipse heres possideat, videtur potius hereditatis aditio res merae facultatis adeoque nulli tempori subiecta a)*. 2) *si quis autem urget aditionem, statim heres declarare se debet, utrum repudiare, adire, an deliberare velit b)*. Quod si vero *ultimo elegerit, intra annum absoluere deliberationem* debet; c) *quo lapsu, si se non declarauerit, hereditas ratione heredum ab intestato et substituti pro repudiata*; *sed respectu creditorum pro adita habetur d)*. Herede vero *deliberante intra hunc annum mortuo, tantum deliberandi temporis ad eius heredes transmittitur*; *quantum ipsi defuncto ex hoc anno superfuit, quod vocant transmissionem Iustinianeam e)*.

III. EFFECTVS eius est, ut heres *omnia debita soluere teneatur, licet inuentarium confecerit aut hereditas insolendo sit f)*.

a) l

- a) *I. §. C. de iure delib.* cf. *de TVOLLIEV* in collect p. 137.
 b) Alii putant, heredem se tunc *intra annum* posse declarare, an deliberare velit; Vid. HOEPFN com. ad I. §. 548. c) *Iure antiquo* specialiter vel *Practore* vel ab ipso *Imperatore* impetrari spatiū deliberandi debebat; sed iure *novo ipso iure* licet per annum deliberare I. 19. *C. de iure del.* Sunt quoque, qui duplex deliberandi tempus statuant, cf. HOEPFN. Comm. ad I. §. 548. d) *I. 69. ff. de adq. her. l. vlt. §. 14. C. de iure del.* e) *I. 19. C. eod.* f) *I. 21. §. 14. C. eod.* Cet. vid IO. BALTH. WERNHERI diss. *de usu benef. delib.* Vit. 1720.

§. 385.

De beneficio inuentarii.

B. Beneficium INVENTARII est *ius, quo heres, legitime factio inuentario, non obligatur, nisi quatenus hereditas sufficiat.* Inuentarium ipsum est *confигatio rerum auctoritate publica facta.* Iam nota:

I. Ut legitime fiat inuentarium requiritur: 1) ut inchoetur intra *triginta dies* post *operatas tabulas, vel postquam cognita fuerit heredi tabularum apertura, vel delatam* sibi hereditatem ab intestato cognouerit, numerandos; 2) ut consignentur *omnes res, quas defunctus mortis tempore habuit;* 3) *ut in contra alios sexaginta dies perficiatur;* nisi heredes a locis, in quibus res hereditariae vel maxima earum pars posita est, absint, quo casu *annus a morte testatoris ad consummationem inuentarii conceditur;* 4) *ut conscribatur praesentibus tabulariis, legatariis, substitutis et creditoribus defuncti;* 5) *ut subscribat heres, significans et quantitatem rerum, et quod nulla malignitate ab eo facta vel facienda res apud eum remaneant;* 6) *ut si heres literarum imperitus sit, specialis, qui pro eo subscribat, adhibeatnr tabula-*

rius,

rius, modo heres praesentibus, qui heredem cognoscunt, testibus tabularium subscribere iussit.

II. Dum conficitur, heres non potest conueniri.

III. *Confessi* inuentarii effectus est: 1) vt heres ultra vires hereditatis non teneatur; 2) vt heres possit creditor i vel legatario primum venienti, nulla habita prioritatis ratione, soluere; res hereditarias ad debita soluenda vendere; quod defunctus ipsi debuit, sibi soluere, habita tamen, respectu reliquorum creditorum, prioritatis ratione; Falcidiamque detrahere a).

IV. Cessat hoc beneficium 1) si heres iam vel simpliciter vel cum spatio deliberandi adierit 2) si se pro herede gesserit 3) si testator inuentarii confessio nem prohibuerit. b)


a) cf. omn. I. vlt. C. de iure del. b) LEYSER. Spec. 92. Med. 3. et spec. 464. Med. I. VOET. com. ad Pandtit. de iure del. §. 15. Cet. cf. FVCHSII tr. de inuentari. Kil. 1672: 4. ROESLINS Abhandl. v. Inuent. u. v. Erltheil. 2. Aufl. Mannh. 1780. 8. de AEMINGA diss. an heres deliber. benef. inuent. vti possit Gryphisw. 1773. ALTESERRAE recit. ad Tryphon T. II. n. I. 2. 3. HENR. HAHNII diss. de benef. inuent. Helmst. 1661. RVM-PFII diss. de iure del. et benef. inuent. et virtusque differ. Gott. 1777.

§. 386.

De repudiatione hereditatis.

Vidimus hereditatis adquisitionem; iam de eins omissione. REPUDIATIO hereditatis est declaratio heredis, se NON acceptare hereditatem. Ea quoque fit vel expresse vel tacite, veluti per praescriptionem aut

aut per *falsa*, quibus *alium* pro herede agnoscit. IO.
IO. HENR. BERGERI diss. de omis. hered. in diss.
Sel. p. 999.



TITVLVS XX.

DE

D E L E G A T I S.

§. 387.

C o n n e x i o .

In testamentis non solum hereditates, sed et *legata* et *fideicomissa* relinquuntur, ideo de iis hoc et seqq. titulis agitur, loco quidem non satis ideo.

§. 388.

Legatum quid?

LEGATVM a) est commodum aliquod speciale verbis *directis* ultima voluntate alicui relatum b). Ergo I. Legatum semper est commodum, unde nunquam *damnoſum* esse potest. c) II. Legatum est commodum *speciale*, quod in eo consistit, ut legatario aliquid vel detur, vel concedatur vel *praefetur*, unde vel *res* vel *ius* vel *factum* legari potest. Hinc legatarius est successor *singularis*, licet partem *absolute certam* hereditatis (partem, ut dicunt, *quotam*) acceperit. III. Legatum relinquitur verbis *directis*, quo ipso *fideicomisso* differt; IV) Legatum relinquitur *ultima* voluntate.

a) MYLII diss. *historia legar.* Lipſ. 1731. RETES com. de leg. et fideic. in MEERM. theſ. T. VI. RAMOS ad lib. T.

π. de leg. et fid. ibid. T. VII. b) Aliter VLPIAN. Fragm. Tit. XXIV. §. 1. Legatum est quod legis modo, (i.e. imperative), testamento relinquitur. Aliter FLORENTINVS in l. 116. pr. de leg. 1. Legatum est DELIBATIO hereditatis, qua testator ex eo, quod uniuersum heredis forer, alicui quid collatum velit. Aliter MODESTINVS in l. 36. de leg. 2. Legarum est DONATIO testamento relicta. Aliter denique IVSTINIANVS §. 1. I. b. 1. Legatum est donatio QVAEDAM a defuncto relicta, ab herede praeflanta. De quibus definitionibus cf. CIVIAC. parat. ad Dig. de leg. 1. A COSTA et MARCI-LIVS ad §. 1. l. h. t. c) l. 32. ff. Mand.

§. 389.

De modo legandi.

Cum igitur legata *ultima* relinquantur *voluntate*, haec vero vel testamento solenni, vel Codicillis, vel nudis verbis possit declarari, ideo et *triplici* modo legari potest: A) Solenni testamento B) Codicillis C) nudis verbis.

A) SOLENNITESTAMENTO. Hinc regula: qui non potest TESTAMENTVM CONDERE, is nec LEGATA relinquare potest a).

B) CODICILLIS coram quinque testibus factis, siue sint scripti siue nuncupatiui. Excipitur legatum ad *pias causas* relictum. b)

C) NUDIS VERBIS i.e. nuda defuncti declaratione, solo praesente herede, facta. De qua re nota: 1) is, qui legatum petit, prius iuramentum *calumniae* praestare debet; 2) heres deinde aut *solvere* legatum, aut *iurare* debet: se nihil audiuisse, defunctum legatum reliquisse. e)

Q

a).

- a) *I. 2. l. 114. pr. §. 1. de leg. 1.* Hinc repete, quae supra ad tir. qui test. fac. possi. dicta sunt. b) *I. H. BOEHMERI* diss. de priuil. legat. ad pias caus. in Ei. Exerc. ad Pand. T. V. c) *§. vlt. I. et l. vlt C. de fideic. HARBRECHTI* diss. de remedio leg. vlt. C. de fideic. in Ej. diss. Vol. II. *KAESTNERI* diss. de usu et aequit. vlt. C. de fideic. *LEYSER. Spec. 401. GMELIN* und *ELSAESSERS* gemeinnütz. iur. Beob. I. B. n. 19.

§. 390.

Quae loco titulo tractentur?

Iam videamus A) A quo legari possit B) Cui valide legata relinquantur C) Quid legari possit D) Quomodo relinquantur E) Effectus legatorum.

§. 391.

A quo legari possit?

A) *Legari potest ab omnibus, ad quos ALIQVID ex DEFVNCTI BONIS peruenit a).* Hinc recte legatur: 1) ab herede; b) 2) a coherede ad soluendum praetegatum; 3) ab ipso legatario, modo non plus oneretur, quam honoratus est; c) 4) a substituto; d) 5) a mortis causa donatario; e) 6) a debitore; f) 7) a creditore pignoratitio g).

- a) Ab aliquo legare est, *praestationem legati alicui iniungere.* b) Exceptio est in *l. 1. §. 9. l. 2. l. 6. §. 1. de leg. 3.* c) *pr. §. 1. I. de sing. reb. per fideic.* Olim quidem a legatario legari non poterat, bene vero *fideicommissorumque particularium discrimine, nihil, quo minus* hodie a legatario legari possit, impedit. d) *Exceptio est in l. 41. §. 3. ff. de testam. mil. l. 24. C. b. 1.* e) *l. 77. §. 1. de leg. II.* f) *l. 77. de leg. 1t.* g) *l. 108. §. 13. de leg. 1.*

§. 923.

§. 392.

Cui legari possit?

B) *Legari potest ei, qui HEREDITATIS CAPAX est, licet ipse testamentum facere non possit a).* Capax vero sit legatarius necesse est tempore 1) legati relietti, nam si postea demum capax factus sit non valet legatum propter regulam Catonianam; 2) tempore mortis defuncti; 3) tempore agnitionis legati, et 4) tempore existentis, si qua adiecta sit, conditionis b). Ergo incapaci non recte legatur; excipe tamen: 1) legatum alimentorum c); 2) Legatum incapaci ita relictum, ut id capaci restituat; d) 3) si conditio: si quando capax factus fuerit, adscripta sit e).

a) §. 24. I. b. r. Hinc repete, quae supra tit. de hered. inst. dicta sunt. b) arg. §. 4. I. de hered. qualitat. MAIANSII diff. de reg. Cat. in diff. T. II STRAVCHII diff. de reg. Cat. Lenae 1715. FR. BALDVINVS de reg. Cat. adi. diff. Strauch. ab HAMBERG. editae. PAVLI diff. de reg. Cat. Vit. 1769. c) l. II. 17. ff. de alim. leg. d) l. 40. de leg. I. l. 49. §. pen. de leg. 2. l. 71. de V. S. e) l. 51. pr. de leg. II.

§. 393.

Quaenam res legari possint?

C) *Legari possunt omnes res, quae UTILITATEM praestant, simulque existunt in COMMERCIO.* Hinc nota: 1) rei, commercio plane exemptae, legatum inutile est, et 2) rei, solius legatarii commercio exemptae, certe ad hoc utile esse videtur, ut aestimatio debeatur.

§. 4. I. b. r. l. 39. §. 7. l. 40. l. 114. §. 5. de leg. I. cf. omn. Ill. PVETTMANNVS Aduers. L. I. c. 3.

§. 394.

Varia legatorum genera.

Sed cum res, quae legantur, diuersae *qualitas* esse possint, hinc et varia dantur rerum legata, quorum nonnulla speciali aliquo gaudent *nomine*, reliqua vero eo deſtituuntur. Ad priora potissimum pertinet legatum 1) arbitrii 2) partitionis 3) distributionis 4) liberationis 5) debiti 6) nominis 7) generis 8) electionis seu optionis 9) speciei 10) praeflegatum 11) dotis 12) preelegatum dotis 13) legata pia. Quorum cum Iustinianus in hoc titulo fecerit mentionem, ideo de iis hoc loco pauca addamus.

Nota: Olim quatuor modis legabatur:

- I) Per VINDICATIONEM, i. e. quando testator *res proprias* legabat.
- II) Per DAMNATIONEM, quando testator heredem damnabat, ut rem, licet *alienam*, vel factum legatario *praefaret*.
- III) SINENDI modo, quando heres damnabatur *pati*, ut legatarium certam rem, sive testatoris sive heredis, sibi sumearet.
- IV) Per PRAECEPTIONEM, quando heredi *praeter portionem hereditariam* res *praecipua* relinquebatur. Ceterum haec legata *praeter solemnia verba* in multis aliis differebant, vid. CAII. Inst. L. II. Tit. 5. PAVL. rec. sent. L. III. Tit. VI. §. 7. 10. 11. VLPIAN. Fragm. Tit. XXIV. vbique SCHVLTING. Add. MERILL. Observ. L. VI. c. 32. qui sedecim differentias recenser; quas tamen Iustinianus, quatenus *inanibus subtilitatibus* nitebantur, sustulit l. 1. C. commun. de leg.

§. 395.

§. 395.

Legatum arbitrii quid?

I. Legatum ARBITRII est, cuius praefatio in heredis arbitrium non absolute, sed vel CONDITIONATE vel ALTERNATIVE vel tantum quoad TERMINVM SOLVUTIONIS collata est.

vid. l. 43. §. pen. de leg. I. l. 16. de leg. II. l. II. §. 7. de leg. III. l. 3. §. 2. ff. de ann. leg. WALCHII diss. de legato in heredis arbitrio collato. Lenae 1761.

§. 396.

Legatum partitionis quid?

II. Legatum PARTITIONIS est, quo legatarius PARTEM hereditatis vel bonorum accipit, unde legatarius partiarius dicitur.

vid. §. 5. I. de fideic. hered. l. §. §. vlt. l. 9. ff. de leg. II. l. 164 de V. S. VLP. frgmr. tit. XXIV. §. 25. VOOR-DAE diss. de leg. parit. adiect. eius coment. ad L. Falc. CHIFLETIVS de fideic. L. II. c. 4. in OTTON. thef. T. IV. ALEX. TVRAMINVS de exaequaet. legat. Cap. II. n. 4. sqq. STRYCKII Vs. Mod. Pand. h. t. §. 4. 10. LVD. CONRADII diss. de leg. part. Lips. 1756.

§. 397.

Legatum distributionis quid?

III. Legatum DISTRIBUTIONIS appellamus, quo heredi certa quantitas inter certas personas distri-buenda iniungitur. de PVFFEND. Obs. iur. un. Vol. IV. obf. 41. 42.

§. 398.

De legato liberationis.

IV. LIBERATIONIS legatum est, quo debitori, quod debet, legatur. Id quod duplex est 1) cum testa-

Q 3

tor

tor vel suo vel heredis sui debitori, quod debet, legavit a). 2) cum debitori alieno debiti liberacionem relinquit b).

VTRVMQVE relinquitur vel expresse vel tacite, c) vel quoad totum debitum vel eius partem d).

De PRIORI vero in specie nota: 1) relinquitur aut ad tempus et quoad solam debitoris personam; aut in perpetuum et simul quoad debitoris heredes e). Si prius, liberatur debitor opposita doli exceptione; si posteriorius, aequa exceptio doli competit, sed potest quoque pignora et chirographum repetere f); 2) evanescit, debito ab ipso defuncto fine necessitate exacto g).

De POSTERIORI in specie obserua: quod heres aut ipse, quod legatarius debet, soluere eius creditori, aut legatario, quod is soluit, restituere debeat.

- a) §. 13. I. b. r. b) l. 8. pr. ff. de lib. leg. c) v. g.
legato chirograpbo, non vero legato pignore l. I. §. 1.
l. 3. §. 1. ff. eod. d) l. 7. pr. ff. de lib. leg. e)
l. 8. §. 1. 3. ff. eod. f) §. 13. I. b. r. 1. 3. §. 3. l. 22. ff.
de lib. leg. g) l. 21. ff. eod. l. ii. §. 12. 13. de leg. III.
CRELLII diff. legatum liber. spont. solut. non extingui ad l.
ii. §. 3. de leg. III. in Ej. diff. Fas. VII.

§. 399.

Debiti legatum quid?

V. Debiti legatum est in genere, quo creditori, quod petere potest, legatur. Id quoque est duplex, vel PROPRII vel ALIENI debiti. Prius adest, cum testator, quod debet creditori SVO, relinquit. Eius utilitas varia est: v. g. quoad probationem vel conditionem

ditionem diemue debito adiectum, (quod representationis commodum dicitur) vel quoad exceptiones, vel quoad actiones creditor i nunc competentes a). Imo valet, 1) licet testator legatario nihil debuerit, modo certam quantitatem expresserit b), 2) licet viuo adhuc testatore dies legati venerit, vel conditio extiterit c). Posterior vero est, cum alicui legatur, quod testator non ipse, sed TERTIVS debet d).

a) §. 14. I. b. r. l. 28. 29. de leg. I. b) l. 75 §. 1. de leg. I. l. 25. ff. de liber. leg. c) §. 14. I. b. r. IAC. GODO. FREDI com. ad l. 85. §. 1. de R. I. VENN. et HEIN. ad §. laud. d) vid. BERG. Oecon. iur. p. 291. ed. nov.

§. 400.

Nominis legatum quid?

VI. NOMEN legatur, quando defunctus, quod sibi debetur, alicui legat. Cuius effectus est, ut heres omnes defuncto aduersus debitorem competentes actiones legatario cedere debeant a). Potest tamen legatarius immediate actionem utilem aduersus debitorem instituere b), a quo tamen si nihil acceperit, heres ad euictionem non tenetur, nisi debitor tantum demonstrationis causa adiectus fuerit c). Extinguitur vero hoc legatum, debito a testatore sine necessitate exacto; nisi: 1) in fauorem ipsius legatarii exegredit, 2) testator pecuniam exactam vel iterum collocauerit, vel ad collocandum destinaverit, 3) legatarius probet, testatori non fuisse admendi animum d). Ceterum ab hoc legato differt legatum chirographi.

a) §. 21. I. b. r. l. 44. §. 6. l. 75. §. 2. l. 105. de leg. I. b) l. 18. C. b. r. c) l. 27. §. 2. de leg. 3. d) l. 11. §. 13. et l. 64. de leg. 3.

Q 4

§. 401.

§. 401.

Legatum generis quid?

VII. Legatum GENERIS est, quo alicui res ex genere aliquo rerum infinito legatur. Hinc obserua: 1) legatum ex genere summo vel medio inutile est; at 2) quoad legatum generis infiniti, distingue: aut continet hoc genus res, quae certos ab ipsa natura determinatos fines habent, v. g. agri, equi, boues; aut tales, quae factio hominum constituuntur, vt domus, libri. Priori casu valet legatum, licet testator tales res ipse in bonis non hubuerit; at posteriori casu, si testator eiusmodi res non reliquerit, inutile est. Quod vero electionem attinet, nota: 1) si testator nihil dixerit, electio est legatarii, 2) si testator tales res non reliquerit, electio est penes heredem 3) si testator electionem in tertium contulerit, isque non elegerit, iterum legatarius eligit, 4) si testator de recta senserit, eam tamen clare non expresserit, eligit heres, 5) si testator electionem legatario diserte dedit, est legatum optionis.

§. 22. I. b. i. l. 20. l. 37. §. 1. l. 108. §. 2. de leg. I. l. 12.
§. 1. de opt. leg. l. vlt. §. 1. C. com. de leg. GMELIN
und ELSAESSERS gemeinnütz. iur. Beob. I. B. n. 21.

§. 402.

Legatum optionis quid?

VIII. Legatum OPTIONIS igitur appellatur, quo defunctus, genere legato, ipsi legatario diserte ius eligendi dedit. Iam notandum est: 1) hoc legatum olim in se habebat conditionem: si legatarius IPSE optassem, ideoque ad heredem eius, non dum facta electione, legatum non trans ibat, quod tamen mutavit Justinianus. a) 2) Optio adita demum hereditate fieri

fieri poterat b) 3) Ea erat *aetus legitimus* c) 4) Electa
semel re legatarius non potest variare, nisi ex iusta
causa d) 5) Legatarius *optimum* sibi potest eligere e) 6)
Differt hoc legatum a legato *generis* f).

a) §. 23. I. b. t. ibique VINN. et HEIN. b) I. 16.
ff. de opt. c) I. 77. de R. I. d) I. 4. 5. ff. de opt.
leg. e) I. 2. pr. eod. f) cf. VINN. ad h. t. §. 23.
GEBÄVERI tit. ff. de opt. leg. illustratus in Ei. Ex. acad.
Vol. I.

§. 403.

Legarum speciei quid?

IX. SPECIES legata dicitur, quando res legata
in INDIVIDVO (i. e. in specie) a defuncto determi-
nata est. Eius effectus est, ut dominium rei legatae
flatim a morte testatoris transeat ad legatarium. Hinc
si ea perierit CASV, nihil potest legatarius petere; si
facto *ipsius HEREDIS*, *aestimatio* legatario debetur;
a) sin denique *facto TERTII*, distingue: vtrum ante
hereditatis additionem legatique agnitionem, an post eam
perierit. PRIORI casu, si tota peremta est, datur
legatario *aetio doli aduersus laedentem*; sin vero tan-
tum deteriorata est, heres actionem Legis Aquiliae
legatario *cedere* debet. POSTERIORI vero casu, le-
gatarius immediate ex Lege Aquilia aduersus laeden-
tem agit b)

Quodsi plures res legatae sint, et una perierit,
haec nota: 1) si omnes sunt res *principales*, ea quae
superest, legatario cedit 2); sin altera est *principalis*,
altera eius *accessoria* tunc peremta *principalis*, nonde-
betur *accessoria*; At peremta *accessoria*, debetur ad-
huc, quae *superest*, *principalis*. e) Caeterum haec
intellige de re legata *viuo* adhuc testatore peremta;

Q 5

per-

namque si post eius mortem interierit, semper, quod superest, peti posse videtur d).

- a) l. 36. §. vlt. de leg. I. §. 16. I. b. r. b) PAVLI rec.
sent. L. III. T. 6. § 9. l. 18. §. vlt. ff. de dolo malo l.
13. §. vlt. l. 15. pr. ff. ad L. Aquil. c) §. 17. I. b.
r. d) arg. l. 12. ff. de pecul. leg.

§. 404.

Praelegatum quid?

X. PRAELEGATVM est, quod uni COHERE-DVM relinquitur.

NIETO de prael. in MEERM. thef. T. VII. HERTII diff.
de prael. in Opusc. Vol. III.

§. 405.

Legatum dotis quid?

XI. DOTIS legatum est, quod feminae INNV-
PTAE in casu subsecuti matrimonii, tanquam dos, legatur a). Ab eo igitur differt legatum, quo nuptiae tantum tanquam terminus solutionis adiectae sunt, vel quod masculus accipere debet, si certam feminam duxerit.

- a) l. 31. 71. §. 3. ff. de C. et D. l. 21. et 41. §. 1. de iur.
dot. cf. VOET. ad tit. ff. de dot. prael. §. 5. STRY-
CKII caut. testim. c. 20. §. 35. NETTELBLADT. diff.
de leg. dotis constituta, rec. Halae 1769.

§. 406.

Praelegatum doris quid?

XII. PRAELEGATVM dotis dicimus, quo ma-
ritus VXORI dotem illatam relinquit. Quod fit vel
expressè vel tacite; vel dum res ipsa dotalis vel pe-
cunia loco eius legatur a). Utilitas huius legati
fe

se exserit ratione *probationis*, tempore *restitutionis* dotis, *impensarum* in dotem factarum et pa*citorum* do*talium b).* Ceterum aliud plane est legatum *simpli-*
citer vxori reli&ctum c).

a) l. i. §. 5. 6. l. 3. l. 8. ff. de dot. prael. b) l. i. §. 4. 2. l.
5. ff. eod. c) vn. §. 3. C. de rei uxor. act.

§. 407.

De legato pio.

XIII. Legatum PIVM est quod PIAE CAVSAE relinquitur. Id tam iure ciuili quam potissimum ca*n*onico nonnullis gaudet priuilegiis.

cf. I. H. BOEHMER. diff. de priuil. legator. pior. spuriis et genuin. in Ex ad P. T. V. AB AEMINGA diff. de co*quod iust.* est circa leg. pia Gryph. 1767.

§. 408.

Regulae de reliquis legatis.

Quae hoc usque vidimus legata, speciali nomine gaudent. Iam de reliquis in vniuersum nota: *Res legata aut iam EXISTIT aut FVTURA est, aut est TESTATORIS vel HEREDIS propria, aut ALIENA, aut COMMVNIS, aut LEGATARIO propria, aut OPPIGNORATA, aut ALIENATA.* De quibus speciebus in legibus haec sancta sunt:

I. *Rei PROPRIAЕ vel HEREDIS legatum valet, siue sciuerit defunctus siue ignorauerit, rem vel suam vel heredis esse a)*

II. Quod legatum rei ALIENAE attinet, distingue: A) si defunctus sciebat, rem esse alienam, valet legatum, eo quidem effectu, ut si quid iuris fuerit testatori

statori in hanc rem (v. g. seruitus), hoc *ius*, non ipsa res, legatum censeatur; sin vero nihil iuris habuerit, ipsa res legata videtur, quam heres aut redimere a domino, et praefare legatario, aut, si non possit redimere, forte quia dominus eam vel plane non vel immodico pretio vendit), aestimationem eius dare tenetur. B) sin vero defunctus ignorabat, rem esse alienam, corruit legatum. Forlitan enim si scisset alienam, non legasset; a) nisi vel α) uxori aut proximae personae rem alienam legauerit c) β) vel heredi fiduciario praegatum rei alienae reliquerit d) γ) vel pater diuisionem bonorum inter liberos fecerit, vniue rem alienam inscius adsignauerit e) δ) vel res aliena piae causae relicta sit f) Ceterum legatarius probare debet, defunctum non ignorasse rem esse alienam g)

Praeterea sciendum: 1) si legatarius rei alienae dominus eius viuo adhuc testatore, sed post testamentum conditum, factus sit; si quidem ex causa emtionis, petere potest ab herede pretium, quod pro re legata soluit. Sin vero ex causa lucrativa, nihil consequitur, quia duae causae lucrativae in eundem hominem eandemque rem concurrere non possunt 2). Si eadem res diuersis testamentis a diuersis testatoribus eidem legata sit, interest, vtrum rem ipsam an eius aestimationem ex alterutro testamento iam acceperit. Si prius, nihil ex altero testamento petere potest; sin posterius, rem ipsam quoque ex altero testamento petere non prohibetur; licet eius aestimationem iam acceperit. Seclus si res eadem saepius eodem testamento eidem relicta fit h).

III) Re COMMVNI legata videndum, vtrum defunctus eam eomunem habuerit cum tertio aliquo, an cum ipso legatario.

Si

Si PRIVS, ad verba testatoris respicie ndum. Namque 1) si defunctus simpliciter dixerit: *lego Caio domum, quam cum Mevio communem habeo: heres portionem socii simul aut redimere, aut eius aestimationem praestare debet.* 2) si vero dixerit: *lego domum QVATENVS mea est, aut: lego domum MEAM, non tota domus, sed pars tantum defuncti legata censetur.*

Sin POSTERIVS, distingue: 1) si defunctus et legatarius eam rem ex causa *lucrativa* posse derint, legatario portionis *suae* aestimatio non praestatur, ne duae cause *lucrativae* concurrant. 2) si ex *emtione* posse derint, iterum distingue, vtrum tempore legati reliqui emtio iam *perfetta* resque tradita fuerit, aut non. Priori casu legatum tantum valet quoad portionem *testatoris*, nisi is simul ius aliquod in portionem *legatarii* habuerit. Posteriori casu, iterum *verba* attendenda sunt: 1) si simpliciter dixerit: *lego Caio rem communem,* heres quoque pretium portionis *legatarii* praestare debet 2), si dixerit: *lego, QVATENVS mea est, vel: QVATENVS emi,* legatum valet tantum quoad *defuncti* portionem. i).

IV. *Legatum, quo legatario res SVA relinquuntur,* INVIE est, nisi 1) vel defunctus vel tertius ius aliquod in eam habuerit 2), res sub conditione: si quando legatarii esse desierit, reliqua sit. Qua conditione non adiecta legatum propter regulam CATONIANAM inutile manet, licet legatarius rem alienauerit; 3) res reuocabiliter tantum legatarii sit 4).

V. De legato rei OPPIGNORATAE sic habe: 1) si defunctus ignorabat, rem esse oppignoratam, a legatario luenda est, nisi a) vel hanc vel aliam rem testa-

testator relicturus fuisset, si sciuisse obligatam, vel
 2) potest aliquid esse superfluum aere exsoluto. 3)
 Si sciebat oppignorationem heres luere pignus debet,
 nisi α) defunctus dixerit verbis onus luendi legatario
 imposuerit, aut β) uniuersitas legata sit. 3) Si de-
 functus post testamentum rem legatam pignori de-
 dit, manet legatum, et heres iterum luere pignus de-
 bet. 4) Si res obligata a creditore dixerit sit, pre-
 tium heres exsoluere cogitur, nisi contraria defun-
 ctu voluntas ab herede probetur. 1)

VI. Si rem suam legauerit testator, posteaque
 eam alienauerit, non corruit legatum, nisi cum ani-
 mo adimendi facta sit alienatio. Hinc nota: 1) Si te-
 stator rem alicui donauerit, semper euanescit legatum
 2) si eam sine necessitate urgente vendiderit, aequo
 infirmatur legatum, nisi legatarius probet, testatori
 non fuisse adimendi animum, 3) si necessitate urgente
 alienauerit, manet legatum, et habetur pro legato
 rei alienae, nisi heres probet, testatorem simul adi-
 mere voluisse legatum. m)

VII. Res FVTVRÆ quoque recte legantur, si
 ve nondum in rerum natura existant, sed tamen ex-
 stere possunt, (v. g. fructus futuri;) siue existant qui-
 dem, sed futurae sunt testatoris. (v. g. hereditas fu-
 tura, vel res, quam sibi testator adquisitus vel em-
 turus est).

Iam nota: A) quoad FRVCTVS futuros legatos
 1) Vtrum simpliciter relicti sint (i. e. non adiecto
 fundo, ex quo praestari debeant) tunc indistincte de-
 bentur, 2) an fundus, ex quo praestari debeant, ad-
 iectus sit. Tunc enim obserua vtrum demonstratiue
 an taxatiue (seu restriictiue) fundus expressus sit. Prius
 fit

fit, cum fructus et fundus diuersis propositionibus continentur v. g. *Caio decem amphoras vini lego, quas ex vinea Tusculana sumet.* Posteriori vero fit, cum fructus et fundus una coniunguntur propositione. v. g. *Caio decem amphoras vini ex vinea Tusculana lego.* PRIORI casu quantitas fructuum legatorum definita nihilominus debetur, licet in eo fundo vel *parum* vel *nihil* nascatur; fecus in casu POSTERIORI n).

B) Quoad HEREDITATEM futuram: Si decesserit ante eum, cuius hereditatem legauerat, nullum fit legatum; sed manet si post eum decesserit et hereditatem adierit.

C) Quoad REM ADQVIRENDAM: si testator eam non adquisuerit, corruit legatum, quasi deficiente conditione. Condicio enim ostendit futurum quid o).

- a) §. 4. II. I. b. t. l. 67. §. 8. de leg. II. l. 25. C. de fideic.
b) §. 4. I. b. t. l. 71. §. 6. de leg. I. c) l.
10. C. b. t. d) l. 72. ff. ad Sct. Treb. e) l. 77.
§. 8. de leg. 2. f) arg. l. 39. ff. de fideic libert. BERGER. Oecon. p. 292. nota b. g) §. 4. I. b. t. h)
l. 66. §. 5. de leg. 2. §. 6. I. b. t. COCCEII diff. de legato rei propri. et al. in diff. Vol. II. CVIAC. Obs. L. XIV.
c. 19. MAIANSII diff. de leg. rei al. et EIVSD. diff. de probib. concursu duar. caus. lucrat. in diff. T. I. HOHEISEL. diff. de concursu duar. caus. lucrat in eand pers.
Halae 1725. i) l. 5. §. vlt. de leg. I. HVBER. prael.
ad Pand. h. t. n. 8. sqq. VINNIUS ad §. 4. I. h. t. n.
3. k) §. 10. I. b. t. l. 41. §. 2. l. 71. §. 5. de leg. I.
VINNIUS, A COSTA et OTTO ad §. 10. I. h. t.
MASCOV. de sectis Sab. et Proc. l) §. 5. I. b. t. l.
15. ff. de dote prael. l. 3. C. b. t. l. 6. C. de fideic. l. 57.
§. 1. de teg. I. ad quam vid. VINN. et HEIN. ad §. 5.
I. b. t. VOORDAE interpr. L. III. c. IV. Cet. cf. MAIANSII diff. de leg. rei oblig. in diff. T. I. m) §.
12. I. b. t. l. II. §. 12. de leg. 3. l. 18. ff. de adim leg.
n)

n) l. 12. ff. eod. l. 5. 13. ff. de trit. leg. l. 8. §. 2. de leg.
2. l. 27. §. 2. de leg. 3. o) l. 34. §. 1. ff. de C.
et D.

§. 409.

De legato rei incorporalis.

Haec de legatis rerum corporalium. Sed pos-
funt quoque *incorporales* relinquī, quo pertinent
iura v. g. seruitutes a) et facta b).

a) l. 41. pr. de leg. 1 tit. ff. de seruit leg.
4. de leg. I. LICHTWER diatr. de factis legatis Vitr.
1748. b) l. 39. §.

§. 410.

Legata prohibita.

Vidimus, quarum rerum legata licita sint. Sed
dantur quoque legata *prohibita*, quo pertinent: I.
legata CAPTATORIA, de quibus eadem, quae su-
pra de captatoriis heredum institutionibus diximus, re-
petenda sunt. II. Legata POENAE NOMINE re-
licta; de quibus tamen variae sunt opiniones. a) Iu-
stinianus ipse ea ita definiuit, quod sint, quae here-
dis coercendi causa relinquuntur, quo magis aliquid fa-
ciat, aut non faciat. Veluti: heres meus si filiam suam
Titio collocauerit, vel NON collocauerit, dato decem
aureos Seio. Ceterum iure antiquo plane odiosa, et
inualida erant. Iustinianus tamen ea admittit, mo-
do nihil impossibilis, legibus interdicti aut alias probro-
si heredi iniungatur. b) III. Legata rerum litigiosaf-
rum c) et 4) rerum aedibus iunctarum. d)

a) BYNKERSH. de leg. nom. poen. rel. in Ej. opuse. Ha-
lae et Lipf. 1729. 4. MAIANSII diff. de his, quae poen.
nom. relinqu. in Ej. diff. T. II. AYRERI diff. de definit.
leg. poem. nom. rel. ad §. 36. I. de leg. Gott. 1742. IVL.
BERNH.

BERNH. BECMANNI diss. de leg. poen. nom. rel. Gott.
1748. IO. GOTTFR. SAMMET de leg. poen. nom. Lips.
1748. et in Ej. opuse. GVNDLING. in diss. de principe
herede instiz. a) VI. b) §. vlt. I. h) t. c) Nov.
112. c. I. d) l. 41. §. I. de leg. I.

§. 411.

DE MODO LEGANDI.

Quibus modis legari possit?

Legata relinquuntur: I. Pure. II. Sub condicione III. In diem IV. Ex die V. Sub demonstratione VI. Sub causa. VII. Sub modo. Iam vero nota:

I. Legati PVRE relicti, quod simul ad *heredes* legatarii transmittitur, dies CREDIT *statim a morte testatoris*; Sed VENIT *adita* demum *hereditate a*). Hinc *mortuo ante aditionem* legatario eius *heredes* legatum *post aditionem omnino exigere possunt*. At si legatum ad *heredes non transmittitur*, (v. g. *vsus fructus, vsus, habitationis*) eius dies nec cedit nec venit, nisi *adita* demum *hereditate b*).

II. De legato CONDITIONATO in genere eadem, quae supra de *hereditate conditionata* attulimus, obseruanda sunt. Quibus tamen adhuc adde, quae sequuntur: 1) quod *pure* legatum est, si *sub condicione admatur*, quasi *sub condicione legatum habetur* 2) si *extrinsecus*, non *ex testamento*, suspendatur legatum, non est conditionatum, hinc, licet ante decedat legatarius, tamen ad *heredes* transmittit legatum c), 3) dies legati vere conditionati cedit et *venit* EXISTENTE demum *condicione*, nisi α) condicione vel *impossibilis* sit, vel *probrosa*, vel *inepta*; tunc enim legatum pro *puro* habetur; β) tertius impediuerit *conditionis existentiam*, modo *ipse* legatus

R

rius

rius implere paratus fuerit; γ) legatarius sub eadem, sub qua ipse heres, institutus sit conditione; hoc casu enim pro puro iterum legatum habetur d.)

III. Legatum IN DIEM relictum est, quod legatarius non perpetuo, sed tantum ad TEMPUS ALIQVOD habere debet. Hoc tempus vel certe definitum est, vel non. Hinc dies vel CERTVS vel INCERTVS dicitur. Iam nota: A) Si legatum in diem CERTVM relictum est, et quidem pure (v. g. Titio fundum Tusculanum ad decem annos do, lego.) dies cedit et venit, ut in legato puro sine die relicto; Sin vero conditionatim (v. c. Titio fundum Tusculanum ad decem annos do lego, SI Meuiam duxerit,) dies cedit et venit exscente conditione. B) Quodsi in diem INCERTVM relictum sit (v. g. Titio alimenta lego, donec munus publicum cum salario acceperit, legatum pro conditionato censetur.

IV. EX DIE legatur, quando tempus additur POST cuius lapsum legatarius accipere debet. Is dies iterum vel certus est, vel incertus. Si igitur ex tempore CERTO legatum est (v. g. post DECEM annos habeto); dies cedit statim, sed non venit nisi lapsu tempore. Sin ex tempore INCERTO, distingue: 1) si certum est, tempus viuo, vel certe moriente legatario exstitutum esse, dies cedit statim, sed venit exscente tempore (v. g. Meuius, die, quo IPSE morietur, centum lego) 2) si incertum sit, an vel unquam vel certe viuo legatario exstitutum sit tempus, legatum est conditionatum e) (v. g. Meuius lego centum die, quo Caius morietur.)

V. DEMONSTRATIO hoc loco est descriptio. Hinc legatum SVB DEMONSTRATIONE relictum est,

est, cum vel RES legata vel PERSONA legatarii describitur. Inter conditionem vero et demonstrationem hoc interest, quod illa ostendit futurum, haec vero praesens quid. En regulam: Error in demonstratione commissus NON infirmat legatum, modo ALIVNDE, quid testator voluerit, constet; nisi probetur, testatorem non legaturum fuisse, si errorem sciuiisset. Ad eoque: 1) si testator in ipsa legatarii persona errauerit, corruuit legatum, nisi constet, eum huius personae nominatae aeque legaturum fuisse; 2) si in nomine tantum errauerit, manet legatum, si de ipsa legatarii persona aliunde constat. 3) Si error concernit rem ipsam, infirmatur legatum, modo non probetur, defunctum hanc rem aeque relictum fuisse; 4) si in nomine rei vel eius loco, ubi reperiri possit, erratum sit, aeque non corruuit, quod relictum est, legatum, modo aliunde, de qua re testator cogitauerit, constet; 5) Si demonstrata sit res in rerum natura non existens, nihil peti potest. f).

VI. Sub CAVSA legatur, quoties testator rationem, quae eum ad legatum commouerit, adiicit, veluti: *Titio, QVIA me absente negotia mea curauit, Stichum seruum do, lego. Quae causa, si falsa sit, non perimit legatum, nisi 1) conditionaliter addita sit (v. g. Titio, si negotia mea curauerit, stichum seruum do, lego). 2) heres probare possit, testatorem non legaturum fuisse, si causam falsam sciuiisset g).*

VII. Sub MODO legatur, quando testator certum legati FINEM et VSVM legatario praescribit. De qua re nota: si vel testatoris vel heredis vel tertii alicuius iure perfetto intersit, modum adimpleri, dies non cedit, nisi aut modo impleto, aut praefixa prius cautione, de restituendo legato, modo non impleto,

R 2

nisi

nisi per legatarium non steterit, quo minus modum impleret; 2) si neminis aut solius legatarii intersit, modus impleri non debet, hinc et non opus est cau-
tione; 3) si testator diserte dixerit, ut, modo non im-
pleto, legatum restituatur, indiscretè cautio illa debet
praestari; 4) Modus impossibilis et turpis pro non
adiectione habetur h).

- a) Dies CEDENS in genere est tempus, a quo nancisorius exigendi aliquid in futurum; sed dies veniens est tempus, a quo exactio IPSA mibi competit. Igitur dies legati cedens est tempus, a quo ius legatarii incipit, legatum aliquando petendi. Dies legati veniens est tempus, a quo legatarius ipsam legati PRAESTATIONEM petere paret. l. 213. ff. de V. S. b) l. 2. 3. §. 1. l. 8. 9. ff. quando dies leg. ced. l. vn. §. 2. ff. quando dies leg. ususfr. cod. BOEHMERI diff. de diff. legat puror. et non puror. praecipue iniuria Falcidiae, in Ex. ad P. T. V. Ceterum nota: 1) iure antiquo dies legati pure vel in diem cerium reliqui cederet statim a morte testatoris, si legatum transiret ad heredes 2) Augustus in L. Iulia et Papia Poppea sanxit in fauorem fisci, ut legatorum dies cederet demum a tabulis apertis. 3) Iustinianus in l. vn. §. 1. C. de cod. toll. reuocauit in fauorem heredium legatarii ius pristinum. HEINECC. ad L. Pap. Popp. L. III. c. II. §. 3. c) l. 6. pr. §. 1. ff. quando dies leg. d) l. 5. §. 2. 3. 4. 5. l. 21. §. 1. ff. eod l. 21. de C. et D. l. vn. §. 7. C. de cod. toll. GOTTF. LVD. MENKEN. pr. de leg. condit. Vit. 1729. e) l. 75. ff. de C. et D. l. 4. l. 5. §. 1. ff. quando dies leg. f) §. 20. l. b. r. l. 17. pr. l. 34. pr. §. 1. l. 40. §. 4. ff. de C. et D. l. 108. §. 10. de leg. t. VLPIAN. fragm. T. XXIX. §. 19. GVNDLINGIANA pat. 33. n. 1. §. 27. Sqq. VINNIVS Sel. quæst. L. II. c. 27. AVERAN. interpr. L. II. c. 16. et L. V. c. 16. FR. CAR. CONRADII diff. de volunt. testat. dubia oberror. in nom. vel demonstrat. heridis vel legatar. commissi. Helmst. 1736. CVIAC. ad L. 4. de leg. I. De nomin. Rom. cf. CAR. SIGON. in Opp. g) §. 31. l. b. r. l. 17. §. 2. 3. l. 72. §. 6. ff. de C. et D. Tit. C. de falsa causa leg. adiecta. h) l. 17. §. vlt. l. 40. §. vlt. l. 80. ff. eod. l. vlt. §. 2. ff. de auro leg.

leg. I. i. C. de bis, quae sub modo. MAIANSII diff. de bis, quae sub modo relinquuntur in Ej. diff. Vol. II. LVDOV. MENKENII diff. de modo legatis adscripto. Vit. 1729. Ceterum adde: Conditio exprimitur per: si; cum; Causa per; quia, quoniam; Modus per: ut.

§. 412.

DE EFFECTIBVS LEGATORVM.

Effectus legatorum *generales* sunt, *vt legatarius:*
 1) *die venientia* legatum *petere* possit; 2) *vt dominium rei* legatae *nanciscatur vel ipso iure, vel facta demum ab eo, a quo relatum est, traditione.* Hinc regulae:

I. Dominium rei in *specie* legatae, et *vel testatoris* vel *heredis propriae, ipso iure a morte testatoris* transit ad legatarium. Quod tamén hoc modo intellige: 1) *periculum et commodum rei* *flatim a morte testatoris* est legatarii; 2) *ius tamen vindicandi ei competit ab adita demum hereditate;* 3) *transmittit legatum agnatum ad suos heredes flatim a morte testatoris;* 4) *si vero legatarius repudiauerit legatum, idem est, ac si dominium ad eum plane non transiisset.*

II. Dominium rei *vel in genere vel alienae legatae* transfertur ad legatarium, *facta demum ab herede traditione.*

I. 44. §. 1. l. 86. §. 2. de leg. I. l. 80. de leg. II.

§. 413.

Actiones legatariorum quae?

Ad petenda vero legata variae dantur *actiones, et quidem:*

R 3

I.

I. REI VINDICATIO, qua vtitur legatarius, cui res in *specie* et vel testatoris vel heredis *propria* relata est, aduersus *heredem* et *quemcunque* rei *possesso-*
rem a).

II. Actio PERSONALIS EX TESTAMENTO
aduersus *heredem*, qui *adiit*, ad *praestandum* *legatum*.
Ea opus est vel *quantitate*, vel *re in generè*, vel *re aliena*, vel *nomine* et *liberatione* *relicta*, vel *facto* *le-*
gato. Huius actionis fundamentum est *obligatio*
heredis ex *aditione* *hereditatis* quasi ex *contractu* *ipsi*
incumbens. b)

III. Actio HYPOTHECARIA aduersus *quem-*
cunque *possessorem*. Eius fundamentum est *hy-*
potheca tacita c).

IV. Actio FAMILIAE ERCISCVNDAE aduer-
sus coheredes ad *praeregatum* coheredi *praestan-*
dum d).

Ante vero, quam aliqua actione vtatur *legata-*
rius, AGNITIO *legati* i. e. *declaratio* *legatarii*, se *at-*
ceptare *legatum*, *praecesserit* *necesse* est. Hinc et ei
datur ius *déliberandi*, *legato* *forte* *sub onere* *ipsi*
relieto. e)

- a) l. 3. §. 3. 4. C. comm. de leg. b) §. 5. I. de oblig.
quae quasi ex contr. c) l. 1. C. comm. de leg. d)
l. 25. §. vlt l. 26. ff. fam. erc. PAVLI rec. sent. L. III.
T. VI. §. 1. e) l. 31. ff. de mil. testam. l. 15. ff. de
reb. dub. l. 38. de leg. I. l. 4. 5. l. 58. de leg. II.

§. 414.

De re PLVRIBVS relicta.

Eadem res vel hereditas pluribus relinqu potest. Iam nota: 1) si collegatiorum vel cohædium nemo deficiat, res aut communis manere aut diuidi debet. 2) Deficiente vero collegatario aut cohæredi aliquo, pars vacans ad crescit. Hinc de diuisione hereditatis et iure ad crescendi videamus.

§. 415.

DE DIVISIONE HEREDITATIS.

In diuidenda hereditate regula generalis est: *Hereditas inter coheredes scriptos semper TOTA diuidenda est, ne testator pro parte intestatus decesse videatur.* Iam sequuntur regulæ speciales:

I. Si testator singulo coheredi certam quidem partem adscripsit, attamen hereditatem non exhausterit, id, quod ex ea supereft, singulo pro rata ad crescitur. c)

II. Si testator singulo coheredi certam rem vel certas alicuius rei partes adscripsit, omnes aequaliter diuidunt hereditatem, quasi testator nec rem nec eius partes nominasset, ita tamen, ut ex officio iudicis vnicuique eorum, res, quae ei relicta est, adjudicetur. Exempla: *Titius heres esto ex parte tercia fundi Corneliani, Meuius ex beffe eiusdem fundi: singulus dimidiam totius hereditatis partem accipit, quasi detracta fundi mentione et sine partibus scripti essent.* Aut: *Attius fundi Corneliani heres esto, duo Titii illius insulae heredes sunt: Habebunt duo Titii semissim et Attius semissim ex eadem ratione.* Aut:

R 4

Meuius

Meuius heres esto ex fundo Corneliano, Titius ex fundo Libiano. Erunt heredes ex aequis partibus, quasi *sine* iis scripti, et ille officio iudicis fundum Cornelianum, hic vero Libianum in sua parte accipiet. Nisi his omnibus speciebus voluntas testatoris manifestissime refragetur b).

III. Si testator nonnullis coheredibus certas RES reliquis vero vel plane nullas vel certas PARTES adscriperit, illi tantum pro legatariis habentur c). Exemplum: *Caius heres esto ex fundo Corneliano, Meuius ex fundo Libiano. Titius et Seius heredes sunt:* Caius fundum Cornelianum, Meuius Libianum accipit, quasi *legatum*. Reliquam hereditatem diuidunt Titius et Seius aequis partibus, vel, si partes iis adscriptae sint, *pro rata*.

IV. Si testator nonnullis coheredibus certas partes, reliquis vero nullas adscriperit, distingue: 1) si quid assi deest, (i. e. si partibus expressis hereditas non est exhausta) ii, qui *sine* partibus scripti sunt, accipiunt partem *residuam*. Sic: *Caius heres esto ex Sextante, Meuius ex quadrante. Praeterea Titius et Seius heredes sunt.* Hi *septem* hereditatis partes accipiunt. 2) Sin vero totus as *completus* sit, (i. e. si partibus expressis exhaustus sit) ii, quinominatas partes habent in *semifem*, et, qui *non* habent, in alterum *semifem* succidunt, (i. e. parti cuiusque nominatae decrevit dimidium). V. g.: *Caius heres esto ex triente. Meuius ex beſte. Praeterea Titius et Seius heredes sunt.* Caius accipit duas, et Meuius quatuor partes. Reliquae *sex* partes perueniunt ad Titium et Seium. d)

V. Si

V. Si testator plene nullas partes expresserit,
hereditas aequaliter diuiditur, ut tamen coniuncti co-
heredes pro una persona habeantur e).

a) §. 7. I. de hered. insit. b) l. 9. c) 13. l. 10. n. l.
35. pr. ff. eod. c) l. 13. C. eod. d) §. 6. I. eod.
e) l. 9. §. 12. l. 11. 12. pr. ff. eod. Add. MAIANS diff.
de diuis. hered. in diff. Vol. II. Præterea nota tibi
iuris vocabula: AS dicitur iota hereditas, quae in
duodecim vncias (i. e. partes) diuiditur. Habent autem
et haec partes propria nomina, puta haec: SEXTANS,
i. e. duae vnciae, seu sexta hereditatis pars ($\frac{1}{6}$) QVA-
DRANS i. e. tres vnciae seu quarta pars ($\frac{1}{4}$) TRIENS
i. e. quatuor vnciae seu tercia pars ($\frac{1}{3}$) QVINCVNX
i. e. quinque vnciae ($\frac{5}{12}$) SEMIS i. e. sexvnciae seu
dimidium hereditatis ($\frac{1}{2}$) SEPTVNXX i. e. septem vnciae
($\frac{7}{12}$) BES, i. e. octo vnciae ($\frac{2}{3}$) DODRANS i. e. uouem
vnciae ($\frac{3}{4}$) DECVNX, i. e. decem vnciae ($\frac{5}{6}$) DEVNX
i. e. undecim vnciae ($\frac{11}{12}$). Vncia porro diuiditur in
semunciam, sicilicum, sextulam, scriptulum, simplum,
et cet.

Aliquando hereditas in DVONDIVM i. e. XXIV. vni-
cias et TRIPONDIVM i. e. XXXVI. vncias diuiditur.
cf. VOLVSIVS MECIANVS de *asse et paribus eius*,
adie& SICHARDI et CVIACII editi. Cod. Theod. nec
non GRONOVII libro *de pecun. ver.* Extat quoque in
GRAEVII *thes. ant.* Rom. Tom. II. Vid. porro GVIL.
BVDAEVS de *asse eura RECHENBERGHI* et sae-
pius. CVIAC. obf. L. VII. c. 33. SALMAS. de modo
vñur. p. 251. BRISSON. de *V. S. f. v. bes.*

§. 416.

DE IVRE ADCRESCENDI.

Haec de hereditatis diuisione. Sequitur IVS AD-
CRESCENDI; quod est *ius, quo portio coheredis, vel*
collegatarii deficientis ad reliquos collegatarios aut aut

R 5

cohe-

coheredes deuoluitur. Itaque duplex est, alterum *coheredum* seu quod ratione *hereditatis ipsius*; alterum, quod inter *collegatarios* seu circa *legata et fideicomissa* obtinet.

§. 417.

1) DE IURE ADCRESCENDI COHEREDVM.

De *coheredum* iure ad crescendi in genere observa: 1) *Originem responsis prudentum debere videtur.* 2) *Eius ratio est regula: quod nemo pro parte testatus decedere possit.* 3) *Praesupponit: A) alterum coheredem deficientem, et B) alterum coheredem coniunctum.*

A) *Cohes DEFICIENS* est, qui *portionem suam accipere vel non vult vel non potest; quod fit: 1) si incapax sit; 2) si tempore conditi testamenti non extiterit in rerum natura; 3) si conditio defecerit; 4) si viuo iam testatore deceperit, nam si eo defuncto mortuus sit, distingue: Vtrum fuerit heres *suis* aut *extraeius.* Si prius non defecit, quia *ipso iure* heres est. Sin posterius, *omnino* defecit, si *ante aditionem* deceperit.*

B) *Cohes CONIVNCTVS* est, qui *cum deficiente ad EANDEM hereditatem vel EANDEM partem EODEM testamento vocatus est.* Quae quidem coniunctio triplici modo fieri potest: Primo: Cum *singulo in solidum*; deinde: cum *omnibus SIMVL hereditatis relinquitur.* Denique: cum *singulo coheredi partes certae adiiciuntur, aut non.* Vnde tres dantur *coniunctorum coheredum classes:*

Prima

Prima eorum, qui RE TANTVM coniuncti dicuntur, i. e. quorum singulus in SOLIDVM institutus est. Quod ex eo intelligitur, si singulus separata propositione continetur. v. g. *Caius heres esto. Titius heres esto.* Meius aequae heres esto. Propterea vero, quod eadem res seu hereditas ipsis relicta est, RE coniuncti; quia tamen quoad VERBA non coniunguntur, re TANTVM coniuncti seu quoque DISIVNCTI dicuntur.

Altera eorum, qui VERBIS TANTVM coniuncti sunt, i. e. quibus omnibus SIMVL hereditas relicta est, adiectis tamen partibus in dividenda hereditate SINGULO competentibus. Haec verborum coniunctio intelligitur eo, cum omnes una propositione copulantur. Veluti: *Caius ET Titius aequis partibus heredes sunt.* Aut: *Caius CVM Titio pro dimidia parte heres esto.* Aut: *Caius, Titius heredes sunt.* Propterea vero, quod una quidem propositione continentur, sed tamen singulo separatae partes adiectae sunt, VERBIS tantum a testatore coniuncti videntur.

Vltima eorum, qui RE ET VERBIS SIMVL seu MIXTIM coniuncti sunt, i. e. cum omnibus simul hereditas, NVLLIS tamen adiectis partibus, relinquitur; veluti: *Caius et Titius heredes sunt.* Aut: *Caius, Titius heredes sunt;* *Meius ex parte dimidia heres esto.* Aut: *Caius ex parte dimidia heres esto. Titius ex parte, qua Caium heredem institui, heres esto.* *Meius ex parte dimidia heres esto.* Propterea vero, quod eadem propositione continentur, nec partes adiectae sunt, et re et verbis coniuncti dicuntur.

§. 8. I. b. r. cf. l. 89. de leg. III. l. 144. de V. S.

Regu-

Regulae vero, secundum quas adcrescit coniunctio, sequentes sunt iure nouissimo a):

I. OMNIBVS coheredibus DISIVNCTIM institutis, siquidem duo tantum sint, (v. g. *Primus heres esto. Secundus heres esto*) portio vacans adcrescit *superfliti*, qui tunc *totam* capit hereditatem, quod *ius NON DECRESCENDI* appellant b); sin autem plures sint (v. g. *Primus heres esto. Secundus heres esto. Tertius heres esto*) portio vacans ad *superflites aequis partibus* peruenit, nisi singulus in *certa* parte institutus sit. Tunc enim portio vacans pro *portione hereditaria* adcrescit, v. g. *Primus heres esto in SEMISSE. Secundus in TRIENTE. Tertius in SEXTANTE.* Deficiente *Primo* ex eius semisse *Secundus tridentem et Tertius sextantem accipit.*

II. OMNIBVS coheredibus CONIVNCTIM institutis et quidem in *TOTA* hereditate seu MIXTIM, (v. g. *Primus, Secundus et Tertius heredes sunt*) portio vacans ad *omnes aequaliter* peruenit; sin vero in *PARTE* hereditatis seu VERBIS TANTVM: (v. g. *Primus et Secundus in QVADRANTE; Tertius, Quartus et Quintus in DODRANTE heredes sunt*) portio vacans ad *solum coniunctum in eadem parte devoluitur.*

III. Aliis DISIVNCTIM, aliis vero CONIVNCTIM institutis (v. g. *Primus heres esto, Secundus ET Tertius heredes sunt. Quartus heres esto*) Si quidem ex COMIVNCTIS aliquis deficiat, eius portio ad *solum coniunctum cum suo venit onere.* Sin autem ex DISIVNCTIS, portio eius non ad *solor disiunctos*, sed ad *OMNES*, tam *disiunctos* quam *coniunctos*, *pro portione hereditaria deuoluitur.*

IV.

IV. OMNIBVS coheredibus IPSO IVRE et NOLENTIBVS ad crescere, si partes suas iam ognouerint, quia absurdum videtur, eiusdem hereditatis partem agnoscere, et partem respuere.

V. Quoad onus portioni vacanti adiectum, distinguere, vtrum in DANDO an in FACIENDO consistat. Si prius, hoc omnimodo lucrantes portionem agnoscere debent pro quantitate portionis lucratiae. Sin posterius, siquidem hoc per alium impleri possit, simili modo a lucrante agnoscere debet; sin sequens, cessat grauamen. e)

VI. Si deficiens coheres substitutum habeat, cessat ius ad crescendi d).

a) De iure enim antiquo haec tenenda:

I) Ante legem Papiam Poppaeam indistincte iuri ad crescendi locus erat.

II) At Augustus lege illa haec sanxit: vt 1) si coheres deficeret post testamentum conditum, sed viuo adhuc testatore, eius portio esset in causa caduci; 2) si deficeret mortuo quidem testatore, sed ante apertas tabulas, eius portio aequa fieret caduca 3) sin deficeret post apertas quidem tabulas, sed ante hereditatis aditionem, eius portio tanquam bonum vacans aerario cederet.

III) Iustinianus denique l. vn. C. de cad. toll. has distinctiones negligens nihil ad aerarium fiscumue pertinere, sed portionem vacantem semper coheredibus ad crescere statuit. cf. HEINCEC. ad L. Pap. Popp. L. III. c. 9. MEISTERI opusc p. 588. b) WESTPHAL. diff. de iure ad cresc. int. cohered. interdum iure non decrescendi. Halae 1761. Et recte, licet verba haec in legibus non occurrant. Differentia vero est, quod in iure ad crescendi in specie dicto adquiritur aliena portio

tio, adeoque simul transit *onus* cum ea coniunctum. Sed in iure non *decrescendi* retineo partem meam adeoque nec *onus alienum* in me transfertur, vid l. vn. §. II. in fin. C. de *cad. roll.* Vnde frustra dissentire videntur, quos laudavit SCHLITTIVS ad *Ludouici r̄sum* distinc. 2P. III p. 49. c) l. 63. ff. de *bered. instit.* l. 89. de *leg. III. l. vn. §. 9. 10. C. de coduc. roll.* d) viā. supra §. 342. No. IV.

§. 418.

II. De iure ad crescendi quoad LEGATA. Quoad legata triplici modo ius ad crescendi locum habere potest. Nimirum vel respectu HEREDVM, a quibus legatum, vel respectu LEGATARIOVM, a quibus itidem legatum, vel respectu COLLEGATARIORVM, quibus eadem res legata est.

§. 419.

Continuatio.

A) HEREDIBVS ad crescere legatum vacans ex *diversa ratione*. Si enim sint heredes ab *intestato*, iis ad crescere, ne portio vacans ad *fiscum* perueniat. Hinc, si hoc maluerint, legatum vacans repudiare posse videntur. Sin autem sint heredes *testamentarii*, iis ad crescere, ne portio vacans adheredes ab *intestato* perueniat, sicque testator pro parte testatus et pro parte *intestatus* decedat. Hinc non possunt repudiare vacans legatum. Iam vero nota regulas *speciales*: 1) si legatum vacans ab *omnibus heredibus* *relictum* fuerit, ad crescere *omnibus* et distribuitur pro *portione hereditaria*. Sin vero a *certo* vel *certis*, ad crescere *soli* vel *solis*, quia *solus* vel *soli* id *praefare* debuissent. 2) si vel *substitutum* vel *coniunctum* deficiens *legatarius* habeat, heredibus *nihil* ad crescere.

B)

B) LEGATARIIS, a quibus legatum vacans relictum, ex praesumta testatoris voluntate adcrescit. Praesumitur enim, testatorem maluisse, ut res apud legatariorum permaneat, quam ad heredes perueniat. Hinc vacans legatum inter eos pro virili portione, i. e. pro numero personarum, distribuitur. Nihil tamen aequae legatario adcrescit, si deficiens vel substitutum vel coniunctum habuerit.

C) COLLEGATARIIS itidem ex praesumta testatoris voluntate adcrescit. Quodsi igitur unus collegatiorum defecerit, distingue: 1) si coniunctum relictum fuerit, portio vacans omnibus pro virili portione cum suo onere adcrescit, si habere maluerint; vel si omnes noluerint, ei, a quo legatum est; vel si quidam voluerint, quidam noluerint, volentibus totum adcrescit. 2) Sin autem disiunctum relictum fuerit, retinet partem vacantem alter disiunctus collegarius ex iure non decrescendi, ut suum legatum imminutum habeat. Ceterum, si deficiens substitutum habuerit, cessat iterum ius adcrescendi.

Lvn. §. 7. 8. II. C. de cod. toll. Deiure antiquo vid. VLP. fragm. tit. XXIV. §. 12. CAII. Inst. L. XI. T. V. §. 5. ibique SCHVLTING. Ceterum de rora hac iuris adcrescendi doctrina vid. MERILLIUS in OTTON. thes. T. III. PAPILLONIVS ibid. T. IV. RAMOS in MEERM. thes. T. IV. DVARENVS in Ej. opp. IANVS A' COSTA in praelest. iur. civ. GOVEANVS in Opp. Rored. 1766. f. MAIANS. in diff. Vol. II. IO. AVG. BACHIVS in Opusc. Lips. 1754. 8. SCHNEIDTII diff. de eo quod iustum est circa ius adcresc. secund ius Com. et Franc. Sect. I. §. I — IO. Wirceb. 1774

Tit.

TITVLVS XXI.

DE

ADEMPTIONE LEGATORVM.

§. 420.

De ademtione legati.

Legata vel adimuntur, vel transferuntur, vel intereunt,

I. ADEMPTIO legati est eius extinctio ex TESTATORIS VOLVNTATE facta. Ad eam nullae requiruntur solemnitates, sed sufficit sola defuncti contraria voluntas. Hinc regula: *Legata NVDA VOLVNTATE adimuntur. a)* Haec vero contraria voluntas vel a defuncto diserte declarata est, vel *prae sumitur tantummodo*. *Priori casu IPSO IVRE, posteriori autem ope EXCEPTIONIS ademtum dicitur legatum.*

Cum porro defunctus vel *verbis* vel *factis* contraria voluntatem declarare possit, ademptio, quae *ipso iure* fit, in EXPRESSAM et TACITAM sub dividitur.

EXPRESSE fit, cum testator expresse dicit: *non do, non lego, adimo, vel aliis similibus verbis utitur. b)*

TACITE autem fit, cum testator aliquid FECIT, ex quo eius voluntas, adimenti legatum, appareat.
Quo

Quo pertinet: 1) *deletio legati consulo facta*; c) 2) *alienatio rei et exactio nominis legati voluntaria d)*; 3) *destruclio rei, vt ad pristinam formam reduci nequeat e)*, 4) *si testator viuus legatario iam pretium legati dederit f)*,

Denique PRAESVMITVR contraria defuncti voluntas, si quid postea contigerit, ex quo VEROSIMILE sit, testatorem noluisse amplius legatum relinquere. v. g. *inimicitiae capitales* inter eum et legatarium orたe, si reconciliatio non sit secuta g).

- a) l. 3. §. u. ff. b. t. CRELLII diff. quomodo legata nuda volunt. adim. in Ej. diff. FASC. VI. de CRAMER. Nebenst. Theil 44. n. 4. b) pr. I. b. t. c) l. i. ff. de his quae in test. del. d) §. 12. et 21. I. de legat. e) l. 88. pr. §. i. de leg. III. f) l. 22. de leg. II. GE. AD. STRV VII diff. de sacra legat. ademt. Ienae 1692. g) l. 3. §. vlt. l. 4. ff. b. t. Cet. cf. VOORDAE interpret. pr. jur. Rom. L. III. c. 17.

§. 422.

Translatio legati quid?

II. TRANSLATIO legati est, quaecunque MVENTATIO circa legatum a testatore facta. Ea contigit:

A) Quoad PERSONAM legatarii i. e. cum, quae huic relista erat res, ea nunc alii legatur. v. g. *domum quam TITIO legaueram, nunc MEVIO do, lega*. Iam nota: 1) haec translationis species continet simul ademptionem prioris et constitutionem noui legati; 2) hinc, quae ad *constituendum* legatum requiruntur, in ea *adeffe* debent; 3) *animus adimendi exprimi* debet, ne posterior legatarius pro collegatario haberri possit.

S

B)

B) Mutata persona, A QVA legatum, v. g. *domum, quam a SEIO legaueram, nunc a CAIO do, lego.*

C) Mutata RE legata, v. g. *Titio non DOMVM, sed BIBLIOTHECAM nunc lego.*

D) Mutato MODO legandi, si v. g. conditio et dies adiicitur, vel mutatur, vel detrahitur; *I. 5. 6. 20. ff. h. t.*

§. 323.

Interius legari quid?

III. INTERITVS legati est extinctio legati, orta ex ALIA, quam testatoris voluntate, causa. Quae causa est:

A) CASVS: 1) si res *in specie* legata fato perierit *a*); 2) si legatarius viuo adhuc testatore deceperit *b*); 3) testamento *infirmatio*, nisi *in officio sum fuerit c*); 4) *deficiente conditione d*).

B) *Factum ipsius LEGATARII*, si rem *alienam* fibi legatam titulo *luteratio* adquisuerit *e*).

C) LEGIS DISPOSITIO, qua nonnulla legata pro *non scriptis* habentur, vel legatario tanquam *igno* a fisco auferuntur; de qua re in Pandectis.

a) §. 16. I. deleg. l. 36. §. vlt. l. 47. §. vlt. de leg. I. b)
l. vn §. 2. C. de cad. toll. c) vid. tit. quem testam.
infirm. d) vid. tit. de hered. instit. e) §. 6. I. de
leg.

TIT.

TITVLVS XXII.

DE

LEG E F A L C I D I A.

§. 424.

C o n n e x i o .

Haec de legatis ipsis. Sed cum lege *Falcidia* non nihil circa ius legatorum immutatum sit, iam de ea hoc titulo agitur.

Lege enim *FALCIDIA* cautum erat, *ut ne liceret VLTRA DODRANTEM hereditatem legatis exhaire, et, si PLVS legatum esset, QVARTAM PARTEM heres DETRAHERE, vel RETINERE posset.*

Nota: Dicantur pauca de legis *Falcidiae* ratione et historia. cf. SCHWOPE *bistor. Leg. Falc.*, Lips. 1763. FR. DVARENVS ad *L. Falc.* in Ej. Opp. FR. HOTOMANNVS de *quarta legit. Falc.* et *Treb.* in Ej. Opp. T. I. FR. BALDVINI *com. ad L. Fur. Vocon.* et *Falcid.* Halae 1730. 8. et in HEINECCHI *in iurispr. Rom.* et *Att.* T. I. IAC. PERIZONIVS ad *Leg. Vocon.* in *Triad.* difserit. PETR. GRANCHIANVS ad *Leg. Falc.* in OTTON. thes. T. V. HVSMANNI *paradoxa ad L. Falc.* ibid. T. IV. ANT. GOVEANI *com. ad tit. ff. de L. Falc.* in Eius Opp. Roterod. 1766. f IAC. VOORDAE *com. ad L. Falc.* Harlingae. 1730. 8.

S 2

§. 324.

§. 425.

Continuatio.

Ergo ex lege Falcidia heredi salua manere debet quarta hereditatis pars, quae proinde QVARTA FALCIDIA dicta est. Quamvis non habet saluam i. e. si testator tot reliquerit legata, quae superent dorantem seu tres hereditatis partes, eam legatis detrahere potest. Hinc videamus: I. Quis detrahatur quartam Falcidiam? II. Cui detrahatur? III. Quomodo detrahi debeat et computetur? IV. Quando non possit detrahi?

§. 426.

Quæstio prima.

I. Detrahit Falcidiam, qui testamentum DESTITUTVM reddere potest. Hinc ea competit: 1) heredi testamentario; 2) singulo coheredi, quia ratio Falcidiae in singulo herede ponenda est a); 3) substituto b).

Attamen ex aequitate quoque data est 1) heredibus ab intestato c) et 2) emtori hereditatis d). Ceterum heres heredis, qui detrahere potuit, adhuc detrahere potest e). Ex his simul patet, legatariis haud competere Falcidiam f).

a) §. 1. I. l. 77. ff. h. t. de BERNSTORFF. de ratione L.
Falc. in sing. hered. maxime substit. ponenda Gott. 1754.
4. b) l. 22. §. 2. I. 87. §. 7. ff. b. t. c) l. 18. pr.
ff. b. t. d) l. 71. ff. b. t. e) l. 10. C. b. t. f)
l. 32. §. 4. ff. b. t.

§. 427

§. 427.

Quæstio secunda.

II. DETRAHITVR Falcidia ei, qui ex ehreditate aliquid capit. Hinc: 1) legatariis, per ipsa legis verba; 2) fideicommissariis particularibus propter exæquationem legatorum et fideicommissorum particularium; 3) donatariis mortis causa ex constitutione Alexandri Seueri a). 4) coniugibus, qui sibi donaverunt, si donatio morte confirmata sit, ex constitutione Diocletiani b); 5) iis, qui mortis causa capiunt, ex constitutione Iustinianic).

- a) l. 5. 5. C. b. t. MANZEL. select. Rostoch. Fasc. I. p. 377. b) l. 12. C. eod. c) l. pen. C. eod.

§. 428.

Quæstio tercia.

III. De computatione Falcidiae has obserua regulas:

A) Ut intelligatur, an Falcidia salua sit, spectanda est bonorum defuncti quantitas, qualis tempore eius MORTIS fuit n^o). Ex quo sequitur: 1) ut si tempore mortis defuncti bona tanta fuerint, ut Falcidia salua esset, sed ea postea ita diminuta sint, ut nunc non sit salua, heres tamen nihil detrahere possit; 2) si in tempore mortis salua non fuerit Falcidia, licet bona postea ita aucta sint, ut nunc salua sit, tamen heres eam detrahatur b).

Sunt tamen nonnulla, quae ad bonorum quantitatem computari non debent, quo pertinent: 1) aes alienum e); 2) pretia seruorum manumissorum 3); impensæ funeris d) 4) impensæ in ipsam hereditatem

tem factae, v. g. sumtus in testamenti *insinuationem* et aperturam, in *confectionem inuentarii*, in *alimenta animalium*, in *fulturam aedium ruentium*, et in *venditiones facti e*).

Ex aduerso computari omnino debent: 1) quae defunctus iure *domini* reuera possedit; 2) quae actione adquirere vel exceptione *retinere* potuit f); 3) frumentus tempore mortis defuncti maturi, quam vis postea percepti g); 4) legata defuncto relista, quorum dies eo viuo cessit, quamvis postea ab herede *repudia-*
ta h) 5) res oppignoratae vel venditae sub lege *commis-*
soria aut additionis in diem i) 6) quae *ipse* heres de-
functo debuit k).

B) *Heres ipse sibi in Falcidiam imputare* debet, quod *titulo INSTITUTIONIS accepit l*). Ergo ei non imputatur: 1) *legatum*, eodem testamento ei reliatum; 2) *donatio a viuo testatore ipsi facta*, nisi *utroque casu* eo fine *legatum aut donatio facta sit*, ut *legata integra soluat m*); 3) *fructus et usurae hereditatis*; 4) *quod heres ex transactione cum creditoribus defuncti lucratus est*; 5) *pretium ex hereditate vendita*, quae *insoluendo fuit, redactum. n*)

- a) §. 2. I. l. 56. pr. ff. b. t. b) l. 73. pr. ff. eod. c)
 l. 6. pr. C. b. t. d) §. vlt. I. b. t. e) l. 72. ff. b.
 t. l. vlt. §. 9. C. de iure delib. f) l. u. pr. ff. b. t.
 g) l. 9. pr. ff. eod. PVFFEND. Obs. T. II. Obs. 83.
 h) l. 26. ff. de bonis libert. i) l. 38. §. 2. ff. b. t.
 k) l. 1. §. 18. ff. eod. l) l. 74. 76. pr. ff. b. t.
 m) l. 56. §. vlt. l. 74. 75. §. ff. eod. n) l. 3. pr. §.
 1. ff. eod. cf. VOORDA cap. VIII. et X.

§. 429,

Quæstio quarta.

IV. CESSAT Falcidiae detractio:

A) Respeetu TESTATORIS: 1) si miles fuerit a); 2) si detractionem quartae vel expresse vel tacite prohibuerit b); 3) si heredi quartam iam viuus derit c).

B) Ratione HEREDIS: 1) si spoponderit, se *integra* legata soluturum d); 2) si vel *sciens*, Falcidiā *non esse* saluam, vel 3) ex ignorantia *iuris integræ* legata soluerit e); 4) cum se *indignum* reddidit Falcidia, quod sit α) si quid ex hereditate amoverit, β) si id egerit, ut *fideicommissum intercideret* γ), si fidem interposuerit, ad legatum *incapaci praestandum*, δ) si inuentarium *non confecerit* f).

C) Intuitu ipsius LEGATI: 1) in dote vxori *prælegata* g); 2) in rebus ab herede *doloſe* subtractis i) 4) in legatis ad *pias causas*, si heres contumax fuerit k) 5) in *libertate* legata l); 6) in *instrumentis prædiorum* domino legatorum m).

- a) l. 17. 92 ff. l. 7. C. b. t. b) Nov. 1. c. 2. §. 2
KVISTORP. Beytraege zur Erlaer. verschied. Rechtmä.
Stück III. n. II. c) l. 56. §. vlt. l. 91. ff. eod. d)
l. 46. ff. l. vlt. C. b. t. e) l. 9. C. eod. III. PVTT-
MANNI interpr. c. 34. f) l. 59. pr. §. 1. l. 68. §. 1.
ff. l. 3. C. b. t. l. 6. u. ff. de bis, quae ut indign. Nov. 1.
c. 2. §. 2. g) l. 81. §. 1. ff. b. t. h) Avth. sed
in ea re C. b. t. i) l. 24. ff. b. t. k) Nov. 131.
t. 12. VOORDA c. XIV. §. 9. DEINLINI diff. legem
Falc. ad legata pior. caus. perlinere. Alt. 1737. BOEH-
MERI consulta et decis T. III. p. I. n. III. Sqq. WERN-
HERI Obs. T. III. obs. 124. l) l. 33. 34. 43. ff.
b. t. m) l. 15. C. b. t.

S 4

T 1 T.

TITVLVS XXIII.

DE

FIDEICOMMISSARIIS HEREDITATIBVS.

§. 430.

Connexio.

Haec de legatis. Sequuntur FIDEICOMMISSA, quae sunt res verbis PRECATIVIS *relicta* i. e. quando aliquis non *iubetur*, sed *rogatur*, ut aliquid tertio restituere velit. Ex quo prima iam legatorum et fideicommissorum *differentia* intelligitur, ut nimirum illa verbis *imperatiuis*, haec vero tantum verbis *precatiuis* relinquantur.

Nota: Dicatur breuiter de fideicommissorum origine et progressu.

§. 431.

Fidei commissorum diuisiones.

Variae autem diuiduntur fideicomissa:

I. Ratione ambitus 1) in VNIVERSALIA, quando heres TOTAM hereditatem vel eius partem *restituere* *rogatur*; 2) in PARTICVLARIA seu singularia, si res *intimum* SINGVLARIS ex hereditate *restitui* debet.
De prioribus hoc, de posterioribus seq. titulo.

II. Quoad modum relinquendi: A in TESTATO et ab INTESTATO *relicta*, prout defunctus vel testa-

testamento condito, heredi *scripto*; vel, eo non condito, heredi ab *intestato* fideicommissi restitutionem iunxit a). B) In EXPRESSA et TACITA, prout defunctus vel verbis *disertis* vel *aequipollentibus* fideicomissa reliquit b). C) In PVRA, CONDITIONATA, EX DIE et AD DIEM relicta c)

III. Respectu *effectus* 1) in SIMPLICIA, *de quibus fidei commissarius pro lubitu DISPONERE potest* 2) in fideicomissa FAMILIAE, *quae fideicommissarius NON potest alienare, quia in CERTA FAMILIA permanere debent* d).

a) §. 10. I. b. t. b) l. 17. pr. ff. ad Sct. Treb. c)
l. 13. pr. ff. eod. §. 2. I. b. t. d) l. 69. §. 3. de leg.
2. RETES de fideic. fam. in MEERM. thes. T. VII. So-
la tamen alienationis prohibitio non efficit fidei com-
miss. Fam. de CANNGIESS. dec. Caff. T. I. n. 49.

§. 432.

De fideicommissi restitutione.

Cum vero iure nouo fiduciarius perfecte obligatus sit ad restitutionem; iam de ea, quae sequuntur, notanda sunt:

I. Si adire aut restituere NOLIT fiduciarius, CO-
GI potest a). Cui coactioni locus est: 1) licet fidu-
ciarius hereditatem iam repudiauerit, modo res he-
reditariae adhuc extent b); 2) licet *lis* de fideicommis-
so orta sit c); 3) licet fideicommissum sub conditione
vel *ex die* relictum sit, praesita tamen a fideicom-
missario de restituendo, deficiente conditione d); 4)
licet *ipse* fiduciarius mortuus sit; tunc enim *heres*
eius cogitur. Sin vero heredem *non reliquerit, ipso*
iure ad fideicommissarium transit fideicommissum e)

II. *Ipsa restitutio est vel VERBALIS vel REALIS.*
Illa, si heres NVDIS VERBIS se declarat, se hereditatem restituere velle; cui locus est, cum fiduciarius ipse non possidet fideicommisum. Haec, quando fideicommissum IPSVM restituit. Ceterum perinde est, vtrum per epistolam aut procuratorem; an ipsi fideicommisario, aut eius procuratori, tutori aut curatori fiat f).

III. *Restitui in genere debent OMNES res hereditariae secundum inuentarium.* In specie restitutioni obnoxia sunt *i*): 1) legata inutiliter relicta *g*); 2) pretia rerum *dolo*, aut *culpa lata* deperditarum vel deterioratarum *h*); 3) quae ex debito *naturali* fiduciario soluta sunt *i*), 4) quae ex iure *adrescendi* post restitucionem ad fiduciarium peruererunt *k*) 5) quae conditionis implenda causa accepit *l*)

Ex opposito non restituuntur: 1) res propriae in hereditate repertae *m*); 2) quae *ipsi* a defuncto debentur *n*); 3) res *a viuo* defuncto *ipsi donatae*. Quod in specie *fructus* fideicommisii attinet, haec distingue: 1) *fructus ante aditionem* percepti debent restitu*o*) 2) *fructus post aditionem* usque ad restitucionem percepti non restituuntur, nisi vel fiduciarius in *mora* restituendi fuerit, vel testator *diserte* dixerit, *fructus* debere restitui *p*); 3) *fructus ex negligentia* fideicommisarii, fideicommisum non petentis, percepti non restituuntur, 4) *fructus denique ex fideicommissio conditionatos* vel ex *die* relicto, *pendente* conditione et die percepti, restituuntur *q*).

IV. *Fieri debet restitutio:* 1) tempore a *defuncto* definito, 2) *statim*, si testator *nihil* dixerit, nec *conditio* adiecta sit, nisi *hoc casu* fideicommisarius cau*tio-*

tionem de restituendo, si defecerit conditio, praestiterit r). Competit tamen fiduciario ius deliberandi s). 3) post mortem fiduciarii, si testator dixerit, fiduciarium tantum restituere debere, quantum post mortem suum ex testitoris hereditate supererit; quo casu quarta pars relinqui debet, cuius nomine cautio a fiduciario praestanda est t.)

- a) §. 7. I. b. t.
- b) l. 14. §. I. 2. ff. ad Sct. Treb.
- c) l. 13. §. 3. ff. eod.
- d) l. i. §. 9. l. 6. §. vlt. l. II. §.
- §. 2. l. 13. ff. eod.
- e) l. pen. §. I. C. ad Sct. Treb.
- f) l. pen. pr. C. eod.
- l. 51. ff. eod.
- g) h) l. 25. §. 2. l. 70. §. I. ff. eod.
- i) l. 47. ff. eod.
- k) l. 43. ff. eod. CVIAC. obs. L. XII.
- c. 12. l) l. 91. ff. ad. L. Falc. ad quam vid. IO. AVG. BACHII diss. de his quae imput. in quart. Treb. in Opuse. m) l. 77. §. 12. de leg. 2. l. 52. ff. ad Sct. Treb
- n) VOET. ad. tir. de Sct. Treb. §. 36.
- o) l. 27. §.
- r. ff. ad Sct. Treb.
- p) l. 27. §. i. l. 18. pr. §. 2. ff.
- cod. VOORDAE interpr. iur. Rom. Lib. III. c. I. RAMOS de legibus circa moram in fideic. in MEERM. thes. T. V.
- q) l. 22. §. 2. ff. eod.
- r) l. 41. §. vlt. de leg. 3. l. 12. 13. ff. qui satisd. cog.
- s) l. 9. §. I. l. 71. ff. ad Sct. Treb.
- t) Nou. 108. c. I. WERNH. Obs. T. III. n. 6. de CANNIGIESER decis. Cassel. T. I. n. 22.

§. 433.

De effectu restitutionis.

Effectus restitutionis olim erat, vt, fiduciarius heres maneret, a) sicque legatariis, fideicommissariis et creditoribus obligatus esset, licet vel totam vel maximam hereditatis partem restituisset, adeoque parum vel nihil lucri perceperisset. Vnde plerumque propter nullum vel minimum lucrum sperandum, imo propter damnum metuendum, testamenta desituebantur. Quod ne amplius fieret primo sub Nero-

Nerone, Trebellio Maximo et Annaeo Seneca Coss.
 TREBELLIANICVM factum est, ut si hereditas ex fideicommisso restituta esset, omnes actiones, quae stricto iure ciuilis heredi FIDUCIARIO et IN EVM competenter, FIDEICOMMISSARIO et IN EVM darentur. Quod vero cum non sufficeret, postea, Pegaso et Pugione Coss. aliud conditum S^ctum, PEGASIANVM dictum quo cauebatur, ut ei, qui rogatus esset hereditatem restituere, perinde licet QVARTAM partem retinere, atque ex Lege Falcidia ex legatis retinere conceditur; sed ut simul in SOLIDVM obligatus maneret creditoribus. Denique Iustinianus vtrumque S^ctum in unum conflauit, et, exploso nomine Pegasiani, omnem auctoritatem Trebelliano praestitit, atque haec constituit: I. ut fideicomissa ex S^cto Trebelliano omnino RESTITVANTVR, siue habeat fiduciarius quartam, siue plus, siue MINVS, siue NIHIL penitus; II. ut tunc, quando vel NIHIL vel MINVS quarta apud eum remanet, liceat ei vel QVARTAM vel quod ei DEEST, RETINERE, vel, quod ex errore facti ULTRA quartam soluerit repeteret; III. ut, DETRACTA, vel RETENTA quarta, actiones tam in fiduciarium, quam in fideicommissarium PRO RATA IPSO IVRE competenter; IV. ut, si fiduciarius TOTAM hereditatem (i. e. quarta non detracta) et quidem SPONTE restituerit, NVLLAE actiones aduersus EVM, sed OMNES aduersus FIDEICOMMISSARIVM institui deberent; V. ut, si fiduciarius COACTVS restituerit, quartam quidem partem AMITTAT, sed nec CONVENIRI nec AGERE posset adeoque nec COMMODVM habeat, nec DAMNVUM sentiat. §. 3. seqq. I. h. t. ibi que VINN.

§. 434.

De quarta Trebellianica.

Ergo iure nouo fiduciario competit QVARTA TREBELLIANICA, quae igitur est *quarta pars fideicommissi Vniversalis fiduciario competens*. De qua porro obserua:

I. *Inuenta ea quidem est ad IMITATIONEM FALCIDIAE a)* sed tamen ab ea in nonnullis DIFFERT; veluti: 1) quod in ea spectetur in computanda hereditatis quantitate tempus *restitutionis*, non *mortis*, ut in Falcidia; 2) quod in ea *incrementum et decrementum* hereditatis *casuale* noceat et profit *fideicommissario*; fecus in Falcidia; 3) quod in ea *omnia imputentur*, quae ad fiduciarium *quocumque titulo* peruenient; fecus in Falcidia. b)

II. *Ea in regula HISDEM, quibus Falcidia, speciesibus cessat.* Singulare tamen ei est, quod locum *non habeat* in fideicommissis *familiae c)* vel si fiduciarius *coactus* adierit d).

III. *Eam detrahit solus FIDUCIARIVS, non fideicommissarius, qui iterum fideicommissum de suo restituere rogatus est e), nisi 1) fiduciarius in gratiam fideicommissarii ea usus non sit f) aut 2) fiduciarius coactus adierit g).*

a) §. 5. I. h. r. Hinc et saepius *Falcidia* appellatur, cf. l. 16. §. 9. l. 22. §. 2. l. 30. pr. ff. ad S. Trebell. l. 30. §. 7. l. 47. §. 1. l. 86. ff. ad L. Falc. b) COCC. CEII diff. de differ. quartae Falc. et Treb. in Eius diff. curios. Vol. I. IO. A. BACHII diff. laud. Sunt tamen, qui nullam inter Falcidiā et Trebellianicā differentiam statuant, cf. CVIAC. obs. L. VIII. c. 4. DONEL-LVS

LVS comment. iur. civ. L. VII. c. 30. verb. *constituta*, et Lib. VIII. c. 26. verb. *paulo aliter* FACHINEI *controv.* L. V. c. 15. c) Nov. 119. c. 11. d) §. 7. I. b. t. Potest tamen quoque pater *liberis* *dtractionem* Trebellianae prohibere, vid. BOEHMERI *diff.* de *libris* *deic.* *graualis.* §. 19. e) l. 22. §. *vlr.* l. 55. §. 2. ff. ad *Sct.* *Treb.* f) l. 1. §. 19. ff. *cod.* g) l. 63. §. 11. ff. *evd.*

§. 435.

Generalia de fideicommissis principia.

Ex iis, quae haetenus dicta sunt, intelligitur, fideicommissa esse species *ultimarum voluntatum* et *hereditatum*, unde nota:

I. *Potest fideicommittere, qui gaudet ACTIVA testamenti factione a)*

II. *Potest fideicommissum relinquiri, omnibus qui gaudent PASSIVA a testamenti factione; incapacitas tamen fiduciarii non nocet b)*

III. *Potest fideicommitti AB omnibus, ad quos alii quid ex HEREDITATE peruenit, adeoque etiam a legatario, imo ab ipso fideicommissario c).*

a) l. 2. ff. *de leg.* l. b) l. 67. §. 3. ff. *ad Sct.* *Treb.*
c) l. 1. §. 17. ff. *cod.* §. 11. I. l. 9. C. b. t.

§. 436.

Quibus modis evanescit. fideicommissum.

Evanescit fideicommissum:

A) Re-


A) Respectu DEFVNCTI: 1) voluntate eius *difserre mutata* a) nec non 2) eius *poenitentia* b)

A) Ratione FIDEICOMMISSARII: 1) *repudiatione vel renunciatione* c) 2) *remissione ab eo facta, ad quem fideicommissum existente conditione peruenire potest* d) 3) *transactio* e) 4) *morte eius, pendente conditione aut ante mortem testatoris, secuta, nisi coniunctus aut substitutus adsit* f).

C) Ratione FIDVCIARII: 1) si *ante aditionem deceperit* g) 2) si ei *restitutio sine testibus secundum l. vlt. C. h. t. iniuncta sit, nec tamen iurare possit, v. g. si impubes est, h)*

D) CASV: 1) si *conditio defecerit* 2) si *nemo adsit, cui fieri restitutio possit i.*

- a) l. 17. C. b. r. b) l. 27. C. eod. c) l. 26. C. eod.
- d) l. 16. C. de paetis. e) l. n. C. de transact.
- f) l. vn. § 7. C. de cad. toll. BERGERI Oecon. p. 320.
- g) l. 29. §. t. de leg. 2. h) BERGERI Oecon. p. 318.
- i) l. 78. §. pen. de leg. 2. Cet. de bac doctrina cf. CLAVD. CHIFLETIVS de *jure fideic.* in OTTON. thes. T. V. DONELLI comment. iur. civ. L. VII. c. 16. Sqq. VINCENT. FVSARIVS de *quarta Treb* adiect Eius tract. de *substitut.* FR. HOTTOMANVS de *quarta Pegas.* in Eius Opp. OBRECHTI. diff. de *fideic. restitut.* Argent. 1667.



TITVLVS XXIV,

SINGVLIS REBVS PER FIDEICOM- MISSVM RELICTIS.

§. 389.

De fideicommissis singularibus.

Quae sint fideieommessa singularia supra §. 431. vidi-
mus. Iam vero hoc obserua, iure antiquo in-
ter ea et *legata* multas fuisse differentias; a) quas
tamen sustulit Iustinianus, sanciendo, vt fideicom-
missis singularibus et legatis per *omnia*, quoad *effe-*
ctus, EADEM esset natura. Hinc praeter ea, quae
ad titulum *de legatis* diximus, nihil est, quod adde-
remus, nisi quod quoad *libertates* legato aut fidei-
commisso relictas, remanerit aliquid discriminis b).

a) cf. CAII. *Inst.* L. II. T. VII. §. 8. VLPIANI *fragm.*
T. XXV. §. 7. Sqq. b) §. 3. *I. de legat.* l. 2. C.
commun. de leg. ALEX. TVRAMINVS *de exaequatione*
legator. et fideic Vener. 1606. et in eius Opp. Senis
1770. f. PVFFEND. *Obs. iur. vn.* T. IV. n. 9.

TIT.

TITVLVS XXIV.

DE

C O D I C I L L I S.

§. 438.

Connexio.

Huc usque de testamentis, in specie talibus, distinctum. Supereft adhuc alia ultimae voluntatis species, quae CODICILLORVM nomine venit. Unde de iis hoc titulo.

§. 439.

Codicilli quid?

CODICILLI sunt ultima minus solemnis voluntas, qua heredi aliiquid iniungitur. Ergo I. sunt ultima voluntas, sed II. minus solemnis. III. Iis heredi aliiquid iniungitur.

Nota: Codicilli proprie erant *epistolae breues*, quas praesentes ad praesentes scribebant. Eiusmodi epistolas saepius quoque scribebant moribundi ad heredes, si quid ab iis fieri vellent. Sicuti vero nuda epistola perfecta non obligabat, ita et heredes non erant obligati, ad faciendum, quod in Codicillis iussi erant. At temporibus AVGUSTI vis obligandi perfecta codicillis tributa est, cuius rei historiam ipse Iustinianus tradidit *pr. I. b. r. cf. quoque WIEDEBVRG. diff. de fideic. ex codic. orig. Halae 1731. GVNDLING. in Trebar. Testa. BACH. bift. iur. L. III. c. I. Sect. V. §. 3.* Propterea vero, quod ipsa testamenta *maioribus*, eiusmodi epistolae autem *minoribus* scriberentur tabulis, illa *codices*, hae vero

T

vero codicilli dicebantur: FORNERII *selecta iur. civ. L.*
Il. c. 9 Et quoniam codicilli formam epistolae habebant,
 iisque saepius fidei commissa relinquebantur, hinc et
 epistolae vel epistolae fideicommissariae appellabantur,
I. 89. pr. de leg. 2. I. 41. §. 2. de leg. 3. I. 1. C. qui testam.
fac. poss.

§. 440.

Axioma primum.

I. Codicilli igitur sunt VLTIMAE VOLVNTA-TIS species. Hinc regula: *Qui non potest TESTAMENTVM condere, is nec potest CODICILLOS facere.* a) At tamen non requiritur, ut aliquis reuera testamentum fecerit, vnde codicillorum in TESTATO et AB INTESTATO factos, diuisio. b)

A) TESTATO facti sunt, quibus heredi TESTAMENTARIO aliquid iniungitur. Ergo praesupponunt, ad quod se referunt, testamentum. Vnde regula: *Codicilli testato facti non PER SE subsistunt, sed sunt PARS ipsius testamenti; adeoque EO confirmatio SIMVL corriuant e).* Ceterum iure novo perinde est, vtrum ante aut post testamentum scribantur d), vtrum testamento confirmentur, ant non. e) Ipsa vero CONFIRMATIO codicillorum est declaratio testamenti inserta, codicillos vires habere debere. Ea sit vel in praeteritum vel in futurum. Prius hoc modo: *quos iam FECI codicillos, valere iubeo.* Posteriorius sic: *quos FACTVRVS sum codicillos, firmos esse volo f).*

B) Codicilli INTESTATO facti sunt, quibus defunctus, NVLLO condito testamento, heredi AB INTESTATO aliquid iniungit. De his obserua: quod non solum per se subsistant, sed et obligent non modo proximum heredem ab intestato, verum quoque quem

*quemcumque, qui, proximo deficiente, nunc succedit
licet forte post codicillos factos demum natus sit g).*

- a) *I. §. 3. I. §. 2. ff. b. t.* b) *§. 1. I. b. t.* c) *I. 16.
ff. in fin. b. t.* d) *Ex sententia enim PAPINIANI
(vid. I. §. ff. b. t. PLIN. L. II. epist. 16) codicilli ante
testamentum facti non valebant, nisi subsecuto testa-
mento, vel aliis codicillis confirmati. Sed ex rescripto
SEVERI et ANTONINI valent, licet non confirmati
sint modo aliunde de mutata testatoris voluntate non con-
fiterentur, §. 1. I. b. t.* e) *iure enim antiquo codicilli non
confirmati eo tantum effectu gaudebant, ut, quod iis
relictum esset, siue directis siue precariis verbis, iure fi-
deicommissi, non legati, peti potuerit. Sed sublato fi-
deicommissorum singularium legatorumque discrimine,
hodie perinde esse, quo iure relictum petatur, intelli-
gitur. cf. VINN. b. t. §. 1. n. 3.* f) *I. 8. pr. I. 18.
ff. b. t. cf. GE. LVD. BOEHMFRI diff. de quatuor mo-
dis confic. codic in Ej. Elect. iur. civ. T. I.* g) *I. 16.
ff. b. t.*

§. 441.

Con tinua tio.

*Porro, cum omnis ultima voluntas vel scriptis
vel verbis declarari possit, hinc et codicilli sunt vel
SCRIPTI vel NVNCVPATIVI. I. 13. C. de S. S. eccl.
I. vlt. §. vlt. C. h. t.*

§. 442.

Axioma secundum.

II. Codicilli sunt MINVS SOLEMNIS voluntas.
*Hinc non omnes, quae in testamentis, requiruntur
solemnitates. Namque sufficit: 1) unitas contextus
et 2) praesentia quinque testium, etiam non rogato-
rum, qui quidem subscribere, non vero sub signare
debent a). Dantur tamen quoque codicilli sine te-
stibus validi, qui proinde, sicut testamenta, PRIVILE-
GIATI*

GIATI dicuntur; v. g. parentum inter liberos. b) Praeterea quoque, sicut testamenta, PVBLICI et PRIVATI esse possunt.

a) §. 3. I. l. vlt. §. vlt. C. b. z. Ceterum controvertitur I. an feminae testes in codicillis esse possint, cf. REINOLDI Varia c. 8. IEHNICHEN diss. de efficaci mulierum in codic. testimonio edit. auct. Lips. 1734. et in supplem. ad LEYSERI medit. ad Pand. SPANGENBERGH diss. de muliere testimonii in codicillis experta, Gott. 1770. HARMENOPVLI promptuar. iur. L. I. T. 6. §. 53. in Scholio. II. an ad codicillos testamento confirmatos testibus opus sit. Negant I. H. BOEHMER diss. de codic. absque test. validis in Ej. exerc. ad Pand. T. V. et adiecit. DVNIO. GE. LVD. BOEHMER. in praef. ad T. V. Exerc. parentis. Affirmat EMAL. DVNIUS de ver. ac novo iure codicill. Romae 1752. 4. b) LVDER. MENKENII diss. de codic. par int. lib. in Ej. diss. Vol.

§. 443.

Axioma tertium.

III. Codicillis heredi aliquid INIVNGITVR, vt nimirum aliquid praelet. Hinc in iis non potest fieri: 1) directa heredis institutio 2) exhereditatio 3) substitutio, (quae tamen valet ex benigna interpretatione tanquam fideicommissum, modo consit, testatorem codicillos, non testamentum facere voluisse a) 4) conditio vel adiici heredi in testamento pure instituto, vel detrahi heredi sub conditione instituto b). Ex quibus patet, posse codicillis: 1) fideicomissa et legata relinqui; immo 2) tutorem dari c). Denique nota, quod licet cum pluribus codicillis descendere, modo non sint contrarii, tunc enim posteriores valent d).

a) l.

- a) l. 76. ff. ad Sct. Treb. cf. THOMAS. ad HVBÉR. prael.
 ad Instit. b. t. b) §. 2. I. l. 6. pr. l. 10. ff. l. 2. C.
 b. t. c) l. 3. ff. de tut. test. d) §. 3. I. l. 3.
 C. b. t.

§. 444.

Ex quibus intelligitur, testamenta et codicillos ita differre: 1) in illis fieri debet directa heredis institutio, in his ea ne potest quidem locum habere 2) in illis exhereditatio fieri potest; non vero in his 3) in illis *septem* testes requiruntur; in his sufficiunt *quinque* 4) in illis *rogatio* et *subsignatio* testium necessaria est; secus in his 5) illa postumi *agnatione* rumpuntur; non vero hi 6) potest aliquis cum pluribus decidere codicillis, non vero cum pluribus testamentis.

LVDOVICI vs. præt. distinct. P. III. 34. ibique SCHLITTE.

§. 445.

De clausula codicillari.

Ad fine codicillis remedium est CLAVSULA, quae dicitur, CODICILLARIS, quae consistit in declaratione testatoris testamento inserta, ut si voluntas sua tanquam TESTAMENTVM soleme valere nequeat, valeat tanquam CODICILLI a). Eius effectus generalis est ut testamentum inuidum non sustineatur, qua TALE, sed transmutetur in CODICILLOS AB INTESTATO relictos. Ex quo patet 1) hereditatem ipsam eo testamento relictam, habendam esse pro fideicommisso vniuersali ab intestato relicto 2) heredem scriptum fieri heredem fideicommissarium, et 3) heredem ab intestato rogatum censeri, ut vel scripto heredi, quasi fideicommissario, restituat hereditatem, quasi fi-


T 3

fideicom-

deicommisum uniuersale; vel, si haec restitutio fieri nequeat, (v. g. quia deficit scriptus heres) ut legata soluat, quasi ex codicillis relicta b) Ceterum ex his quoque fluit, clausulam illam inefficacem esse si vel testamentum ipsum *validum* sit, vel 2) ne eae quidem solemnitates obseruatae sint, quae in ipsis codicillis adesse debent.

a) l. 41. §. 3. ff. de vulg. subst. l. 3. in f. ff. de test. mil.
 b) l. 2. §. 2. ff. b. 1. ibi: *Hereditas testamento INVITILLITER data, non posset codicillis quasi HEREDITAS confirmari, sed ex FIDEICOMMISSO petitur, salua ratione legis Falcidiae Cet. cf. TAB. TVRRETTI tr. de effect. et defect. claus. cod. Col. 1620. 4. SAM. STRYCKII diff. de claus. cod. in diff. Francf. T. I. SENKENBERG diff. de claus. cod. inefficacia, Gott. 1738. De controversiis, quando in singula testamenti confirmati specie vivilis sit haec clausula, commodior in Pandectis dicendi locus videtur.*

LIBER


LIBER TERTIUS.
TITVLVS I.
DE
HEREDITATIBVS QVAE AB INTESTATO
DEFERVNTVR.

§. 446.

Connexio.

Haec de successione testamentaria. Sequitur
quae LEGITIMA seu AB INTESTATO dici-
tur, cui locus est 1) ubi defunctus nullum plane con-
didit testamentum 2) ubi eius testamentum *infirmatum* est.

vid. GVL. RANCHINVS de *success. ab intest. in MEERM.*
thes. T. III. et rec. Lips. 1771. ROTGERSII *demonstra-*
tiones apodict. L. I. L. B. 1727. 4. BELLOIVS de *succ.*
ab int. in MEERM. thes. T. IV. COCCEII *diss. de success.*
ab int. in Ej. Ex. cur. vol. I. CONTIVS de *bered.*
et honor. poss. quae ab int. defer. Bitur, 1585. 8. et in
Ej. Opp. SAM. STRYCKII tr. de *succ. ab int.* Frf. 1669.
et saep. FR. GE. AVG. LOBETHAN *vollständ. Abbandl.*
der Lebre von der Erbfolge, Halae 1776. 8. IO. CHRPH.
KOCHIVS V. C. de *succ. ab int.* Edit. sexta Gieffae
1786. 8.

T 4

§. 447.

§. 447.

De successione antiqua.

Successio ab intestato alia fuit iure *antiquo*, alia iure *Nouellarum*. Hinc de priori pauca tantum videamus; plura enim dabit HEINECC. in *synt. antiqua* h. t. et seqq. Add. QVIR. GOTTL. SCHACHERI diff. *de histor. succ. ab int. ap. Rom.* Lips. 1762.

§. 448.

Successio filiorum.

Primo omnium succedebant heredes SVI, quales qui fuerint supra §. 371. latius dictum est. Ceterum nota: 1) *filii* tantum succedebant, non *filiae*, propter Legem *Vocacionis* a) 2) *liberi primi gradus* succedebant in *capita*; sed *nepotes* in *stirpes* b). 3) *vxor* quae in manum mariti conueniebat, succedebat iure *antiquo* tanquam *filia*; secus iure *novo*, nisi ex editio Praetoris c) 4) *emancipati*, quia non erant sui *liberi*, iure stricto *antiquo* non succedebant; iure Praetorio iis dabatur honorum possessio; d) iure denique nouissimo omnino stricto iure succedunt e).

- a) IAC. PERIZON. *ad L. Vocion.* b) §. 6. I. h. t. c)
 §. 3. I. *de honor. poss.* d) §. 9. I. h. t. e) *Nov.*
 118. c. 1.

TIT.

TITVLVS II.

DE

LEGITIMA AGNATORVM
SVCCESsIONE.

§. 449.

Agnatorum successio quid?

Deficientibus liberis suis ex XII. tabb. hereditas deueluebatur ad agnatos, qui *tunc* proximi erant, quum *certum* esset, aliquem intestato deceſſisse. Si *plures* essent agnati, omnes in *capita* succedebant. Agnatae per legem Voconiam non admittebantur; exceptis sororibus. Deficientibus agnatis succedebant *gentiles*, non cognati a).

Pater liberis non succedebat, cum hi nihil proprii haberent. *Emancipatis* tamen pater, tanquam *patronus* succedebat, *interposito fiduciae pacto*; Omisſa fiducia succedebat pater *fiduciarius*, non naturalis. Postea Iustinianus fingebat, hanc fiduciam semper esse interpositam, adeoque pater semper succedebat quod tamen idem Iustinianus iure nouissimo iterum mutauit b).


- a) AGNATI sunt, qui per VIRILIS sexus personam cum *cum defuncto coniuncti* sunt; COGNATI dicuntur, qui per FEMINAS coniunguntur; GENTILES denique, qui ex eadem GENTE orti eodem NOMINE viuntur D'AR-

T 5

NAVD

VTIT

NAVD coniect. III. PVTTMANNI *interpre. c. X.* b)
HEINECC. I.c. VAN DE LAAR *diss. de agnat. Success.*
ex XII. tabb. L. B. 1775.



TITVLVS III.

DE
S C T O T E R T V L L I A N O .

§. 450.

De matris successione.

Mater liberis non succedebat, cum nec inter *agnatos* esset, nec liberos in *potestate* haberet. Quod enī iniquum videretur, Scto Tertulliano cāvebatur: 1) vt mater tantum, quae iure trium vel *quatuor* liberorum gauderet, succederet; 2) vt eo demum casu succederet, si liberi descendentes non reliquissent, nec pater vel fratres *consanguinei* ad essent, quippe qui omnes matri *praeponebantur*. Quae tamen Iustinianus ita mutauit, vt et mater *nullo* liberorum iure subnixa cum *fratribus* defuncti in portionem *virilem*, cum *sororibus* in partem *dimidiam* admitteretur. Quae omnia iterum iure nouissimo immutata sunt §. 1. — 5. I. h. t. Nov. II§. c. 2.

AVGD
TITV-

TITVLVS IV.
DE
SCTO ORPHITIANO.

§. 451.

De successione liberorum marri.

Sicut mater liberis non succedebat, ita nec liberi matri, nisi postea ex Scto Orphitiano, quo liberis, etiam vulgo quaeſitis, legitima matris data est ſuccelio. Quo tamen iure Nouellarum haud indigent liberi.

TITVLVS V.

DE

SVCCSSIONE COGNATORVM

§. 452.

Cognatorum ſuccelio.

Supra diximus, cognatos non vocatos eſſe ex XII. tabb. ad ſuccelionem ab intestato, ſed gentiles eos antecellſiſſe. Vnde cognati iure ſtricto plane non ſuccedebant. Ex aequitate tamen motus Praetor edicto VNDE COGNATI eos ad ſuccelionem admisit, quo tamen edicto hodie opus non eſt.

TITV-

TITVLVS VI.
DE
GRADIBVS COGNATIONVM.

§. 453.

Quae ad hunc titulum pertinent supra iam in titulo de nuptiis satis occupata sunt.

TITVLVS VII.

DE

SERVILI COGNATIONE.

§. 454.

Seruilis cognitio quid?

Seruilis cognatio est, quae intercedit inter personas seruilis conditionis. Ea impediebat quidem nuptias, sed nullum dabat ius succedendi. Iustinianus tamen constituit, ut parentes liberis, liberique parentibus post manumissionem succederent, postpositis patronis.

.VTIT

TTTV-

TITVLVS VIII.

DE

SVCCESIONE LIBERTORVM.

§. 455.

Succesio libertorum quae?

Patronus eiusque liberi ex XII. tabb. succedebant liberum ab intestato mortuo. Ergo testamento condito excludi patronus poterat. Postea vero ex edicto Pratoris, ex Lege Papia et Poppoea, denique ex constitutione Iustiniani certo modo patronis ius succedendi ex testamento datum est. Quae omnia cum hodie plane sint inutilia, plura ommittamus, quae cupienti dabit Heinecc. synt. ant. h. t. et com. ad L. Pap. Popp. L. II. c. 11.

TITVLVS IX.

DE

ADSIGNATIONE LIBERTORVM.

§. 456.

In regula omnes patroni praedefuneti liberi aequali iure in omnia omnium libertorum bona succedebant; nisi patronus vni ex liberis suis certum libertum adsignasset, cui is solus, exclusis fratribus, succederet.

DE

SUCCESSIONE AB INTESTATO

EX NOVELLA CXVIII.

§. 457.

Connexio.

Haec de veteri successione ab intestato, quam tam Iustinianus ita mutauit, ut nouam plane introduceret.

§. 458.

Nouae successionis fundamentum et diuiso.

Nouae successionis fundamentum est duplex. Alterum COGNATIO a) (non nexus familie), alterum SPECIALIS aliqua CAVSA. Hinc duplex successio. Altera COGNATORVM b) seu ORDINARIA; altera EXTRAORDINARIA seu SVBSIDARIA c).

- a) Recte obseruauit KOCHIVS §. 6. in Schol. nouam successionem non nisi *praesumto amore*. b) Quia vero adfines non sunt cognati, hinc nec succedunt, KOCH. §. 16. c) IDEM l. c.

I. DE

I. DE COGNATORVM SUCCESSIONE.

§. 459.

Principia generalia.

De cognatorum successione ante omnia obser-
vari debet:

I. *Iustinianum nouum quidem ORDINEM, non vero nouum succedendi MODVM introduxit; id quod praecipue quoad suos et emancipatos notari debet a).*

II. *Proximum cognatum EXCLVDERE remotiorem, nisi hic ex iure repraesentationis simul admittatur b).*

III. *Proximum tamen, qui succedit, CAPACEM esse debere c).*

IV. *Proximitatem computari ex regulis iuris CIVILIS, non ex computatione CANONICA d).*

V. *Nouum, quem Iustinianus introduxit, ordinem in eo consistere, ut omnes cognati in QVATVOR CLASSES diuidantur, quae sequentes sunt, et sequenti ordine se excipiunt:*

A) De-

A) Descendentium.

B) Ascendentium, fratum sororumue bilatera-
lium, eorumue, qui praemortui sunt, liberorum.

C) Fratrum sororumue vnilateralium, eorumue,
qui praemortui sunt, liberorum.

D) Reliquorum collateralium e)

a) KOCH. §. 6. p. 18. b) Nov. n. 6. c. 1. sqq. d)
§. 6. I. de leg. agnat. success. d) vid. supra §. 68
n. IV. e) KOCH. §. 19.

CLASSIS PRIMA
SUCCESSIONE DESCENDENTIVM
§. 460.

Generalia de descendentium successione principia.

De successione descendentium in genere nota:

I. In ea NON attenditur SEXVS discrimen. i. e.
filii et filiae, nepotes neptesue promiscue succedunt.

II. *Ipsa successio fit vel in CAPITA vel in STIR-
PES vel MIXTIM.*

A) Successio in CAPITA est, qua hereditas in
TOT diuiditur portiones, quot sunt PERSONAE suc-
cedentes; ita ut singula singulam accipiat portionem.

Cui

Cui successioni locus est, si OMNES descendentes sint
PRIMI gradus.

B) Successio in STIRPES est, quando TOTA stirps (i. e. omnes descendentes eiusdem parentis, qui non succedit) VNAME et EANDEM, quam IPSE parens accepisset, portionem nanciscuntur a). Fundamentum huius successionis est ius REPRAESENTATIONIS i. e. ius, quo descendentes ascendentis NON succendentis LOCVM occupant, seu, quo PERSONAM eius repraesentant, ut eius PORTIONEM hereditariam accipere possint b). Ascendens ipse vero non succedit, aut 1) quia vere mortuus est, aut 2) quia civiliter pro mortuo habetur, aut 3) qui successioni renunciavit eamue repudiauit. Primo et secundo casu iuri repraesentationis locum esse, non ambigitur; sed quoad ultimum dubitatur c). Ceterum nota de ipso repraesentationis iure: 1) quod semper obtineat inter descendentes legitimos; illegitimi enim tantum matrem, non patrem, repraesentant. 2) quod ei locus sit, si vel soli nepotes diuersarum stirpium, vel liberi primi gradus et nepotes ex liberis preceduntur SIMVL adint d). 3) quod, quoad descendentes, in infinitum obtineat i. e. datur repraesentatio repraesentationis e). 4) quod repraesentatio intelligenda sit de portione, in quam repraesentans succedit, non vero de iure succedendi. Hinc potest aliquis ex iure repraesentationis, et tamen simul ex iure proprio succedere; i. e. accipit tantum eam, quam defunditus, quem repraesentat, accepisset portionem, sed accipit eam iure proprio f).

C) MIXTIM denique succeditur (i. e. tam in capita, quam in stirpes simul) si liberi primi et ultioris gradus concurrant g).

III. *Descendentium varia sunt GENERA.* Dantur enim vel mere naturales, vel mere ciuiles, vel mixti, vel spirituales h).

A) MERE NATVRALES sunt *liberi illegitimi*.
NON legitimati; quos iterum varii generis esse §.
76. in not. lit. d. monuimus.

B) MERE CIVILES dicuntur *liberi ARROGATI*
et ADOPTATI.

C) MIXTI sunt *liberi tam ex IVSTIS nuptiis*
procreati, quam LEGITIMATI. Priors, vel NA-
SCITVRI sunt tempore mortis parentis, vel iam
NATI, vel ex EODEM vel ex DIVERSIS matrimo-
niis, vel ex VERO vel ex PVTATIVO matrimonio.
Quoad gradum sunt porro: vel in PRIMO vel in
VLTERIORI gradu constituti. Denique vel SVI
funt vel EMANCIPATI. Posterores vel per SVB-
SEQVENS MATRIMONIVM, vel per RESCRI-
PTVM PRINCIPIS, hocque casu vel *plene* vel *minus*
plene legitimati sunt.

D) SPIRITVALES sunt *liberi in S. baptisme*
fuscepti.

- a) Nov. 118. c. i. b) cf. GE. AD. STRVII tr. de
iure. repraef. Ienae 1757. 4. c) KOCH. §. 12. reg.
2. §. 78. pag. 129. §. 102. pag. 156. seqq. d) IDEM
Auct. IV. p. 281. Sqq. COCCEII diff. de success. nepot.
in Ej. exerc. cur. Vol. 1. e) §. vlt. I. de hered. que
ab int. f) IO. SAM. FR. BOEHMERI diff. de nepot.
iure proprio succed. Sect. I. §. 7. g) Nov. 118. c. I.
h) l. 4. §. 2. ff. de grad. l. 26. C. de nupt.

§. 461.

Speciales de descendantium successione regulae.

Iam nota speciales regulas:

A) Descendentes MERE NATVRALES seu ILLEGITIMI, et quidem:

I. NATVRALES in specie, *matri maternisque succedunt adscendentibus, tanquam legitimi; patri non succedunt, nisi, deficiente eius legitima coniuge aut sobole, in sextantem cum matre diuidendam a).*

II. SPVRII et VVLGO QVAESITI *matri, nisi illustris sit, et liberos legitimos habeat, maternisque adscendentibus, minime vero patri succedunt b).*

III. ADVLTERINI et INCESTVOSI *neutri parenti succedunt; nisi unus concubentium in bona fide fuerit. Alias ne alimentis quidem digni videntur, quod tamen nonnulli de alimentis tantum patris intelligunt c).*

B) Descendentes MERE CIVILES, et quidem:

I. ARROGATI tam patri *arrogatori, eiusque adscendentibus, qui in arrogationem consenserunt, quam patri matrique naturali, eorumque adscendentibus succedunt, iure nimirum novo cognitionis vinculo per emancipationem non sublato.*

II. ADOPTATI 1) *plene, constante adhuc adoptione patri adoptiō succedunt; 2) Minus plene adoptati durante adhuc adoptione utriusque parenti, tam naturali quam adoptiō; ea vero soluta soli naturali*

turali succedunt. Id, quod simul de adoptatis a feminis dici debet d).

C) Descendentes ex IVSTIS nupiis geniti, et quidem:

I. NASCITVRI aequae ac iam nati succedunt, si intra *legitimum post mortem patris tempus*, et *vitales nascuntur e*).

II. NATI ex EODEM matrimonio *utrique promiscue* succedunt parenti *f*).

III. Quoad liberos DIVERSARVM nuptiarum distingue: Aut parens *proprius* aut *communis* mortuus est. Si prius, *eius liberi soli* succedunt, exclusis, qui ex altero parente nati sunt, liberis. Sin posterius, liberi *communes* aequaliter *omnes* succedunt, exceptis, quae ab uno alteroue coniuge ad defunctum peruererunt, bonis; quippe in quae liberi *huius coniugis soli* succedunt *g*).

IV. NATI ex matrimonio PVTATIVO pro *legitimis* habentur, adeoque *utrique* parenti succedunt, licet *vnu* tantum in bona fide fuerit *h*.)

V. Liberi PRIMI gradus in *capita*, NEPOTES PRONEPOTES in *stirpes* succedunt, siue *soli* sint, siue cum *liberis* primi gradus concurrant, siue *vniuersitatem* siue *diuersarum stirpium* sint *i*).

VI. Liberi SVI et EMANCIPATI iure nouissime *aequaliter* succedunt, modo *hi*, quae forte a parente *vnu* acceperint, *conferant*, hereditatemque *adeant k*).

D) Descendentes LEGITIMATI, et quidem:
D)

I. Per SUBSEQVENS MATRIMONIVM aequae
ac liberi legitimi vtrique parenti succedunt l).

II. Per RESCRIPVTM PRINCIPIS 1) plene le-
gitimati vtrique parenti succedunt, vt legitime nati,
modo tempore legitimatis nulli adfuerint legitime
nati, nisi in rescripto principis clausula: non obstan-
tibus legitimis, contineatur, quo casu promiscue suc-
ceditur, licet sint, qui legitime natis legitimam prae-
cipuam esse statuant m). 2) Minus plene legitimati
manent illegitimi quoad successionem, hincque soli
matri, vt supra vidimus, succedunt n).

Denique nota: cognationem spiritualem impe-
dire quidem nuptias, sed nullum tribuere ius suc-
dendi o).

- a) Avth. licet C. de nat. lib. Nov. 18. c. 5. Nov. 89. c. 12.
 §. 4. De usu huius sextantis in germ. vid. omn. KO-
 CHIVS. §. 33. cui add. WERNHER. Obs. part. IV. n.
 59. BEHMERI ius nov. contr. n. 32. SIEBENKEES
 iur. Magaz. Band. II. n. 8. b) §. 4. I. de success.
 cogn. §. 3. I. l. 5 C. ad sect. Orpb. l. 2. ff. unde cogn. c)
 Nov. 89. cap. ult. KOCHIVS §. 35. a. b. VOOR-
 DAE interpr. iur. Roin. L. III. c. 14. d) §. 7. I. l.
 10. pr. §. 1. 2. 5. C. de adopt. e) l. 30. §. 1. ff. de
 adq. her. l. 141. de V. S. OELZE commendat. de partu
 viuo vitali aut non vitali, praeципue ratione transmiss.
 hered. Ienae 1769. f) Nov. 118. c. 1. g) l. 3.
 C. de sec nupr. Nov. 22. c. 23. KOCHIVS §. 24. h)
 IDEM. §. 26. i) vid. §. 460. p. 305. k) Nov. 118. c.
 1. G. L. BOEHMERI diff. de discr. suor. ex emanct. rat-
 succ. subl. in Elect. T. I. 111. ff. de collat. Emancipatos
 enim non ipso iure succedere, recte cum aliis obser-
 vat KOCHIVS §. 6. l) l. 10. C. de nat. lib. Nov. II.
 c. ult. Nov. 18. c. ult. Nov. 89. c. 8. m) KOCHIVS
 §. 29. AYRERI diff. de rescripto legitimatis pleniss.
 effectum tribuente, licet liberi legitimi adsint Gott. 1748.
 GE. SAM. MADIHN. diff. de legit. in success. cum legi-
 mar. Halae 1755. KOCHIVS §. 29. n) IDEM §.
 30. o) IDEM §. 28.

CLASSIS SECUND A.

§. 462.

Qui ad classem secundam referantur?

Deficientibus descendantibus succedit classis *secunda*, ad quam pertinent I. ADSCENDENTES: II. FRATRES SORORESQUE BILATERALES SUPERSTITES et III. FRATRVM SORORVMVE BI-LATERALIVM PRAEMORTVORVM PRAEMORTVARVMVE LIBERI.

§. 463.

Regulae huius classis generales.

Iam sequentes nota regulas generales:

I. *Inter ADSCENDENTES exulat ius REPRAESENTANDI, quia semper PROXIMIOR excludit REMOTIorem.* Ergo solus pater vel sola mater defuncti excludit totam lineam auitam a).

II. *Ascendentium et descendantium successio est RECIPROCA.* Excipe 1) liberos ex matrimonio putatio natos, quippe qui parenti in mala fide verfanti succedunt, licet hic illis non succedat b). 2) patrem extraneum adoptantem, qui filio adoptio non succedit, licet hic illi succedat, c) 3) patrem arrogatorem, cui filius impubes succedit, sed ille non succedit d) 4) feminam adoptantem, quae adoptato non succedit e) 5) matrem illustrem, quae illegitimis succedit indistincte f).

III.

III. *Adscendentes succedunt in LINEAS, si SOLI
sint, et in CAPITA, si cum COLLATERALIBVS con-
currant; fratres sororesue superfites in CAPITA; eo-
rumque praemortuorum liberi PRIMI gradus ex iure
REPRAESEN ATIONIS in STIRPES; nepotes enim
eorum ad quartam classem pertinent g).*

- a) Nov. 118. c. 2. b) HERTIVS de matr. put. §. 22.
23. in Opusc. Vol. T. I. c) l. 10. §. 1. C. de nupt. pr.
d) vid. supr. §. 461. e) KOCH. §. 67. f) STRYCK
de succ. ab int. diff. II. c. 1. §. 39. 44. g) Nov.
118. c. 2. KOCH. §. 44. 45.

§. 464.

Regulae speciales.

His praemissis, quae sequuntur, facile intelligi
possunt:

I. *Si adiunt SOLI adscendentes successio SEMPER
fit in LINEAS, proximiore remotorem excludente, ita
quidem, vt pater peculium profectum praecepit,
non vero vsumfructum peculii aduentiti ordinarii
retineat a). Sic: si filius reliquit patrem et matrem,
pater praecepit profectum, si quod adest, peculium,
reliqua hereditas inter patrem et matrem aequa lante
diuiditur. Aut: Filius reliquit patrem, auum auiamque
utriusque lineae. Pater solus succedit. Aut:
Nepos reliquit SOLVM auum auiamque VTRIVSQVE
lineae. Hereditas in duas partes diuiditur, quarum
altera peruenit ad auum auiamque lineae PATER-
NAE, altera ad auum auiamque lineae MATERNAE.*

II. *Si adiunt ADSCENDENTES et FRA-
TRES (sororesue) BILATERALES, succeditur in
CAPITA; ita tamen, vt patri non competit vsum
fru-*

fructus portionis ad defuncti fratrem deuolutae b). Sic si defunctus reliquerit patrem, matrem, et duos fratres bilaterales, hereditas in quatuor aequales partes diuiditur.

III. Si adfunt ADSCENDENTES et fratum PRAEMORTVORVM LIBERI, illi in CAPITA et hi in STIRPES succedunt c). Sic: si defunctus reliqueait patrem, matrem, duos liberos ex fratre primo et alios duos ex fratre secundo praedefuncto, hereditas in quatuor diuiditur partes, quarum primam pater, alteram mater, tertiam liberi primi, et quartam liberi praedefuncti secundi fratris accipiunt.

IV. Si adfunt ADSCENDENTES, FRATRES SVPERSTITES, FRATRVMQVE praemortuorum LIBERI, illi in CAPITA, hi in STIRPES succedunt d). Sic: si defunctus reliquerit patrem, matrem, duos fratres, duos liberos ex primo, aliosque duos ex secundo fratre praedefuncto, hereditas in sex portiones diuiditur.

V. Si SOLI fratres sororesque bilaterales adfunt succeditur in CAPITA.

VI. Si adfunt fratres SVPERSITES fratumque PRAEMORTVORVM LIBERI, illi in CAPITA, hi in STIRPES succedunt e).

VII. Si SOLI adfunt fratum PRAEMORTVORVM LIBERI, in CAPITA succeditur f).

- | | | |
|---------------------------------|------------------------------------|----|
| a) Nov. 118. c. 4. KOCH. §. 47. | b) Nov. 118. c. 2. | c) |
| Nov. 127. c. 1. | d) Nov. 118. c. 2. Nov. 127. c. 1. | |
| e) cit. Nov. 127. c. 1. | f) KOCH. §. n. III. p. 96. | |

Nota:

Nota: Quaeritur, quinam dicantur fratres GERMANI seu BILATERALES. In genere tales esse, qui ex IISDEM parentibus nati sunt, omnes fatentur. Ita enim Caius l. 2. ff. unde cognati: Hac parte, inquit, Proconsul naturali aequitate motus omnibus cognatis promittit bonorum possessionem, quos SANGVINIS ratio vocat ad hereditatem, licet iure ciuili deficiant. Itaque etiam VVLGO QVAESITI liberi marries et mater talium liberorum, item ipse FRATRES INTER SE ex hac parte honorum possessionem petere possunt, quia sunt INVICEM SIBI cognati. Porro Iustinianus §. 4. I. de success. cogn. VVLGO QVAESITOS, inquit, nullos babere adgnatos manifestum est, cum agnatio a patre sit, cognatio a matre, bi autem nullum patrem babere intelligatur. Eadem ratione INTER SE quidem possunt videri consanguinei esse. Tantum ergo cognati sunt SIBI, sicut et matri. Deinde in Nov 118. c. 2. exceptis solis fratribus ex VTROQVE parente coniuncti defuncto. Et deinceps: si vero cum ascendentibus inueniantur fratres ex VTRISQUE parentibus coniuncti defuncto. Et Cap. 3. si defunctus neque ascendentes neque descendentes reliquerit, primos ad hereditatem vocamus fratres ex EODEM PATRE et EADEM MATRE natos. His autem non existentibus, in secundo ordine illos fratres vocamus, qui ex VNO parente defuncto coniuncti sunt, sive per parem SOLVM sive per MATERM. Quae etiam repetuntur Nov. 127. c. 1. Ut igitur BILATERALES sint, fratres defuncto ex VTROQVE parente coniuncti; et VNILATERALES, fratres ex VNO parente, sive ex SOLO PATRE, sive ex SOLA MATRE defuncto coniuncti. Sed in successionis argumento ita non satis adaequate et adaccurate, docet Cel. KOCHIVS lib. laud. §. 69. qui, Germani fratres, inquit, sororesque hoc loco sunt fratres sororesque ex iisdem parentibus nati, VTRINQVE quoad SVCCESSIONEM LEGITIMI. Virisque legitimi ex iisdem parentibus hoc loco sunt: qui tam a parte PATRIS, quam a parte MATRIS successionis ab intestato PLENE capaces existunt. — Vera ergo, pergit, est propositio: fratres germani EVNDEM patrem et matrem habent. Sed converti non potest, ut scil. ii., qui EVNDEM patrem et matrem agnoscunt, statim sine GERMANI in sensu IVRIS.

Nota 2. Non tamen omnes praemortuorum fratum liberi succedunt, sed ii tantum, qui nec generatim, nec in specie a successione patris exclusi sunt. Vnde v. g. adoptati non succedunt fratri praedefuncti patris adoptini, nec illegitimi succedunt fratri praedefuncti patris illegitimi. Koch. §. 77.

CLASSIS TERTIA.

§. 465.

Connexio.

Si nec descendentes nec fratres bilaterales eorumque liberi adsint, sequuntur fratres VNILATERALES, eorumque LIBERI. Qui vero fratres unilateralis sint §. praec, dictum est.

§. 466.

Regulae huius classis.

De ratione succedendi in hac classe sciendum:

I. Si SOLI adsint fratres sororesque unilaterales, successio fit in CAPITA.

II. Si SOLI adsint fratum unilateralium praemortuorum LIBERI, aequa in CAPITA succeditur.

III. Si fratres unilaterales SVPERSTITES, fratumque praemortuorum LIBERI concurrant, illi in CAPITA, hi in STIPRES succedunt. Nepotes tamen fratum praedefunctorum in hac classe non succedunt.


IV.

IV. Si frater BILATERALIS et VNILATERALIS concurrant, ille, quia ad SECUNDAM classem pertinet, huic PRAEPONITVR.

V. Si LIBERI PRAEDEFVNCTI fratris BILATERALIS et frater VNILATERALIS adsint, illi aequae PRAEPONVNTVR, quia ad secundam classem pertinent.

VI. Si frater BILATERALIS et LIBERI fratris VNILATERALIS praedefuncti concurrunt, hi EXCLVDVNTVR, quia ad tertiam, ille vero ad secundam classem pertinet. Nov. 118. t. 3.

VII. Ius REPRAESENTANDI liberorum fratrum VNILATERALIVM non extenditur ad NEPOTES, hinc hoc casu non datur repraesentatio repraesentationis, sed nepotes praemortuorum fratrum succedunt qua cognati quartae classis. KOCH. §. 79. sqq. DE TOVLIEV collect. no. 13.



CLASSIS QVARTA.

§. 467.

Continuatio.

Si ne vnilaterales quidem fratres eorumue liberi adsint, reliqui COLLATERALES succedunt; de quorum successione haec nota:

I. Non OMNES, sed MIXTI tantum cognati succedunt a).

III.

II. *Iure nouo NON distinguitur inter AGNATOS et COGNATOS b).*

III. *Proximior EXCLVDIT remotiorem.*

IV. *Plures EIVSDEM gradus succedunt in CAPI-
TA, nulla habita BONORVM DIVERSITATIS ra-
tione.*

V. *Succedunt in INFINITVM c).*

a) Sic habe: 1) MERE NATVRALIS cognatio *nullum* plane dat ius succedendi. Hinc *illegitimi* liberi nec ipsi *patri* nec eius *adscendentibus* aut *collateralibus* reliquiae cognatis succedunt, nec hi illis. At *Matri maternisque* cognatis succedunt, quia ratione eorum sunt cognati; hinc et materni cognati succedunt *illegitimi*. II) MERE CIVILIS cognatio tribuit, quoad lineam *paternam*, ius *succedendi* soli *patri* adop*tio*n*is*, non vero in regula eius *cognatis*; unde nec hi adoptiu*s* succedunt; at quoad lineam *maternam* NVLLVM plane in regula dat ius succedendi. 3) cognatio SPIRITALIS NVLLAM, neque quoad lineam *paternam*, neque quoad *maternam*, efficit *successionem*, quae omnia ex hac*tenuis* dictis clara sunt. b) Nov. 118. c. 3. §. ii et §. 4. c) KOCH. §. 99. Sqq.

§. 468.

Proponuntur quaestiones speciales.

Vidimus huc usque quo ordine et qua ratione singulae classes succedant. Sed supersunt adhuc variae quaestiones.

Prima: *Quo modo CLASSIS CLASSEM excludat?*
 En regulam: *Classis antecedens SEMPER excludit se-
quentem, i. e. quamdiu persona capax, licet unica, in
praecedente classe adest, successio non deuoluitur ad
sequentem classem, licet in ea adsit persona proximior
aut aequalis.* Sic v. g. *Caius decedit relatio filio et pa-
tre.* Ille succedit, hoc excluso; quia filius est de-
cen-

scendens adeoque ad primam, pater vero est ascendens adeoque ad secundam classem pertinet, licet uterque, filius et pater, gradu aequali a defuncto distent. Aut: Caius dedit reliquo filio praemortui fratri bilateralis et superflite fratre unilaterali. Ille aequa succedit, hoc excluso; quia ille ad secundam, hic vero ad tertiam classem pertinet, licet hic defuncto sit proximior.

Altera quaestio: *Quo modo cognati EIVSDEM classis se excludant?* En distinctionem: I. Si omnes eiusdem classis cognati CONVNCTIM ad successionem vocantur, omnes SIMVL succedunt, nulla proximitatis habita ratione. Sic v. g. in prima classe omnes descendentes coniunctim vocantur. Hinc nepotes ex iure representationis simul succedunt cum defuncti liberis primi gradus, licet sint remotores. Porro in secunda classe ascendentes proximiores, fratres bilaterales et praemortuorum fratum liberi coniunctim vocantur. Hinc praemortuorum fratum liberi simul succedunt, quamvis sint uno gradu remotores, quam fratres superstites. Si vero II. Omnes DISIVNCTIM seu SVCESSIVE vocantur, PROXIMVS PRAEFERTVR reliquis. Sic v. g. in secunda classe ascendentes disunctim succedunt. Hinc pater defuncti aut mater excludit auum aut proauum utriusque lineae. Porro in quarta classe reliqui cognati disunctim vocantur, hinc semper proximus excludit remotorem.

vid. KOCH. §. 20. p. 45 Sqq.

§. 469*

De incapacitate proximi.

Porro diximus, succedentem debere esse capacem (§. 329. sq.) Quid vero si incapax fuerit? Videntur

dum est, utrum incapacax SOLVS in hac classe fuerit, an vero PLVRES adsit. Si prius, succedit classis sequens, extincta quippe praecedente classi. Sin posterius, succedunt reliqui eiusdem classis cognati, quibus portio incapacis adcrevit, quia haec classis nondum extinta est. Sic: si Caius decesserit, reliquo unico filio incapaci, succedit classis sequens. Sin vero decesserit reliquo pluribus liberis, quorum unus incapacax est, successio manet penes reliquos liberos. Nisi aliquis extraneus adsit, ad quem ex speciali causa portio incapacis peruenire possit.

Vid. KOCH. §. 20. p. 47. verb. *si omnino.*

§. 470.

Quid si proximus deficerit?

Si proximus in ea, quae succedit, classe defecerit, proximus gradus sequens eiusdem classis ex EDITO SUCCESSORIO admittitur, licet in sequenti classe proximior adsit; nisi obstat vel transmissionis vel repraesentandi vel adcreendi ius.

§. 471.

Quando heres deficiat?

Deficit autem heres hoc loco dupliciti casu. Primo, quando ante hereditatis additionem DECESSERIT. Deinde cum hereditati RENVNCIAVERIT.

§. 472.

De primo casu.

Quod mortem heredis attinet, distingue, utrum heres SVVS, an EXTRANEVS decesserit. Si prius, proximus gradus sequens non admittitur, sed hereditas, vel eius pars, peruenit ad deficientis heredes ex

ex iure *transmissionis*, siue deficiens *ante*, siue *post* aditionem decesserit, quia heres suus hereditatem etiam *non aditam* transmittit ad heredes (§. 370.) Sin posterius, iterum distingue, vtrum *post*, an *ante* aditionem decesserit. Illo casu hereditas ad *suos heredes* transmittitur, cessante edicto successorio et iure ad crescendi. Hoc casu mox edicto successorio, mox iuri ad crescendi, mox denique iuri repraesentandi locus esse potest, prout deficiens vel descendens, vel adscendens, vel collateralis defuncti fuerit. Hinc nota, quae sequuntur:

I. Si deficiens DESCENDENS fuerit, (veluti filius *emancipatus*) interest, vtrum *liberos nepotesue reliquerit*, an non. Si illud, ad liberos nepotesue vacans portio ex iure *repraesentandi* peruenit, omnibus tam in *eadem*, quam in sequente classe exclusis. Exemplum: *Caius reliquit filium Primum, Secundum et Tertium. Primus decedit relictis liberis, En! Portio eius vacans ad hos liberos ex iure repraesentationis peruenit, non ad fratres, Secundum et Tertium. Sin hoc, nempe si nullos liberos nepotesue reliquerit, iterum distingui debet, vtrum deficientis fratres sororesue, eorumue praemortuorum liberi adsint, an non. Si enim fratres sororesue adsint, ad eos devoluitur portio vacans ex iure ad crescendi. Quod si liberi praemortuorum fratrum adsint, iisque soli, hi accipiunt portionem vacantem ex edicto successorio, exclusa classe sequente. Quod si denique deficiens fratres superstites et liberos fratris praedefuncti simul reliquerit, illi partem portionis vacantis ex iure ad crescendi, hi vero alteram partem ex iure repraesentationis accipiunt. Veluti: Caius reliquit filium Primum, Secundum et Tertium. Primus decedit nullis liberis vel nepotibus relictis. Secundus superstes est.*

Ter-

Tertius praedeceſſit reličio filio. En! *Secundus accipit partem portionis vacantis ex iure adcreſcendi,* et filius *Tertii alteram ex iure repreſentandi nanciscitur,* quia eius pater, si vixiſſet, eandem accepiffeſſet. *Hacc de caſu,* si defiſientis fratres vel *praemortuorum fratrum liberi adfuerint.* Quibus omnibus non extantibus, ſuccedit classis *sequens.* Veluti: *Caius reliquit patrem et filium emancipatum.* Succedit filius ex prima claſſe. Eo vero ante additionem defuncto, ſuccedit nunc Caii pater.

II. Si defiſiens **ADSCENDENS** fuerit, ſuccedit gradus *sequens* ex edicto *successorio*, niſi in *eodem*, in quo defiſiens fuit, igradu ſuperſit adhuc aliquis. Tunc enim ad *hunc deuoluſit portio vacans ex iure adcreſcendi.* Sic! Caius reliquit patrem, matrem et auum. Auus, tanquam remotior excluditur; adeoque ſuccedit pater et mater. Pater deficit. En matri adcreſcit defiſientis portio, excluſo auo.

III. Si defiſiens **FRATER** defuncti fuerit, aut plures eiusdem fratres, vel *liberi praemortuorum fratrum adſunt, aut non.* Illo caſu ad fratres ſuperſtitieſ aut *prae defunctorum liberos ex iure adcreſcendi et repreſentandi deuoluſit portio vacans.* Hoc caſu ſuccedit classis *sequens.* Id quod etiam obtinet, si fratres *nepotes solor reliquerint, ceſſante quippe in linea collaterali, quoad nepotes, repreſentationis iure.*

IV. Sin denique defiſiens **VLTERIOR collateralis** fuerit, proximus *gradus sequens ex edicto successorio admittitur, niſi iterum in eodem, in quo defiſiens fuit, gradu aliquis adſit, ad quem ex iure adcreſcendi deuoluatur portio vacans.* Hinc ſi v. g. duo

duo cognati aequali gradu adsint, uno deficiente, alteri ad crescit portio, excluso gradu sequente, quia semper proximior praefertur remotiori.

III. SEGERI diff. de edit*success.* Lips. 1769. KOCH. §.
162. Sqq.

§. 473.

De renunciarione heredis.

Haec de prima, qua heres deficit, specie. Sequitur altera, quando heres *renunciauerit* hereditati. Quo quidem casu iterum distingue: I. Si repudians in eo gradu *solus proximus* fuerit, succedit proximus gradus *sequens ex edito successorio*, exclusis repudiantis liberis, iure quippe repraesentandi eo casu celsante, nisi magis contraria tibi arrideat opinio. II. Sin vero plures *eiusdem*, quo renuncians, gradus fuerint, his ex iure *ad crescendi* adquiritur repudiantis portio.

cf. omn. KOCHIVS P. 138. et 158.

§. 474.

De cognatis duplicitibus.

Ceterum potest cognatus duplici aut triplici vinculo coniunctus esse defuncto. Quo casu et duplum triplicemue hereditatis partem accipere posse videtur. cf. KOCHIVS Au&tar. III.

§. 475.

DE SVCCESSIONE EXTRAORDINARIA.

Praeter cognatos ad alios quoque deuoluitur successio, ad quos pertinet 1) socius liberalitatis *imperialis* a) 2) coniux superstes *pauper*, si defunctus locuplex fuerit b) 3) collegia et corpora hoc *priuilegio*

gio subnixa c) 4) qui curam furiosi ab heredibus ab intestato neglegit habuerunt d) 5) ultimo loco fit scus e).

- | | |
|---|----------------------------|
| a) l. vn. C. si liber. imper. | b) Nov. 53. c. 6. Nov. u7. |
| c) §. Avib. Praeterea C. unde vir et vxor | c) l. 20. C. |
| de episc. et cler. l. 2. C. de hered. decur. | d) Nov. 115. |
| e) §. 12. e) l. 1. pr. ff. de success. editio l. 1. 4. C. | |
| de bon. vacant. l. 1. §. 2. ff. de iure fisci. Vid. KOCH. | |
| §. 107. Sqq. | |



TITVLVS X.

DE

BONORVM POSSESSIONE.

§. 476.

Iam supra §. 297. obseruatum est, successionem vel ex iure ciuili oriri, vel ex editio Praetoris. Praetores enim aequitate moti ius ciuale strictum et iniquum saepius emendare, corrigeret et supplere solebant. Ut ne tamen contra ius ciuale edicere viderentur, nouis vtebantur vocabulis; ad quae et BONORVM POSSESSIO, de qua loquimur, pertinet et quae igitur est hereditas seu ius succedendi ex editiis Praetorum competens.

CONTIVS in Opp. RONCHEGALLI interpret. ad. b. r.
Vener. 1580. 8. DONELLI comm. iur. ciu. L.
VII. c. 14. STRYCK. de suec. ab int. diffl. IX. TVRINI
diffl. de B. P. usu hodierno, Erf. 1771.

§. 477.

§. 477.

B. P. Quotuplex.

De eius diuisionibus nota:

I. Praetor eam dat: 1) vel personis iure *civilis* plane a successione *exclusis* 2) vel eo iure haud exclusis, ita tamen, ut bonorum possessione simul vti queant 3) vel certis personis, quae querela *inofficiose* vti cupiunt. Hinc respectu *specialis* finis priori casu EMENDANDI et SUPPLENDI; posteriori CONFIRMANDI *iuris*; ultimo casu LITIS ORDINANDAE causa dicitur a).

II. Praetor eam dat vel immediate ex EDICTO vel mediate ex DECRETO. Hinc EDICTALIS est quae personae iure *civilis* a successione *exclusae* ita datur, ut STATIM ex edito Praetoris, sine SPECIALI eius DECRETO, eam petere possit; Et DECRETALIS dicitur, quae competit ex speciali decreto personae, iure *civilis* a successione non quidem *exclusae*, sed cui de iure succedendi CONTROVERSIA mota est b).

III. EDICTALIS iterum vel ex edito Praetoris datur, vel ex lege *civilis*. Si prius, ORDINARIA seu PROPRIA; sin posterius EXTRAORDINARIA seu IMPROPRIA dicitur c).

IV. Praetor dat bonorum possessionem, vel, quando is, de cuius successione queritur, ab intestato, vel quando testatus decepit. Vnde bonorum possessio vel AB INTESTATO vel TESTATO datur. Prior est quae iis competit, qui a successione AB INTESTATO stricto iure EXCLVDVNTVR. Posterior autem duplex est; vel quae SECUNDVM TABV-

TABVLAS vel quae CONTRA TABVLAS datur
*Illa est, quae datur heredi SCRIPTO in testamento iure
 ciuili scribito INVALIDO. Haec est, quae datur heredi AB INTESTATO, rescripto testamento iure scribito VALIDO d).*

- a) pr. §. i. I. b. t. l. 6. in fin. l. 7. ff. de inoff. test. b)
 Qualis est, quae ventris nomine et ex editio Carbonia-
 no datur. l. I. pr. l. 3. ff. de Carb. editio tit ff. de ven-
 tr. in poss. mitt. KOCH. de success. ab int. §. 122. c)
 §. 4. I. l. 6. §. I. ff. b. t. d) §. I. 2. I. l. 6. §. I.
 ff. b. t.

§. 478.

De B. P. ab intestato.

Quae AR INTESTATO dabatur, quadruplex est
iure nouissimo Praetorio a). Nimirum:

PRIMA ex editio VNDE LIBERI, quae datur
 liberis EMANCIPATIS iure ciuili a successione ab inte-
 stato exclusis. Sed cum ipso iure ciuili nouissimo
 emancipati aequa ab intestato succedant, ac sui; pa-
 tet eam hodie non esse necessariam. *Nov. 118. c. I.*

ALTERA ex editio VNDE LEGITIMI; qua
 vocabantur omnes agnati, qui ex legibus heredes esse
 poterant, si bonorum possessionem peterent, *tit. ff.*
vnde legit.

TERTIA ex editio, VNDE COGNATI. Hi
 enim ex XII. tabb. non vocabantur ad successionem
 ab intestato. (Vid. supra Tit. V.) Sed sublato Nov.
 118. c. 4. agnatorum cognatorumque in successione
 ab intestato discriminé, patet eam hodie quoque esse
 inutilem.

VLTI.

VLTIMA, ex edicto VNDE VIR ET VXOR, dabatur viro et vxori, qui tempore mortis in iusto vixissent matrimonio, si deficerent cognati b).

- a) Iure enim antiquo plures dabantur: veluti ex edicto
vnde decem personae; qui ex familia, unde patroni; unde
cognati manumissores, quas omnes sustulit Iustinianus
§. 4. I. b. t. ibique VINNIUS. b) §. 3. I. b. t.
tit. ff. et C. unde vir et vx. KOCH. de succ. ab int. §.
122. Sqq.

§. 479.

De B. P. contra et secundum tabulas.

TESTATO datur bonorum possessio, et
quidem:

A) SECVNDVM tabulas: 1) heredi scripto in
testamento septem testium signis obsignato a) 2) he-
redi scripto in testamento iure stricto infirmato, si
causa, ex qua infirmatum est, viuo adhuc testatore
iterum cessauerit b) 3) si duo extant testamenta, nec,
quod nam posterius sit, constet c) 4) heredi sub con-
ditione adfirmativa instituto, ea pendente d).

B) CONTRA tabulas: liberis emancipatis a pa-
tre praeteritis e).

- a) l. 7. ff. de bonor. poss. sec. tab. b) Quod sit 1) si
filius suus, vel iam natus vel posthumus, in testamento
praeteritus viuo testatore aut deceperit, aut prae-
teritionem ratibabuerit l. u. pr. ff. de iniusto test. AVE-
RAN. interpr. L. I. c. 10. II. 2) si testamentum capi-
tis, quam testator passus est, diminutione irriterum fa-
ctum, testator autem tempore mortis restitutus fuerit
in pristinum statum, §. 6. I. quib. mod. test. infirm. l. u.
§. 2. de B. P. sec. tab. 3) si testator posterius testamen-
tum inciderit ea mente, ut prius relinqueret, l. II. §.
2. ff. eod. c) l. I. §. 6. ff. eod. d) l. 6. ff. eod.
e)


e) §. 3. I. de exher. lib. I. 1. §. 6. ff. de B. P. contra
tab. RETES de b. p. contr. tab. in MEERM. thes. T.
VI. SARTORII diff. de b. p. c. 1. Lips. 1775.

§. 480.

De tempore petendi B. P.

Omnis hae bonorum possessiones peti debent
intra certum tempus, quod liberis et parentibus est
annus utilis, reliquis vero centum dies utiles.

§. 4. 6. I. b. t. l. 1. §. ff. de success. edit. Tempus enim
est vel UTILE vel CONTINVM, tum ratione initii,
a quo currere incipit, tum ratione modi, quo cursus
eius computatur. cf. RVECKERI diff. de civili et natu-
rali computatione temporis in iure. L. B. 1749. 8. KOCH.
de success. ab int. §. 128. Ceterum de diuersis opinio-
nibus ratione temporis liberorum cf. KOCHIVS lib.
laud. §. 128. Sq.



TITVLVS XI.

DE

ADQVISITIONE PER ARROGATIONEM.

§. 481.

De tertio modo adquirendi vniuersali.

Tertius per vniuersitatem adquirendi modus olim
erat arrogatio, qua patri arrogatori omnia ar-
rogati bona adquirebantur, quamvis ex debito eius
ipso iure conueniri non posset. Quod tamen Iusti-
nianus ita mutauit, ut arrogator viuo arrogato-
vsum-

vsumfructum tantum in arrogati bona haberet, simulque a creditoribus arrogati omnino posset conueniri, quem si defendere nolle, creditoribus bona arrogati, quorum *vsumfructum* pater habiturus fuisset, possidere liceret, §. vlt. I. h. t.

TITVLVS XII.
DE
EO, CVI LIBERTATIS CAVSA BONA
ADDICVNTVR.

§. 482.

Quartus modus vniuersalis.

Quartus adquirendi modus vniuersalis erat *additio bonorum libertatum seruandarum causa*. Quodsi enim testator obaeratus esset, heres scriptus destituebat testamentum; quo facto bona defuncti creditoribus eius veniebant, sive libertates, eo testamento forte relietae, simul corruabant. Quod ne fieret, D. Marcus constituit, ut, libertatum reliatarum seruandarum causa, vel seruis manumissis, vel vni eorum vel etiam extraneo omnia defuncti bona addicerentur, modo satisdaretur creditoribus de solido soluendo, seruique ex testamento manumitterentur. §. 2. I. h. t.

TITVLVS XIII.

DE

SVCCESIONIBVS SVBLATIS, QVAE
FIEBANT PER BONORVM VENDITIO-
NEM ET EX SCTO CLAVDIANO.

§. 483.

Quintus modus.

Quintus modus adquirendi vniuersalis erat SE-
CTIO vel VENDITIO BONORVM. Si quis
enim insolendo esset, creditores mittebantur in de-
bitoris bona, quae a Praetore per magistratum di-
strahebantur, vniuersaque emtori addicebantur, qui
tanquam successor vniuersalis aes alienum in soli-
dum soluere aut cum creditoribus transigere debe-
bat. Sed iure nouo creditores ipsi de bonis debito-
ris possessis pro labitu disponunt, cessante bonorum
additione. *pr. I. h. t.*

§. 484.

De Scto. Claudio.

Postremus adquirendi modus vniuersalis siebat
ex Scto. Claudio, quo cautum erat, ut libera
mulier, seruili bacchata amore, quae post trinam de-
nunciationem in eo contubernio perseuerasset, ser-
va fieret eius dominii, cuius seruo succubuisset.
Quod tamen Iustinianus sustulit, *l. vn. C. de Scto.*
Claud. toll.

DE

DE IURE PIGNORIS.

§. 485.

Connexio.

Haec de tribus iuris in re speciebus. Sequitur quartam, seu IVS PIGNORIS; de quo hoc loco, licet a Iustiniano omisum sit, pauca addamus.

§. 486.

Pignus quid?

PIGNVS hoc loco a) est *ius creditoris in pignus competens b)*. Ab eo differt HYPOTHECA c)

- a) Alias quoque pignus sumitur 1) pro *contractu*, quo pignus creditoris promittitur 2) pro *re ipsa* creditoris oppignorata. b) cf. FR. BALDVINVS de *pign. in HEINECCII iurispr. Rom. et Att. T. I. NEGVSANTIVS de pign. et hyp. saep. MARANVS ad tit. C. de pign. in Opp. T. II. BACHOVIVS de *pign. et hyp.* Frf. 1656. 4. DONELLVS de *pign er. hyp.* in Opp. prior. et Saepius FR. HOTTMANNVS de *pign.* WESTPHALIS *System. Erlaeut. der roem. Gesetze v. Pfandrechte,* Leipzig 1770. 8. ERXLEBEN. *principia de iure pign. et hyp.* Gott. 1779. 8. c) I. H. BOEHMERI diff. de *disverso pign. et hyp. iure in Exerc. ad Pand. T. III.**

§. 487.

Pignus quotuplex.

Pignus varie diuiditur. Haec tibi nota;

I. Pignus aut *cum* aut *sine* libera debitoris voluntate constituitur. Hinc ratione modi *constituendi* est vel VOLVNTARIVM vel NECESSARIVM.

X 5

II. VO.

II. VOLVNTARIVM iterum aut *conuentione* aut *testamento* constituitur. En pignus CONVENTIONALE et TESTAMENTARIVM a)

III. Conuentio ipsa, qua pignus constituitur, vel *expressa* est, vel *tacita*, prout debitor vel *verbis expressis* vel *factis* consentit in oppignorationem. Hinc pignus EXPRESSVM et TACITVM. Expressum porro per *documentum* constitui potest. Hoc documentum est vel *publicum*, vel *quasipublicum*, vel *priuatum*. Hinc subdivisio in PVBLICVM, QVASIPVBLICVM et PRIVATVM b).

IV) Conuentione porro aut res *ipsa* aut eius *symbolum* oppignoratur; vnde pignus ratione obiecti est vel VERVM vel SYMBOLICVM c).

V. NECESSARIVM deinde pignus vel immediate a *legibus* vel mediante aut *Praetoris* aut *iudicis* sententia constituitur; hinc necessarii pignoris subdivisio in LEGALE seu TACITVM, PRAETORIVM et IUDICIALE d)

VI. Omne denique pignus aut *vniuersa* debitoris bona aut *certa* tantum adficit; Habes pignus GENERALE et SPECIALE e).

- a) l. 1. pr. l. 26. ff. de pign. act. b) L II. C. qui pot. in pign. l. vlt. C. quae res pign. dari poss. VOET. ad tit. ff. de pign. §. 1. HERTII diff. de pign. conuent. tacito in Ej. opusc. Vol. II. T. III. FABER. Cod. Fabr. L. VIII. T. VII. def. 7. c) l. 2. C. quae res pign. dari poss. d) tit. ff. ex. quib. caus. in poss. earur. l. 15. §. 2. 3. ff. de re iud. l. 2. C. qui pot. in pign. l. 1. C. si in causa iud. pign. cap. SCHROEDERI opusc. de natura et effectu. pign. praet. et iud. Marb. 1751. 4. e) l. 4. 9. C.

C. quae res pign. HERTII diss. de differ. pign. gen. et
spec. in opusc. Vol. II. T. III.

§. 488.

Axiomata de iure pignoris.

Iam de ipso pignore obseruanda sunt, quae se-
quuntur, axiomata:

I. *Pignus datur in SECVRITATEM crediti.*
Hinc creditor custodiam eius et ius retentionis, non
vero dominium panceſcitur.

II. *Pignus est ius IN RE.* Hinc creditori com-
petit actio contra tertium quemcunque, quae vel
SERVIANA vel QVASI SERVIANA seu HYPOTHE-
CARIA dicitur a).

III. *SOLVITVR pignus* 1) soluto toto debito 2)
remissione vel expressa vel tacita 3) soluto iure con-
ſtituentis 4) lapsu temporis 5) Re ipsa oppignorata
vel plane extinta vel ita mutata, vt ad priorem re-
duci formam non possit b).

a) §. 7. I. de actione. b) tit. ff. quib. mod. pign. solv.

TITV-

TITVLVS XIV.

DE

OBLIGATIONIBVS.

§. 489.

Connexio.

Haec de iure IN RE. Naturalis ordo iam exigit, ut de iure AD REM dispiciamus, quod cum speciale supponat obligationem, (§. 194.) prius de obligationibus in genere videamus.

§. 490.

Obligatio quid?

OBLIGATIO est necessitas moralis agendi vel non agendi a). Aliter Iustinianus, qui, obligatio, inquit, est IURIS VINCULVM, quo necessitate adstringimur, alicuius rei soluendae, secundum nostrae ciuitatis iura b).

- a) IO. BORCHOLT. diss. de oblig. in Ej. disputt. P. II.
 b) pr. I. b. r. De voce vinculum cf. ERNESTI clav.
 Cic, ind. lat. s. v. vinculum.

§. 491.

Obligationum diuisiones.

Obligationes varie diuiduntur: I. Ratione fundamenti generalis. II. Respectu fundamenti specialis III. Intuitu obiecti et IV. Subiecti. V. Quoad diuersam qualitatem et VI. Ratione durationis.

§. 488.

§. 492.

Prima diuisio.

I. Generale omnium obligationum fundamen-tum est vel ius *naturae* vel *ciuile*, vel *utrumque*. Hinc obligatio MERE NATVRALIS est, *quae ex SOLA lege naturali*; MERE CIVILIS, *quae ex sola lege CI-VILI*, et MIXTA, *quae ex VTRAQVE lege oritur*. Sic v. g. obligatio seminae ex intercessione est naturalis; ex contractu chirographario est mere ciuilis, et *quae emtori incumbit ad soluendum pretium est mixta*.

Naturalis obligatio vel *hodienum gaudet* vi obli-gandi, vel ea per leges positivas *destituta* est. Hinc subdiuisio *naturalis* obligationis in EFFICACEM et INEFFICACEM v. g. obligatio feminae ex interces-sione *hodie* est inefficax; sed obligatio filii familias *ex mutuo* est efficax. Denique *efficax* obligatio *hodie* vel *actionem et exceptionem simul* efficit, vel *solam exceptionem*. Vnde PLENA et MINVS PLENA natu-ralis efficax obligatio. v. g. obligatio ex pacto nudo a)

Ciuilis porro obligatio in sensu iuris Romani est vel CIVILIS IN SPECIE vel PRAETORIA, prout vel ex lege ciuili in specie, vel ex *editio Praetoris* ori-tur b).

- a) ANT. SCHVLTING. *diff. de' oblig. natur.* in Ej. exerc. acad. T. I. IO. BALTH. WERNHERI *diff. de auctoritate iur. civ. circa oblig. nat.* Vit. 1701. WEBERS *syste-mat. Entwickel. der Lebre v. d. naturl. Verbindl.* Halae 1784. b) §. 1. I. b. r.

§. 493.

§. 493.

Secunda diuisio.

II. Ratione fundamenti *specialis* omnis obligatio est vel IMMEDIATA vel MEDIATA, prout vel immediate ex legum dispositione, sine consensu meo; vel mediante consensu meo obligatus sum.

Consensus declaratur vel *verbis* vel *factis*. Hinc obligatio mediata est vel EXPRESSA vel TACITA.

§. I. I. b. r. cf. tam. MEVRERS, *iur. Abhandl.* i. Cap.

§. 494.

Tertia diuisio.

III. Quoad obiectum obligatio est vel DANDI vel FACIENDI, prout vel ad dationem rei vel ad praestationem facti obligatus sum a). Factum tamen ipsum praestari debet, quia debitor non liberatur praestando, id quod interest b).

- a) Paulo aliter in l. 3. pr. ff. de O. et A. vbi: *vel ad DANDVM, vel PRAESTANDVM vel FACIENDVM* cf. BRISSON. d. v. S. f. v. facere HVBER. ad Inst. h. t. §. 2.
 b) CHR. THOMASI diff. *an qui factum promisit liberezur praestando id quod interest*. In ej. diff. Vol. IV. de CRAMER. Nebenst. Theil. XXXIII.

§. 495.

Quarta diuisio.

IV. Respectu *subiecti*, cui incumbit obligatio, ea vel REALIS est vel PERSONALIS, prout ea inheret vel REI (v. g. hypotheca et seruitus realis) vel personae. Illa transfit ad quemcunque rei possessorem. Haec vero ad heredes tantum transmittitur, nisi *specialem* defuncti qualitatem personalem concernat; quo casu

casu ne heredes quidem obligantur, et ipsa obligatio OSSIBVS INHAERENS dicitur v. g. obligatio mandati, societatis.

§. 496.

Quinta diuisio.

V. Intuitu diuersae qualitatis obligatio est:

A) Vel PRINCIPALIS vel ACCESSORIA. Illa, *quae incumbit PER SE*, i. e. sine respectu ad aliam obligationem; haec vero, *quae aliam obligationem PRAESUPPONIT*, ad quam se refert. Quapropter etiam illa corruente haec simul euaneat v. g. obligatio ex fideiussione.

B) Vel ABSOLVTA vel ALTERNATIVA seu DISIVNCTIVA. Quodsi enim alicui *plures* incumbunt obligationes, aut eas *omnes* aut *unam* tantum implere debet. Si prius, obligatio ABSOLVTA, si posterius, ALTERNATIVA seu DISIVNCTIVA dicitur. Illa intelligitur ex copula ET; haec ex particula AVT. v. g. *Si hoc ET illud feceris. Si hoc AVT illud feceris.* In alternativa in regula electio est debitoris, quam praestare velit obligationem, nisi in mora fuerit.

WILLEMBERG. *de oblig. altern.* Gedan. 1731. HERTH
diss. *de electione ex oblig. altern. debitori debita* in Opusc.
Vol. I. T. III.

§. 497.

Sexta diuisio.

VI. Denique ratione durationis obligationes sunt vel TEMPORALES seu IN DIEM CONCEPTAE, vel PERPETVAE.

I. 6.

I. 6. ff. de O. et A. GVNDLINGIANA P. VI. p. 47.

Ceterum nota: Diuisionem in obligationem perfectam et imperfectam, adfirmatiuam et negatiuam omnisibus quia ex iure naturali iam cognita est. De obligationibus diuiduis et indiuiduis supra §. 190. diximus.

DE PACTIS IN GENERE.

Obligationes, ut vidimus, mediatae ex facto oriuntur; quo praeципue pertinent pacta et contractatus.

§. 498.

Conuentio quid?

CONVENTIO (pactio, pactum) est actus, quo plures in idem obiectum consentiunt a). In omni vero conuentione tria spectanda sunt: I. An, qui pacti sunt, paciscendi gaudent facultate II. An de obiecto licito, et III. An legitimo modo pacti sint?

a) I. 1. §. 2. 3. ff. de pactis.

§. 499.

Qui pacisci possint?

I. Paciscendi facultate gaudet, qui VALIDE CONSENTIRE potest. Valide consentit, qui nec a NATVRA seu phystice, nec a LEGIBVS seu moraliter impeditur.

A) A NATVRA impediuntur: 1) infantes 2) furiosi et mentecapti, nisi tempore dilucidi interualli perfectissimi paciscantur 3) summe ebrii. Surdi et muti igitur, quia mentem exprimere possunt, recte paciscuntur a)

B)

B) A LEGIBVS impediuntur: 1) qui non habent liberam rerum suarum administrationem, quatenus se obligant, v. g. impuberes, minores, prodigi ciuiliter tales; nisi auctore tute vel curatore b) 2) pater et filius inter se, nisi vel emancipatione secuta, vel de peculio militari et aduentitio extraordinaire paciscantur c). 3) fratres inter se, qui in eiusdem patris potestate constituti sunt d).

a) §. 8. 9. 10. I. de inut. stipul. l. 1. §. 12. ff. de O et A. l. 4. §. 1. ff. de pact. b) vid. supra §. 138. 139. 148. An vero impuberes saltim naturalizer obligentur, disputant; cf. D'ARNAVD coniect. I. II. c. 22. c) §. 6. I. de inut. stipul. l. 2. ff. ad Sc̄t. Maced. vid. supra §. 288. et 292. d) l. 38. ff. de condit. indeb.

§. 500.

De obiecto conventionis.

II. Obiectum pacti LICITVM dicitur, quando vel PHYSICE vel MORALITER est in pacientium POTESTATE. Hinc non licet pacisci: 1) de factis vel physice vel moraliter impossibilibus a) 2) de re, quae ne in futurum quidem existere potest. Nam si potest existere, vel regulariter vel casu tantum accidente, valet pactum; et priori casu de re sperata, posteriori vero pactum spei dicitur b). 3) De re commercio hominum exenta, v. g. sacra, sancta c) 4) de re litigiosa d) 5) de re extincta, nisi qua talis promissa sit e). 6) De re vel facto tertii f) 7) de hereditate futura g).

a) l. 15. ff. de condit. instit. l. 35. pr. de V. O. b) §. 1. I. de inut. stipul. l. 8. pr. §. 1. ff. de contr. emt. l. 7. ff. de hered. vend. c) §. 2. I. de inut. stipul. d) tit. ff. de litig. e) v. g. animal mortuum, l. 69. ff. de V. O. f) Attamen nota:

Y

I.

- I) Quoad REM alienam promissam 1): si res TOTA aliena sit, hocque acceptans scierit, ad nihil tenetur promittens; sin vero ille ignorauerit, hic ad id, quod interest, obligatur 2). Si PARS rei tantum aliena sit, semper quoad suam partem tenetur promittens, et quoad partem alienam distinguere: Aut rem generaliter, quasi TOTAM suam, promisit, aut partem dunitaxat suam. Si prius, ratione partis alienae ad id, quod interest, tenetur, nisi acceptans, rem non esse totam promittentis, scierit; sin posterius, non obligatur respectu partis alienae.
- II. Quoad FACTVM alienum promissum: 1) si promittens simpliciter tertium, facturum promiserit, non debet impedire tertium, qui facere vult; 2) si promittens dixerit, se omnem adhibitum operam, ut tertium ad faciendum compellat, (er wolle ibn zu bereden, zu bewegen suchen) non tenetur, si tertius non fecerit, modo operam promissam non neglexerit, 3) si promittens dixerit, se effectum ut tertius faciat, (er wolle es dabirbringen, bewerkstelligen) tenetur ad id, quod interest, si tertius non fecerit. §. 3. I. de inut. Sip. l. 38. pr. ff. de V. O. HERTTI diff. de obligat. alium daturum, facturumque, in Ej. opusc. Vol. I. T. III. g) vid. supra §. 197. et tit. ff. de bered. vend.

§. 501.

Quomodo conuentio iniri debet.

III. Conuentio LEGITIMO MODO iniri debet; i. e. consensus debet esse: 1) liber 2) reciprocus a) 3) sufficienter declaratus 4) sincerus 5) specialis b)
Hinc inualida sunt pacta metu graui et vi iniusta extorta, nec non dolosa c). Valent tamen simulata d).

- a) Hinc tractatus, pollicitations, et vota non sunt pacta, licet ex his nonnunquam obligatio oriatur, tit. ff. de pollicit. b) Exceptio est in dose a parte promissa, l. 69. §. 4. ff. de iure dot. c) tit. ff. de dolo et quod meatus causa. GE. SCHVBARTHI diff. de contr. simulat. Ienae 1692. REINHARDI diff. de contr. sim. Arg. 1766.

§. 502.

§. 502.

Quae insint conuentionibus.

Ceterum omni conuentioni tria insint:

I. ESSENTIALIA seu SUBSTANTIALIA, i. e. *requisita adeo necessaria, vt, si ABSINT, plane INVALLIDAM reddant conuentionem.* Ea vel COMMUNIA sunt, vel PROPRIA. Illa, *quae in OMNI conuentione adesse debent, v. g. consensus liber, absentia doli.* Haec, *quae in CERTA tantum conuentio[n]is SPECIE requiruntur, v. g. merces in locatione conductione, chirographum in contractu chirographario.*

II. NATURALIA, i. e. *requisita quae in dubio conuentioni insint, sed pacientium voluntate MVTARI et TOLLI, salua conuentione, possunt. v. g. euictionis praefatio in emtione venditione.* De his tenendum, *quod semper tacite subintelligantur, adeoque differunt verbis a pacientibus mutari debeant.*

III. ACCIDENTALIA i. e. *determinationes speciales, quae a mero pacientium pendent ARBITRIO.* Ea igitur exprimi debent; v. g. conditions.

§. 503.

Perfectio et consumatio pacti quid?

Porro in omni conuentione distingue PERFECTIONEM et CONSUMMATIONEM. *Perfecta enim est conuentio, quando pacientes in OMNES patii determinationes consenserunt, v. g. in obiectum, tempus, in conditiones rel.* *Consumata vero dicitur, quando promissa PRAESTITA sunt, v. g. emtor solvit pretium, vendor tradidit rem.*

§. 504.

An tertio pacisci liceat.

Denique obserua, iure romano neminem tertio stipulari potuisse. Quod tamen hodie licet.

§. 4. 19. I. de inut. stipul. cf. STRYCKII *cavt. contr. seet.*
II. c. V. BERGER. *Oecon.* p. 444. I. H. BOEHMERI
de iure ex pacto tertii quaeſito in Ej. *Exerc ad Pand.*
Tom. II. PVFFEND. *Obs. iur. vn.* T. II. obf. 38. CRA-
MER. *Wezl. Nebenſt.* Theil. 57. n. 7.

§. 505.

De modo contrabendi.

Potest autem conuentio iniri vel PVRE, vel SVB CONDITIONE, vel EX DIE vel in DIEM vel SVB MODO. Cum vero conditionum, diei et modi definitiones et diuisiones supra §. 335. iam dede-
rimus, vt regulas, circa conuentiones obseruandas,
tradamus, necesse est. Hinc nota:

I. Conuentionis PVRAE dies *statim* et cedit et venit.

II. Dies INCERTVS pro conditione habetur a). At quoad diem CERTVM distingue, vtrum conuen-
tio EX die, an IN diem concepta sit. Si prius (v. g. pro-
mitto tibi dare POST annum) promissum non pot-
est peti, nisi existente die. Sin posterius (v. g. pro-
mitto tibi dare PER annum) promissum *statim* potest
peti. Lapso vero die corruit conuentio. Si tamen
vtroque casu condicio simul adiecta sit, (v. g. promit-
to tibi per aut post annum, SI Consul factus fuero) ni-
hil potest peti, nisi existente *simul* conditione b).

§. 506.

III. *Condicio impossibilis ADFIRMATIVA invalidam reddit conuentionem; (v.g. si coelum digito attigeris; at NEGATIVA pro non scripta habetur, adeoque reddit conuentionem puram, nisi tanquam tempus adiecta sit c.).*

IV. PENDENTE conditione distingue, vtrum SVSPENSIVA an RESOLVTIVA fuerit. Si prius, ipsa conuentionis *vis*, i. e. ius et obligatio, in *suspense* est, hinc efficit tantum *spem*, debitum iri, quae spes tamen ad *heredes* creditoris transmittitur. Hinc, si post eius mortem demum existat conditio, eius heredes promissum petere possunt. Ne vero ipse creditor eiusue heredes hac spe defraudentur, promittens pendente conditione non potest recedere, sed debet eius *euentum expectare*. Si posterius, promittens statim praestare rem promissam debet, et acceptans fit interim rei traditae dominus d).

V. DEFICIENTE conditione, si 1) SVSPENSIVA fuerit, omnis soluitur promittentis obligatio, spesque acceptantem fallit; 2) si RESOLVTIVA, acceptans, quod accepit, restituere debet.

VI. EXISTENTE conditione, rursus videntur, vtrum *suspensa* aut *resolutiva* fuerit. Illo enim casu ius creditoris, quod huc usque in *suspense* erat, efficax redditur, adeoque promissum peti potest. Hoc casu, ius creditoris, quod huc usque reuocabile fuit, irreuocabile redditur, adeoque acceptum retinere potest. Omnis tamen conditio existens ad initium conuentionis retrotrahitur, excepta, quae a mero promittentis arbitrio pendet, conditione e).

VII. **Conditio eo praeceste MODO**, qui in conventione *praescriptus* est, impleri debet, non per *aequipollens*, nisi 1) modus *praescriptus impossibilis* sit, aut 2) conditio tanquam *medium ad certum finem consequendum* adiecta sit.

VII. Conditio tam per *procuratorem*, quam ab *heredibus* acceptantis potest impleri, nisi 1) aliter in conuentione cautum sit; aut 2) conditio ipsam acceptantis *personam concernat f).*

IX. Conditio, cui simul *certum tempus praescriptum* est, *intra illud* impleri debet, nisi per acceptantem *non steterit*, quo minus *intra illud* satisficeret conditioni. Si vero *nullum tempus adiectum*, ea *quocunque tempore* impleri potest.

X. In conditione *negativa cautioni Mutianae non est locus g.)*

XI. In conuentionibus **ONEROSIS** conditio *non habetur pro impleta*, licet per eum, qui parere conditioni debebat, *non steterit*, quominus ei pareret; *secus in conuentionibus GRATVITIS h.)*

- | | | | | |
|---------------------------|--|--|--|--|
| a) l. 75. ff. de C. et D. | b) §. 2. segg. I. de V. O. I.
213. de V. S. | c) l. 15. ff. de condit. inst. l. 7. ff. de V. O. I. 79. pr. ff. de C. et D. | d) §. 4. I. de V. O. RAVENSBERG. de condit. conuentionum et vlt. vol. C. III. §. 1. 2. 8. 9. 12. segg. | e) l. 11. §. 1. ff. qui pot. in pign. l. 16. ff. de solut. RAVENSB. C. VI. §. 1. — 11. |
| f) IDEM C. V. §. 1. — 22. | o) IDEM C. V. Membr. II. §. 1. 2. 3. 13. 14. | h) IDEM C. V. Membr. III. §. 1. | | |

§. 506.

De modo.

Modus plerumque donationibus adiicitur, vnde
donationes, quas dicunt, *modales*, de quibus vid.
supr. §. 277.

§. 507.

Poena conuentionalis quid?

Praeterea conuentionibus adiici potest POENA,
quae dicitur, CONVENTIONALIS; i. e. certa pe-
cuniae summa (aliaue praestatio) soluenda ab eo, qui
pacio non steterit a). Ea duplex est. Prior, quae ad-
iicitur in eum casum, si conuentio intra certum tem-
pus non fuerit impleta. Tunc vero nonsolum poe-
na soluenda, sed ipsa adhuc conuentio implenda est.
Vel 2) quae adiicitur in casum, si promittens plane
non praestiterit promissum. Tunc, si quidem in
fauorem promittentis constituta sit, is, soluendo poe-
nam, liberatur; sin vero in creditoris fauorem, loco
eius quod interest, adiecta sit, is praeter poenam
adhuc id quod interest, petere potest, nisi poenae tan-
tundem insit b).

- a) l. 4. §. 1. l. 38. §. 2. ff. de V. O. b) l. 10. §. 1. ff.
de pac. l. 41. 42. 71. ff. pro socio. l. 40. C. de transact.
§. vlt. I. de V. O. l. 28. ff. de act. emti Vid. LAVTERBA-
CHII diff. de poena conuen. in Ej. diff. Tubing. Vol.
III.

§. 508.

Effectus conuentionis quis?

Effectus conuentionis est, vt ius et obligatio ex
ea transeat ad pacientium heredes, licet eorum men-
tio haud facta sit. Si tamen pactum personalissimum
Y 4 fuerit

fuerit i. e. quod vel *diferte* ad paciscentium *personas* *restrictum* est, vel *personalem paciscentium qualitatem* supponit, (v. g. *societates, mandatum*) ne *heredes* quidem obligantur. Denique *succesror singularis* non obligatur, nisi *conuentio rem ipsam* *adficat*, v. g. *pactum hypothecae*.

*l. 7. §. 8. de paet. l. vlt ff. de contr. emt. l. 2. pr. ff. de pollic.
l. 13. C. de contr. sfp.*

§. 509.

Quid contractus et pactum?

Haec de *conuentionibus* in genere. Iam de variis earum speciebus. Diuiduntur autem omnes *conventiones* in *contractus* et *pacta*.

CONTRACTVS enim est *conuentio causam obligandi* habens atque *actionem et exceptionem* simul producens a).

PACTVM deinde est *conuentio causa obligandi* destituta et solam *exceptionem efficiens*.

CAVSA denique OBLIGANDI est *forma aliqua conuentionis externa, qua obseruata actio ex conuentione oritur b)*. Propterea vero, quod haec forma promittentem ita *plene obligat*, ut quoque *conueniri possit*, ea *causa obligandi* dicta videtur.

- a) Ita in *l. 7. §. 2. et 4. ff. de paetis.* Sed et si in aliud *contractum res non transferat, subsit tamen CAVSA, eleganter Aristo Celsus respondit, esse obligationem.* Sed cum nulla subsit CAVSA proprie *conuentiōnem, hic constat, non posse constitutū obligationem.* Paulo aliter in *l. 19. de V. S. Labeo* definit, quod *quaedam agantur, quaedam gerantur, quaedam contrabantur.* Et *actum quidem verbum generale esse, siue verbis, siue re quid agatur, ut in*

*in stipulatione vel numeratione. CONTRACTVM autem
VLTRQVE CITROQUE obligationem, quod Graeci συν-
αλλαγη vocant: veluti emtionem, locationem, sociera-
zem. Alter in l. 15. ff. de praescript. verb. CONTRA-
CTVS est conuentio, quae in se habet NEGOTIVM
ALIQVOD, ut ex ea actio civilis oriatur. Vid. CVIAC.
ad l. 7. ff. de pact. et in Obs. L. II. C. 15. VENN. ad
Inst. h. t. §. 2. n. 9. VVLTEIVS ad Inst. h. t. n. 32.
Alter alii, qui contractum dicunt conuentem, quae
vel NOMEN SPECIALE, vel, eo deficiente, CAVSAM
habeat. cf. quoque WESTENBERG. de caus. oblig. diff.
II. b) Alter HVBER. ad Inst. h. t. §. 4.
aliique, qui causam dicunt, dationem praesentem vel fa-
ctum praesens.*

§. 510.

Causa obligandi quoruplex?

Haec tamen causa obligandi seu *forma conuen-*
tionis iure antiquo unica erat, nimisrum VERBO-
RVM SOLEMNITAS. Cum vero non facile omnes
conuentiones cum ista verbo cum solemnitate iniri pos-
sent; hinc postea in aliis conuentionibus SOLVS
CONSENSVS, in aliis vero REI PROMISSAE TRA-
DITIO vim causae obligandi seu solemnitatis verbo-
rum accepit. Denique iure nouissimo in nonnullis aliis
conuentionibus scriptura interueniens pro causa, obli-
gandi habita est.

Vid. PAVLI rec. sent. Tit. XXII. §. vlt. MERILL. Obs.
L. VII. c. 38. CHR. THOMASII. iurispr. diuina L. II.
c. XI. §. 58. Sqq. BESECKE diff. de orig. modor. con-
trabendi ap. Rom. Halae 1772.

§. 511.

Contractuum classes generales.

Ex quibus patet, iure nouissimo *quatuor dari*
obligandi causas: I. Verborum solemnitatem. II.
Rei traditionem III. Consensum et IV. Scripturam.
Hinc quoque pro diuersa obligandi causa *qua-*
tuor
Y 5

tuor sunt omnium contractuum classes. Dantur enim:

I. Contractus VERBALES, quales sunt *quorum causa obligandi est VERBORVM SOLEMNITAS*, quique STIPULATIONES seu VERBORVM OBLIGATIONES in specie dicuntur.

II. Contractus REALES, quales sunt *quorum causa obligandi est REI promissae TRADITIO*, i. e. ex quibus non oritur actio, nisi subsecuta rei promissae traditione. Quo pertinet 1) mutuum 2) depositum 3) commodatum et 4) pignus.

III. Contractus CONSENSVALES, quales sunt *quorum causa obligandi est SOLVS CONSENSVS*, i. e. ex quibus oritur actio, simulac contrahentes reciproce consenserint. Quod tamen ita intellige: Iure naturali quidem ad omnes omnino contractus requiritur mutuus pacientium consensus; hinc in sensu iuris *naturalis* omnes contractus sunt consensuales. Sed cum iure *civili* *solus* consensus non semper ad producendam actionem sufficeret, ideo si contractus, in quibus praeter consensum nihil aliud ad efficiendam actionem requirebatur, *κατ' εξοχην* consensuales dicti sunt. Hucque pertinent: 1) emtio venditio 2) locatio conductio 3) emphyteusis 4) societas et 5) mandatum.

IV. Contractus LITERALES, quales sunt, *quorum causa obligandi sunt LITERAE seu scriptura*.

§. 512.

Speciales contractuum diuisiones. Prima diuiso.

Iam sequitur, ut de *specialibus contractuum diuisionibus* dicatur. Distinguuntur enim:

I. *Ratione qualitatis actionis in NOMINATOS et INNOMINATOS.* Illi sunt, *ex quibus actio SPECIALIS et COGNOMINIS*; hi vero, *ex quibus actio GENERALIS oritur* v. g. *actio praescriptis verbis.* In his locus est *poenitentiae*, secus in illis.

I. 5. C. de O. et A. ALEF. diss. de poenit. in contr. in nom. in Ej. dieb. acad. HERTEL. diss. de poenit. in contr. in nom. bodie locum non habente, Ienae 1733.

Ceterum nota: I. Nomen hoc loco non significare *denominationem*, sed actionem *cognominem*. II. *Denominationem* non requiri ad contractus substantiam, sed causam obligandi. III. Contractus innominatos vel habere specialem *denominationem* vel non. Si prius *regulares*, sive posterius *irregularis* a nonnullis dicuntur; qui his generalibus comprehenduntur formulis: *Contractus do ut des*, vel *do ut facias*; vel *facio ut des*; vel *facio ut facias*. Cet. cf. IANVS A COSTA ad l. 5. de praefer. verb. In Ej. praelect. iur. civ.

§. 513.

Secunda diuiso.

II. *Ratione interpretationis*, in *contractus STRICTI IVRIS* et *BONAE FIDEI*. Illi sunt, qui *strictissime secundum VERBA intelliguntur*, i. e. in quibus promittens non tenetur, nisi ad id, quod *dixit* verbis promisit. Hi dicuntur, qui *ex AEQUITATE diudicantur*, i. e. in quibus promittens ad plus, quam verbis inequit, tenetur, si *aequitas* id suadeat. Cuius distinctionis utilitas est, quod ex contractu stricti iuris

ris nec usurae morae soluantur, nisi diserte promissae sint; a) nec ille propter dolum ipso iure nullus sit, sed per restitutionem in integrum rescindi debeat b).

a) I. 3. C. de usur. b) tit. ff. de dolo. Iure antiquo simul respectu compensationis differentia erat, quae tamen §. 30. I. de action. sublata est. Catalogum contractuum stricti juris exhibet §. 28. I. eod. rit. Cet. vid. GUNDLING. de usu pract. action. b. f. et str. iur. Halae 1724. CARRACH. diff. qua pacta non stricti juris, sed bonae fidei esse euincitur, Halae 1765.

§. 514.

Tertia diuisio.

III. Ratione effectus. Si enim uterque paciscentium ad praestandum aliquid statim ab initio a) obligatur, contractus BILATERALIS. Sin vero unus tantum obligatur, VNILATERALIS dicitur. Ex illis non prius datur aduersus alterum actio, nisi actor ex sua parte iam steterit promissis, quoniam alias ipsi obstat exceptio non secuti implementi b).

a) Nam si alter alteri ex post facto seu per accidentem dum obligatur, vt actione contraria teneatur, contractus non videtur esse bilateralis. b) LEYSER. Spec. 103. Med. I. WAHL diff. de except. non sec. impl. Gott. 1751. Cet vid. REINHARDS vermischte Schrifft. 2. Band. dritt. Stück n. 3- viert. Stück n. 2. Siebend. Stück n. 7.

§. 515.

De p a c t i s.

Ita dividuntur contractus. Iam sequitur, vt de PACTORVM diuisionibus videamus, quarum prima ria est, quod omnia pacta vel NVDA sint vel NON NVDA.

NV.

NVDVM paclum est, quod NVLLAM efficit
ACTIONEM, sed tantummodo EXCEPTIONEM.

NON NVDVM est, quod ex SPECIALI causa,
aliqua simul IVS AGENDI tribuit. Haec *specialis* cau-
sa triplex est: 1) lex civilis, 2) edictum praetoris, 3)
nexus cum contractu aliquo. Hinc pacta non nuda
sunt;

A) LEGITIMA, i. e. *quibus lege CIVILI data est vis agendi*, v. g. S^to, constitutione principis a).

B) PRAETORIA i. e. quibus ex editis PRAETORVM inest vis agendi b).

C) ADIECTA, qualia sunt, *quaे contractui aliqui adduntur*. Ea vero vel *stricti iuris*, vel *bonae fidei* contractui; vel *in continentि*, (i. e. *statim*, *vbi contractus ipse perfectus est*), vel *ex interuallo*, (i. e. *post* contractum iam perfectum) adiiciuntur. Iam nota:

I. Pacta contractui STRICTI IVRIS, sive in continenti, sive ex interuallo, adiecta, ei non insunt, seu eius partem non faciunt, i. e. non efficiunt actionem.

II. Pacta contractui BONAE FIDEI 1) in continenti adiecta, ei insunt, adeoque pariunt actionem, 2) sed ex intervallo adiecta, si sint α) detrahentia, contractui quoque insunt; sin β) adicientia, ei non insunt, adeoque nullam pariunt actionem τ).

a) v. g. pactum donationis l. 35. §. vi. C. de donat.
v. g. pactum hypothecae l. 17. §. 2. ff. de pact.

I. 7. §. 5. ff. 13. C. de paet. I. 75. ff. de contr. emt. vend.
BYNKERSH. de paetis iuris stricti contractibus in contr.
adiectionis, in Ej. opusc. Halae 1729. 4. RETES de paet.
in cont. adiectionis in MEERM. thes. Tom. VI. de WA-
CHENDORF. de paet. nud. in Triad. diss. Vlraij. 1730. 8.

§. 516.

Paetum liberatorium et obligatorium quid?

Praeterea paeta diuidantur:

A) *Respectu effectus.* Potest enim aliquis non solum obligari pacto, sed et eo liberari ab obligacione ipsi iam imposta. Hinc paetum LIBERATORIVM, seu REMISSORIVM est, quo quis ab obligatione liberatur; et OBLIGATORIVM dicitur, quo NOVA imponitur obligatio. Quae noua obligatio concernit vel rem aliquam, vel ipsam promittentis personam. Quod ultimum iterum dupli modo fit. Primo quando respicitur ad specialem aliquam promittentis qualitatem personalem, veluti ad specialem artis peritiam aut industriam vel diligentiam. Deinde, cum eiusmodi qualitatis ratio non habetur. Hinc paeta obligatoria, ratione transitus obligationis, sunt vel I. REALIA, quae respectu alicuius rei ita inveniuntur, ut obligatio rem IPSAM adsciat, i. e. ut obligatio ad quemcunque huius rei possessorem transeat, v. g. paetum hypothecae. II. Vel PERSONALIA i. e. quorum obligatio ad heredes pacientium transit; veluti emtio venditio. III. Vel PERSONALISSIMA i. e. quae propter PERSONALEM QUALITATEM inveniuntur, adeoque non obligant heredes v. g. mandatum, societas a).

B) *Ratione modi consentiendi.* Consentimus enim vel expresse, i. e. verbis, vel tacite, i. e. factis. Hinc

Hinc pactum EXPRESSVM est, quod *verbis*, et TACITVM, quod *factis* initur. In quo tamen requiritur: vt 1) is, de cuius tacito consensu sermo est, sciuenter, quid agatur. i. e. vt non ex *errore*, vel ex *ignorantia* ita egerit 2) vt factum non sit *dubium*. i. e. vt liquido, quid alter voluerit, intelligi ex eo possit 3) vt de *contraria* eius voluntate non constet b).

C) Intuitu *specialis obligationis*. Obligatio enim est vel principalis vel accessoria (§. 496) Unde pactum PRINCIPALE est, quod per se subsistit; et ACCESSORIVM dicitur, quod aliud pactum presupponit, veluti pignus, fideiussio.

a) l. 57. §. 8. ff. de paſt. b) l. 2. 3. 4. 57. ff. eod.

§. 517.

Connexio.

Hucusque de *essentialibus*, quae ex conuentiobus oriuntur, obligationibus. Saepius tamen occasione conuentionis nonnulla alia praestanda sunt, quo pertinet *damni*, *moraे*, *eius quod interest*, *usuram* et *causae* praestatio.

§. 518.

Damnum quid?

DAMNUM in genere est patrimonii diminutio sine iure facta. In specie vero in *contractibus* damnum dicitur ea patrimonii diminutio, quam patimur, dum alter promissa vel plane NON, vel non CONVENTO MODO praefstat. Diuiditur autem damnum:

A) Ratione modi, quo infertur. Etenim sentimus damnum, vel quando patrimonii quantitas re vera

vera diminuitur; vel quando impeditur, quo minus patrimonii quantitatem honeste augere possimus. Si prius, adeo damnum POSITIVVM seu EMERGENS; si posteriorius, damnum dicitur NEGATIVVM seu LV-CRVM CESSANS. *I. 33. pr. ff. ad L. Aquil.*

B) Respectu *causae efficientis*. Aut enim alter potuit pactum seruare, aut non potuit. Illo casu vel de industria vel ex negligentia non impleuit; hoc vero casu vel potuisse remouere impedimentum, vel non. Vnde damnum in *casuale*, *dolosum*, et *culposum* diuiditur.

§. 519.

Casus quid et quotuplex?

CASVS seu DAMNVUM CASVALE est, quod non IMMEDIATE ex FACTO alterius oritur. Quod quidem contingit I) per euentum, cui, omni licet adhibita diligentia, resisti non poterat, (v. g. quod vel immediate diuina prouidentia vel facto hominis, quod impediri non poterat, oritur.) Vel II. per euentum, qui adhibita debita diligentia impediri omnino poterat. Si prius, casus mere talis; si posteriorius, mixtus appellatur. Iam nota regulas:

I) Casum mere talem sentit dominus, nisi alter diserte eum in se suscepit a).

II) Casum mixtum praestat debitor, nisi res aequae apud creditorem peritura fuisset, et si debitor obligationi iusto tempore satisfecisset b).

a) *I. 23. ff. de R. I. BERGER. Oecon. p. 551. §. 3.* b)
I. 14. §. 1. ff. depos. I. 25. §. 4. ff. locari.

§. 320.

§. 520.

Dolus quid?

DOLVS seu DAMNVVM DOLOSVM dicitur,
quod a SCIENTE et VOLENTE infertur. Iam ob-
ferua :

I. Dolus praestandus est in *omnibus contracti-*
bus, immo in nonnullis infamia punitur a).

II. De dolo futuro non licet transfigere, de *praes-*
terito licet b).

a) Quales sunt contractus 1) depositi 2) societatis 3) man-
dati et 4) tutelae l. 1. ff. de his, qui not. inf. b) l.
23. ff. de R. I.

§. 521.

Culpa quid et quotuplex?

CVLPA in genere est quaevis negligentia, impru-
dentia, pedulantia. Quoad contractus culpa in *specie*
dicitur omissione diligentiae in singulo contraetu a legibus
praescriptis, ex imprudentia vel negligentia facta. Sunt
vero tres diligentiae *praescriptae gradus:*

A) Diligentia, *summa et exactissima*, seu, *qua di-*
ligentissimus patrefamilias vtitur, et quae νατ' εξην
diligentia et custodia dicitur. Quam qui non praefstat,
reus fit culpe LEVISSIMAE, quae igitur est omissione
diligentiae summae et exactissimae. Tunc vero vel *mi-*
nima negligentia refacienda est a).

B) Diligentia *intermedia seu ordinaria*, i. e. *quaedam*
adhibetur a quoconque *bono*, licet non diligentissi-
mo, patrefamilias. Quam qui non praefstat, com-
Z
mittit

mittit culpam LEVEM, seu *culpam νοστρην εξοχην*. Quae igitur est *omissio diligentiae ordinariae b)*. Tunc vero negligentia, quae nec *summa* nec *minima* est, resarciri debet. Sed haec culpa leuis vel in ABSTRACTO vel in CONCRETO spectatur. Illud, quando in genere de culpa quaeritur. Hoc, quando de ea diligentia sermo est, qua aliquis in rebus suis vtitur c).

C) *Diligentia quaecunque, licet minima sit. Quam tamen qui non praefstat, reus dicitur culpae LATAE, (seu magnae, dissolutae, grassiae) quae igitur est *omissio diligentiae vel minimae*, seu: *nimia negligentia, cum quis non intelligit, quod OMNES intelligent d)*. Ea nonnunquam *dolo aequiparatur e)*.*

a) §. 1. I. de oblig. quae quasi ex contr. l. 18. pr. ff. commod. l. 5. §. 2. ff. commod. l. 47. §. pen de leg. l. 1. 23. de R. I. b) l. 5. §. 2. ff. commod. l. 23. de R. I. c) §. 9. I. l. 71. ff. de societ. l. 17. ff. de iure dot. d) l. 213. §. 2. et l. 223. §. 1. de V. S. l. 32. ff. depos. l. 55. de aedil. editio l. 226. de V. S. e) l. 3. §. vlt. l. 4. ff. de susp. tur. l. 7. ff. ad L. Corn. de fiscar. Ced. vid. CHRISTFR. WAECHTLER. de grad. culp. in contract. Vit. 1680.

§. 522.

Regulae culparum praestationis.

Regulae, circa culparum praestationem sunt sequentes:

I. Primo loco is praestandus est culpae gradus, de quo *ipsi pacifcentes conuenerint a)*.

II. Si nihil conuenerint, culpae praestatio aut ex utilitate, quam vel alteruter vel vterque pacifcentium ex conuentione percipit; aut ex ea, quam negotii

*gotii natura exigit, diligentia diiudicatur. Hinc
speciales regulae:*

A) In ea conuentione, ex qua alter *solutus utili-
tatem*, alter vero *solutus incommodum* sentit, ille ad cul-
pam *levissimam*, hic ad *dolum tantum obligatur*; mo-
do exceperis precarium.

B) In ea conuentione, ex qua *par est utriusque
commodum et incommodum, vterque culpam latam
et leuem praefat b).*

C) Qui negotium, quod *exactissimam* requirit
diligentiam, *sponte suscepit*, ad *levissimam* obligatur
culpam, licet *solutus omne sentiat incommodum*.

D) In specie culpa *leuis* in regula in ABSTRA-
CTO praefatur, excipe tamen contractus, in quibus
administratio rei alienae vel communis intercedit, ibi
enim, qui administrait, culpam tantummodo in
CONCRETO praefat; id quod fit 1) in societate c).
2) in communi legato vel hereditate d) 3) in rebus
dotalibus e).

a) l. 23. de R. I. b) l. 5. §. 2. ff. *commod.* ibi: *in con-
tractibus interdum DOLVM SOLVM, interdum et CVL-
PAM praefamus: dolum in deposito. nam quia NVLLA
VTILITAS eius versatur, apud quem deponitur, merito
DOLVS praefatur SOLVS. Sed ubi VTRIVSQVE
vtilitas veritut, et DOLVS et culpa LEVIS praefatur
c) §. 9. I. de societ. l. 72. ff. pro soc. d) l. 25. §.
16. ff. famil. etc. e) l. 17. ff. de iure dor. Ceterum
de hac difficillima doctrina videantur, qui ad l. 23. de
R. I. commentati sunt, in primis DEL RIO Lugd. 1589.
8. et adi. FERRETTI tr. de eo quod int. RITTERS
HVSIVS ad l. 23. de R. I. Arg. 1659. 4. CONTIVS
in Ej. Opp. PROVSTEAV in MEERM. thes. Tom.
III.*

III. IAC. GODOFREDVS com. ad tit. de R. I. PETR. FABRI com. ad tit. de R. L MARKARTI probab. Port. I. p. 90. STRV VII decis. Sabbath. EIVSD. Exerc. ad ff. n. 19. §. 14. seqq. COCCEII. in Eiusd. diff. Vol. I. 4. 5. REINOLD diff. ad l. 23. de R. I. Duisb. 1714. et in Opuse. LEYSER. spec. 154. ES. FR. PVFFENDORE. tr. de culpar. praefit. Lemgov. 1740. 8. IORDENS diff. de praefat. culpar. Trai. ad Rh. 1768. THOMASII diff. de vſu praet. de culpar. praefit. in diff. Vol. II.

§. 523.

Mora quid et quotuplex?

MORA est dilatio abitus alicuius sine iusta causa facta. Ea igitur praesupponit, 1) ut aliquid fiat 2) vt is, qui facere debuisset, absque iusta causa non fecerit. Ea vero duplex est: I. Mora CREDITORIS; cum is, quod debitor offert, sine iusta causa accipere detrectat; de qua infra ad tit. quib. mod. oblig. toll. II. Mora DEBITORIS, cum is praestanda iusto tempore sine iusta causa non praestat. Haec iterum duplex est. Nam si tempus praestationis ab ipsis legibus definitum est, mora EX RE; sin a contrahentibus, mora EX PERSONA dicitur. Ceterum morae debitoris praecipui effectus sunt: 1) vt debitor morosus casum praestare debeat, nisi res, iusto tempore tradita, apud creditorem aequa peritura fuisset 2) vt usurae, licet non proemissae, in contractibus bonae fidei solui debeat. Plura in Pandectis.

I. 23. §: ff. de V. O. l. 14. §. 1. ff. depof. l. 32. §. 2. ff. de usur. HENR. COCCEII diff. de mora in diff. cur. T. I. FORCATVLVS de mora. Hanov. 1599. 8. FERRETVS de mora. Saep. MEISTERI diff. de norione iurid. morae, in opuse.

§. 524.

§. 524.

Vsurae quid?

VSVRAE sunt certa pecuniae summa pro VSV fortis creditor i soluenda. Eas petere creditor potest 1) vel quia diserte in *pacto* promissae sunt, vel 2) quia debitor in *mora* fuit. Priori casu vsurae CONVENTIONALES; hoc vero, vsurae MORAE vocantur. Plura hoc loco necessaria non videntur.

NOODT. de *fœn. et sur.* in Opp. T. I. SALMASIVS de *sur.* L. B. 1638. 8. IDEM de modo *sur.* ib. 1739 8° IO. FR. GRONOV. de *sur.* L. B. 1671. 8. DONELLVS de *sur.* *Fruct.* Cet.

§. 525.

Id quod intereft, quid?

ID, QVOD INTEREST, dicitur omne *damnum*, quod creditor OCCASIONE *pacti* non seruati patitur. Eo comprehenditur tum *damnum emergens*, cum *lucrum cessans*. Illud ex *pretio rei amissae* aestimatur; hoc vero *probari* debet. Ne tamen nimium peti possit, cautum est, vt, si causa CERTA sit, debitor ultra *duplum* condemnari nequeat; sin INCERTA, in tantum condemnetur, quantum creditor probauerit.

I. un. C. de *sentent.* *quae pro eo, quod inter. profer.* cf. VALL. de *eo, quod int.* in OTTON thes. Tom. I. LE GRAND in MEERM. thes. T. III. de GAST. ibidem Tom. VI. CATIANVS ibid. T. VII.

§. 488.


§. 526.

Causa quid?

CAVSA denique est omnis utilitas, quae ad rem promissam spectat, eiusque occasione percipi potest. Eam in INTERNAM et EXTERNAM diuidere solent. Illa concernit qualitates vtiles rem ipsam adficienes v. g. seruitutes, conditio usucapiendi, salubritas, bonitas. Haec vero, utilitates ex re ipsa vel ecente eius occasione competentes v. g. fructus et accessiones.

I. 20. ff. de R. V. l. §. 38. §. 7. ff. de usur. §. 3. I. de offic. iud. cf. BRISSON. de V. S. f. v. causa Ceterum de tota hac contractuum doctrina cf. NOODTII L. II. de paet. et transfaet. in Ej. Opp. D'AVEZAN *contractuum libri II.* in MEERM thes. T. IV. FR. DVARENVS de paet. in Ej. Opp. CRVSLVS de paet. in OTTON. thes. Tom. I. ORTW. WESTENBERGII diss. IX. de causis oblig. in Ej. Opp. Tom. I. VINNII tr. de paet. HVGO DONELLVS ad tit. C. de paet. in Ej. comment. iur. civ. FR. HOTTON. ad tit. C. de paet. in Opp. LAVTERBACH. diss. de contract. in Ej. diss. Tub. T. I.

TITV-



TITVLVS XV.

QVIBVS MODIS RE CONTRAHITVR
OBLIGATIO:

§. 527.

Connexio.

Iam de singulis contractibus, et primo de rea-libus.

§. 528.

Mutuum quid?

Primus contractus realis est mutuum quod dicitur *contractus*, quo res fungibilis in tertium ita transfertur, ut is tantundem restituat. Ergo: I) mutuum requirit rem fungibilem. II. Res in tertium transfertur. III. Mutuatarius tantundem restituit.

GOEDDAEVS de reb. cred. Gosl. 1618. 8. MARANVS de reb cred. in Opp. T. II. HVGO DONELL. de reb cred. Frf. 1626. f. ab IDsinga de mutuo et vct. lnt. oblig. in OELLICH. thes. Nov. Vol. I. Tom. I. BARCLAIVS et MERILLIVS in OTTON. thes. Tom. III. VIGL. ZVICHEMVS de reb. cred. Lugd. 1591. 8. et adj. eius com. de re restam. de LVDEWIG. differ iur. Rom. et Germ. in mutuo in Eius dispp. T. III.

§. 529.

Axioma primum.

I. *Mutuum requirit rem FVNGIBILEM.* (vid. supra §. 192) Hinc res non fungibilis non mutuo, sed commodato datur, nisi in eum finem data sit, vt eam accipiens vendat, pecuniamque ex ea redactam mutui loco retineat, modo absit usuraria prauitas.

l. II. pr. ff. de reb. cred. ANT SCHVLTING. thes. contro. decad. 35.

§. 530.

Axioma secundum.

II. *Mutuo res transfertur; i. e. alteri in dominium traditur.* Vnde 1) ante traditionem rei pactum non mutuum, sed de mutuando dicitur a) 2) mutuo inest alienatio b), adeoque 3) qui non potest alienare, is nec mutuo dare potest c) 4) mutuatorius de re pro lubitu disponere potest; eiusque casum sentit.

a) *l. 17. pr. ff. de pac̄t. l. 2. §. 3. ff. de reb. cred.* b)
 Id, quod nota contra CLAVD. SALMASIVM, qui sub nomine ALEXII MASSALIAE mutuum esse alienationem negavit. Optime contra Salmasium inter alios scriperunt POLYC. SENGBER in *discept. de mutuo* Paris. 1646. 8. et in MEERM. thes. Tom. III. p. 369. GVL GOESIVS in variis scriptis, quae nouissimura EISENHARDTI Halae 1768 et 1769. 8. prodierunt, et CAR. ANN. FABROTTVS in epist. de mutuo, L. B. 1645. 8. et in OTTON. thes. Tom. III. p. 1237. De historia huius controversiae vid. MEERMANNVS in *praef.* ad thes. Tom. III. EISENHARDT. in *praef.* ad Goefium; Et WALCHIVM in *iure controv.* p. 312.
 c) §. 2. l. quib. alien. lic l. 2. §. 4. ff. de rec. cred.

§. 531.

Axioma tertium.

III. *Debitor TANTVNDEM restituit, i. e. non rem, quam accepit, ipsam, quia haec consumpta est,*
sed

sed aliam eiusdem generis, quantitatis et qualitatis. Hinc creditor aduersus debitorem competit *actio* MVTVI seu CONDICTIO CERTI EX MVTVO ad petendum tantundem.

§. 532.

De commodato.

Alter contractus realis est COMMODATVM, i. e. *contractus*, quo *usus rei* non fungibilis alteri ad certum tempus gratis conceditur, ut ea in specie, nec deteriorata restituatur. Igitur *commodato* conceditur I. *usus* II. *rei* non fungibilis. III. gratis et IV. ad certum tempus. V. Res in specie nec deteriorata restituui debet.

GODOFR. A IENA de *commod.* Heidelb. 1655. 4. REINHARDI commendat. de *commod.* eiusque act. Erf. 1572. 4. CASP. ZIEGLER. de *commod.* in diff. fel.

§. 533.

Axiomata.

I. VSUS *tantum*, non dominium transfertur. Ad eoque *commodans* sentit *casum*, quia penes eum manet dominium a).

II. Requiritur res NON fungibilis; nam si rei fungibilis *usus* traditur, adest mutuum (§. 529.) nisi tantum *dicis et ostentationis* causa res fungibilis tradatur b).

III. *Usus rei GRATIS* conceditur. Vnde si pro eo pecunia datur, contractus est *locatio conduccio*; si in alia res, adest contractus innominatus, do, ut des c).

Z 5

IV.

IV. *Vsus ad CERTVM TEMPVS conceditur.*
 Vnde commodans rem ante huius temporis lapsum repetere non potest, nisi aut $\alpha)$ propriis vslibus ea indigeat $\beta)$ aut eam reficere velit, aut $\gamma)$ commodatarius re male vtatur $\delta)$.

V. *Res in SPECIE nec DETERIORATA finito tempore restitui debet.* Hinc si commodatarius ea in longius tempus vtatur, tunc furti usus reus est; et si eam deteriorauerit, tenetur ad restitutionem damni $e)$.

$\alpha)$ l. 18. in fin. l. 19. 20. ff. l. 1. C. commod. b) l. 3. §. vlt. l. 4. ff. b. t. c) §. 2. l. b. t. l. 5. §. 3. ff. de praefcr. verb. d) arg. l. 3. C. loc. cond. e) §. 6. 7. I. de oblig. quae ex del. l. 54. §. 1. ff. de furt. Exemplum narrat GELLIVS N. A. VII. 15.

§. 534.

Actiones commodati.

Ceterum ex hoc contraetu duplex datur actio :

I. *Actio commodati DIRECTA*, quae datur commodanti aduersus commodatarium ad rem ipsam finito tempore repetendam et damnum vel culpa leuissima datum resarcendum $a)$.

II. *Actio commodati CONTRARIA*, quae competit commodatario aduersus commodantem ad indemnitatem petendam. Ei vero locus est $1)$ si commodatarius sumtus immodicos ad perpetuum rei usum fecerit $2)$ si commodans vel rem vitiosam scienter dederit, vel eam ante tempus reuocauerit $b)$.

$a)$ Ita

- a) Ita in regula, cum commodatarius *solus* ex hoc contractu habeat utilitatem. Si tamen contractus in gratiam *virtusque* initus sit, culpa *leuis* tantum praefatur l. 5. §. 2. 10. l. 18. pr. ff. *commod.* b) l. 18. §. 2. 3. ff. *cod.*

§. 535.

Depositum quid?

Tertius contractus realis est DEPOSITVM, seu contractus, quo alicui res gratis custodienda traditur.

BOVCHER diff. de *deposit.* eiusque spec. Arg. 1749. CASP. ZIEGLER diff. de *deposit.* in diff. sel.

§. 536.

Axioma et a.

De depositi natura obserua:

I. CVSTODIA sola in depositarium transfertur. Ergo: 1) re deposita *uti* plane non potest, et si fecerit, *furti* *vsus* reus est a) nisi *vsus* a deponente ipse *concessus* sit, quo casu sunt, qui depositum IRREGVLARE statuant b). 2) Deponens manet dominus, resque casu perempta *ipse* perit. 3) Deponens, quan- docunque velit, rem potest repetrere c).

II. Depositarius GRATIS custodire debet. Nam si pecuniam acceperit, adest contractus innominatus, facio, ut des d).

- a) §. 6. I. de oblig. quae ex del. b) cf. NETTELBLADTII diff. de *deposit.* irreg. Halae 1750. DEDEKIND commentat. de contr. quem *deposit.* irreg. vocant. Lips. 1753. OELLRICH. diff. de *deposit.* notiff. term. legred. Gott. 1777. c) l. I. §. 22. ff. *depositi.* d) l. I. §. 8. 9. 10. ff. *cod.*

§. 536.

§. 537.

Depositum diuisio.

Dividitur depositum in SIMPLEX et MISERABILE. Illud dicunt, quando SPONTE (i. e. nulla necessitate vrgente) res deponitur; hoc, quando vrgente CALAMITATE deponitur v. g. incendio, ruina, naufragio imminente. Quo casu dolus duplo punitur.

I. i. §. 1. ff. depos. WILLENBERG. de dep. mis. in exerc. Sabbath. T. III. GVNDLINGIANA part. 2. p. 179.

§. 538.

Depositum actiones.

Ceterum ex deposito aequa duae dantur actiones:

I. Actio depositi DIRECTA, qua vtitur deponens aduersus depositarium, ad rem non deterioratam cum omni causa repetendam a).

II. Actio depositi CONTRARIA, quae competit depositario aduersus deponentem ad indemnitatem praestandam

a) Nota: 1) si res *dolo* depositarii interierit, is *infamia* punitur l. i. ff. de bis, qui nos. *infam.* l. IO. C. depos. 2) si *culpa* eius, in regula *latam* tantum praefstat, l. i. §. 16. ff. eod. 3) si *casu*, depositarius *non tenetur*, nisi in *mora* restituendi fuerit.

§. 539.

De contractu pignoris.

Vltimus realis contractus est PIGNORATITIVS, seu contractus, quo debitor creditori in securitatem rem gradit

tradit, ut ea, soluto debito, restituatur. Ab eo differt pactum HYPOTHECAE, i. e. quo debitor creditori *ius reale* in securitatem crediti concedit.

Nota: *Iure antiquo* huc pertinebat pactum FIDUCIAE, quo creditori res immobilis in dominium temporarium tradebatur, ita, ut, *soluto* debito, creditor eam restitueret, vel, *non soluto*, ei in dominium perpetuum addiceretur. Hinc obserua differentias 1) per fiduciam creditor non solum possessionem sed et dominium, licet temporarium, nanciscebatur; 2) per contractum pignoris sola possessio, non vero dominium, traditur; 3) per pactum hypothecae nec possessio nec dominium, sed solum *ius in re* conceditur. cf. CONRADI diff. II. de pacto fiduc. Lips. 1739. IAC. GODOFRED. ad l. vn. C. Tbeod. de commissor. rescind. NOODTII obs. L. II. c. 7. 8. SCHVLTING. ad PAVLI rec. sent. L. II. T. XIII. p. 282. seqq.

§. 540.

Axioma buius contractus.

Iam nota axioma: *Finis contractus pignoratitii est SECVRITAS CREDITORIS.* Ergo: 1) omnes res, quae securitatem praestant, oppignorari possunt, i. e. quae in commercio sunt, sive sint corporales sive incorporales, sive mobiles sive immobiles, sive propriae sive alienae, modo hoc casu dominus vel consentiat, vel ratihabeat; a) 2) pignus presupponit creditum, adeoque α) est contractus accessorius, qui tamen omni credito licet sit mere naturale, modo efficax sit, accedere potest; b) β) extinto credito extinguitur pignus, adeoque a creditore, cui plene solutum est, restitui debet c) 3) Creditor accipit solam possessionem, non simul usum, nisi adiectum sit pactum ANTICHRETICVM, hoc est, pactum, quo debitor creditori VSVM pignoris concedit. Quod vel expresse vel tacite iniri potest; modo absit usuraria prauitas d).

a) l.

- a) l. 9. §. i. l. 11. §. 2. ff. de pign. et hyp. l. 1. §. 2. ff. i.
 3. 4. C. quae res pign. dari poss. tit. C. si aliena res pign.
 dat. CHR. GOTTL. GMELIN commendat. de pignore
 vel hypoth. quam debitor in re sibi non propria constituit,
 Vlmae 1778. 8. WESTPHAL. von Verpfänd. fremd.
 Güther. in Schotts Wochenbl. 1772. n. 33. b) l.
 5. ff. de pign. et hyp. l. 2. ff. quae res pign. c) l.
 13. ff. quib. mod. pign. solv. l. 1. §. 6. ff. de O. et A. tit.
 C. etiam ob chirogr. d) l. 11. §. 1. ff. de pign. et hyp.
 LAVTERBACH. diff. de iure antichr. in diff. Tubing.
 Vol. I. COCCEII diff. de antichr. in Exerc. Vol. I.
 MENKENII diff. nullum excessum usurpar. in pact. antich.
 esse tolerand. in Opus.

§. 541.

Actiones pignoraritiae.

Duplex iterum ex hoc contractu datur actio:

I) Actio pignoratitia DIRECTA, quae competit debitori aduersus creditorem, ad pignus, soluto debito, cum omni causa restituendum, damnum que culpa leui datum refaciendum a).

II. Actio pignoratitia CONTRARIA, qua vtitur creditor aduersus debitorem ad indemnitudem petendam, v. g. si sumptus in pignus fecerit, vel res aliena ei data fuerit.

Nota: 1) si res casu perierit, creditor non tenetur, sed ea debitori, tanquam domino, perit; 2) si in culpa, creditor tenetur de leui tantum, quia pars est utriusque commodum, vid. tit ff. de pignor. action.

§. 542.

De contractibus nonnullis innominatis.

Haec de contractibus realibus nominatis; ex innominatis potissimum notari debet: I. contractus
 AESTI-

AESTIMATORIVS, quo res alicui ita traditur, vt
aut eandem ipsam aut certam pecuniam restituat a).

II. Contractus PERMVTATORIVS seu PER-
MVTATIO, qua res alicui traditur, vt ALIAM mihi
tradat b). III. Contractus SVFFRAGII, quo aulico
aliquid datur, vt causam meam principi commendet c).

a) tit ff. de aestimat. b) tit. ff. de rer. permvt.
tit. C. de suffrag.

TITVLVS XVI.

DE

VERBORVM OBLIGATIONIBVS.

§. 543.

Connexio.

Progredimur ad aliam contractuum speciem, ni-
mirum ad VERBALES (§. 511) quorum iure
antiquo tres erant: 1) dotis dictio 2) promissio ope-
rarum a liberto facta, et 3) stipulatio; de qua hoc
titulo.

RAMOS et RETES de V. O. in MEERM. thes. T. VII.
LVD. CHARONDAS de V. O. in OTTON. thes. T. I.
FR. DVARENVS in Opp. HVGO DONELLVS de
V. S.

§. 543.

§. 544.

Stipulatio quid?

STIPVLATIO est contractus, quo quis ex *congrua*, et *incontinenti facta* *responione* obligatur. Igitur ad eam requiritur: 1) interrogatio, et 2) responso, quae esse debet α) *congrua* i.e. *iisdem*, quibus interrogatus erat, verbis; (v. g. spondesne mihi dare centum? spondeo, me tibi dare centum;) β) et in *continenti facta*, i. e. *statim*, vbi interrogatus esset α). Ceterum stipulatio *iisdem*, quibus pacta, modis fieri potest v. g. pure, aut sub conditione. Hoc tamen obseruato, quod stipulationis *in diem* conceptae obli-gatio stricto quidem iure *perpetua* maneat, attamen exceptione elidi possit. β) Denique *aetio* ex stipula-tione competens dicitur *aetio EX STIPVLATV*, quae iterum vel *certi* est vel *incerti* ϵ).

α) §. 1. I. b. t. CVIAC. Obs. L. II. c. 30. iure antiquo simul *solemnia verba* requirebuntur, quod tamen iure novo mutatum est, I. 10. C. de contr. Stip. b.) §. 3. I. l. 44. ff. b. t. GVNDLINGIANA. P. VI. p. 47. c.) pr. I. b. t. cf. IO. GOEDDEVS de contrab. et committ. stipular. Herborn 1618. BORCHOLT. de stipul. et pac*t*. in Ej. diss.

§. 545.

Vsus bodiernus.

Hodie non dantur stipulationes, cum Germani nunquam certis formulis aut interrogationibus et re-sponsionibus in contrahendo vni sint; adeoque hodie ex *omni* conuentione, quibus cunque verbis et sine vila interrogatione aut responsione facta, datur *aetio*.

COCCEII diss. de *vſu et differ. bod. pactor et stipul.* in Ej. Exer. cur. Vol. I. sed vid. LEYSER. Medit. ad Pand. Spec. 39. med. 7. HAMBERGER. diss. de *non vſu stipu-lat*.

lat. usque pacto. in foris germ. in opusc. Praeterea de voce stipulationis vid. HEIN. synt. ant. h. t. §. I. et VINN. h. t. princ. LEYS. spec 519. Med. I. MENAG. amoen. iur. c. 39.

TITVLVS XVII,

DE

DVOBVS REIS STIPVLANDI ET
PROMITTENDI.

§. 546.

Connexio.

Non solum unus vni, sed et plures vni, et unus pluribus, et plures pluribus obligari possunt; hinc obligatio correalis, et ius correale. Qui illam debent correi debendi, hoc vero qui gaudent correi credendi dicuntur.

DE CORREIS DEBENDI ET OBLIGA-
TIONE CORREALI.

§. 547.

Qui correi debendi?

CORREI DEBENDI in genere dicuntur, qui eandem rem in solidum praestare tenentur. In SOLIDVM vero praestare est, non tantum PARTEM, sed TOTAM rem praestare. In regula enim si plures ad idem obligati sunt, singulus ratam suam praefat, quo casu adegit obligatio DIVISA; sin vero singulus non

A a

solum

solum ad ratam suam, sed ad totum praestandum obligatur, adest obligatio correalis.

Nota: Rei in genere dicuntur, quorum' de re discepatur. FESTVS s. v. reus. CIC. de orat. L. II. c. 43. et 79. In specie vero reus est, *a quo aliquid petitur* (der Beklagte). Hinc correli sunt, *a quibus idem petitur*.

§. 548.

Correalis obligatio quid?

Ergo CORREALIS obligatio est, *qua ex pluribus, qui eandem rem debent, singulus in solidum ex speciali causa tenetur*. Adeoque ad eam requiritur, 1) vt plures ad idem obligati sint 2) vt singulus in solidum ex speciali causa teneatur, quia in regula singulus pro rata tenetur. (§. praec.)

§. 549.

Causa correalis obligationis.

Specialis haec causa varia est:

I. TESTAMENTVM, quoties testator pluribus heredibus eandem praestationem iniunxit v. g. heredes mei, Titius aut Caius, Mevio centum danto; fecus, si dixerit: Titius ET Caius a).

II. IPSIUS REI NATVRA i. e. si res individua debeatur; v. g. seruitus realis.

III. IMMEDIATA LEGIS DISPOSITIO, quoties leges ipsae iubent, vt singulus in solidum obligetur; quod fit v. g. quoad plures tutores, vel curatores, vel fideiussiores b).

IV. Fa

IV. Factum PROPRIVM correorum, quod vel illicitum est, vel licitum. Hinc oritur correalis obligatio: 1) ex DELICTO, si plures simul *idem* delictum commiserint; tunc enim singulus ad damni reparationem in *solidum* tenetur e) 2) ex PACTO, quoties plures *idem* promiserunt, qui propterea *correi PROMITTENDI* in specie dicuntur.

- a) *I. 9. pr. l. 17 ff. b. r. l. 8. §. 1. de leg. I.* b) *I. 38. et 55. ff. de admin. tut. l. 2. O. de diuid. tut. l. 13. §. vlt. ff. de instit. act. l. 1. §. vlt. 2. ff. de exerc. act.* c) *I. 14. §. vlt. ff. quod metus causa l. 2. 3. ff. de his qui effud. l. u. §. 2. ff. ad L. Aquil. l. 1. C. de cond. furt.*

§. 550.

Obligatio correalis quomodo pacto constituantur?

Vt in specie *pacto* constituantur obligatio correallis requiritur 1) vt a pluribus eadem res ex eadem causa promittatur 2) vt singulus *disertis* verbis in *solidum* statim ab *initio* se obliget a) 3) vt *omnes* rem *eandem* tanquam debitores *principales* promittant b). Hinc patet, obligationem correalem differre tam a *fideiinfusione*, quam a *constituto*. Ceterum nota: 1) huic obligationi in *omnibus* *contraetibus* locus est c). 2) Ea ita constitui potest, vt vel *omnes pure* vel *omnes sub conditione*, et quidem vel *sub eadem* vel *sub diuersa*; vel alter *pure*, alter vero *sub conditione* vel *die obligetur*; cuius rei diuersi sunt *effectus speciales d)*.

- a) *I. II. §. 1. 2. ff. l. 3. C. b. r. Nov. 99. c. 1. VINN. h. t. pr. n. 4. CVIAC. obf. L. XXVI. c. 26. b) l. 13. C. de fidej. c) l. 9. pr. ff. b. r. l. 59. §. 3. l. 60. §. 2. ff. Mand. d) l. 7. 9. §. vlt. ff. §. 2. l. 5. r.*

§. 551.

Correalis obligationis effectus.

Effectus enim *generales* omnis obligationis correalis sunt: 1) ut a creditoris arbitrio pendeat, an *unum* correorum, aut aliquos aut omnes vel in *solidum* vel singulum pro *rata* conuenire velit. Potest et creditor variare. Gaudent tamen correi beneficio *diuisionis* a) 2) Vt, si *vnus* correorum soluerit, *reliqui* simul liberentur, nisi obligatio *poenalis* fuerit b). Istamen, qui solidum soluit, a reliquis non potest ratis petere, nisi vel *socii* sint, vel creditor iura sua soluenti *cesserit*, vel aliter inter debitores conuenerit c) 3) vt, si *vnus* correorum a creditore *interpellatus* sit, praescriptio etiam quoad *reliquos* non *interpellatos* interrupta habeatur d).

a) l. 3. §. 1. l. 11. ff. l. 23. et 28. C. de fideiuss. Nov. 99.
c. 1. PVFFENDORF. T. II. obs. 77. et quos allegavit
OTTO h. t. §. 1. VINN. et HEIN. eod. loco. b)
l. 3. §. 1. ff. b. 1. l. 16. pr. ff. de accept. l. 7. §. vlt. l. 8.
ff. de iurisd. l. u. §. 2. ff. ad L. Aquil. c) Sunt
tamen, qui indistincte soluenti actionem negotiorum
gestorum vtilem concedant ex l. 2. C. b. t. d) l.
vlt. C. b. t.

DE CORREIS CREDENDI.

§. 552.

Qui dicantur correi credendi?

Correi CREDENDI sunt, *plures* creditores, quo-
rum singulo competit *ius*, *solidum* exigend*i*. SOLIDVM
exgere est, non PARTEM, sed TOTVM petere. In
regula enim si pluribus aliquid promissum est, sin-
gulus *ratus* suam petit, quo casu adest *ius diuisum*,
sin vero singulus totum petere potest, adest *ius cor-
reale*.

§. 553.

§. 553.

Ius coreale quid?

Ergo CORREALE IVS est, quo ex pluribus, quibus eadem res debetur, singulus ex speciali causa totam rem petere potest. Ad eam igitur requiritur, 1) vt pluribus idem debeatur 2) vt singulus solidum ex speciali causa petere possit, quia in regula singulus ratam tantum exigere potest.

§. 554.

Causa iuris correalis.

Quae specialis causa iterum esse potest:

I. TESTAMENTVM, quoties testator pluribus eandem rem reliquit v. g. *Heres meus Titio AVT Caio centum dato.*

II. Ipsius REI NATVRA, si pluribus res indiuidua debeatur v. g. feruitus realis.

III. IMMEDIATA LEGIS DISPOSITIO, quoties leges patiuntur, vt singulus solidum petat. v. g. quoad plures pupilos ratione tutoris *communis a)*

IV. FACTVM eius, a quo petitur, quod iterum vel illicitum est, vel licitum. Hinc ius correale obtinet: 1) ex DELICTO, si plures simul laesi sint v. g. si res *communis* furto ablata sit b) 2) ex PACTO, si pluribus eadem res *promissa* sit.

a) LEYSER Spec. 339. Med. 4. b) l. i. C. de cond.
Furt

§. 555.

Quomodo pacto constituantur ius correale?

Vt in specie pacto constituantur ius correale requiritur: *ut PLVRIBVS in genere EADEM res ex VNA EADEMQUE causa, et in specie quidem SINGULO in SOLIDVM STATIM AB INITIO promissa sit.* Ceterum 1) huic iuri in omnibus contractibus locus est; 2) potest quoque ita constitui, *vt vel omnibus pure, vel omnibus sub conditione aut die, vel alteri pure, alteri vero sub conditione aut die promittatur;* cuius rei quoque diuersi sunt effectus speciales.

§. 556.

Effectus iuris correalis generales?

Effectus enim iuris correalis generales sunt: 1) *vt pendeat a debitoris arbitrio, cui correorum credendi soluere velit, nisi vnu iam actione vsus sit a)* 2) *vt debitor, qui vni correorum credendi soluit, liberetur quoad reliquos b)* 3) *vt correus credendi, cui totum solutum est, non debeat, quod accepit, cum reliquis communicare, nisi vel socii sint, vel aliter inter eos conuenerit c)* 4) *vt si vnu correorum credendi debitorem interpellauerit, (praescriptio simul quoad reliquos non interpellantes interrupta censetur d)*

- a) *L. 16. ff. b. t.* b) *L. 31. §. 1. ff. de nouat.* c) *L. 62. pr. ff. ad L. Falc.* d) *L. vlc. C. b. t. Cet. cf. AEGID. HORTENSIVS de duob. reis, Frf. 1607. 8. RONCHE. GALLVS de duob. reis constituendis. Marb. 1632. 4. et saep. THEOD. MOHR. tract. synopt. de duobus reis. Helmstrt. 1687. 4. FROMMANNI diss. de oblig. corr. Tub. 1677. et in Ej. disp. P. I. VINCENT. DRESKY diss. de oblig. corr. Gott. 1777.*

TITV.

TITVLVS XVIII.

DE

STIPVLATIONIBVS SERVORVM.

Cum serui nihil sibi, sed omnia dominis adquirent (§. 43) sequebatur, vt, quod sibi stipulati essent, non ipsis, sed dominis deberetur. Quod hodie aliter est. vid. §.44.

TITVLVS XIX.

DE

DIVISIONE STIPVLATIONVM.

§. 557.

Stipulario quonplex?

Stipulatio est vel VOLVNTARIA, (seu conuentionalis) vel NECESSARIA. Illa, quae a mero pacientium arbitrio pendet; haec quae vel *praetoris*, vel *iudicis pedanei*, vel *utriusque iussu* fieri debet. Hinc stipulationes (seu cautiones) PRAETORIAE a) IV-DICIALES b) et COMMVNES c).

- a) Huc pertinet cautio *damni infecti*, cautio *legatorum seruandorum causa*. b) v. g. cautio de *dolo*, de *fervo fugitivo* c) v. g. cautio *rati*, rem *pupilli saluam fore*. De quibus omnibus in pandectis.


Aa 4

§. 320.

§. 558.

Vetus badiernus.

Hodie 1) discrimen inter Praetorem et iudicem pedaneum, hinc et cautionum inter praetorias et iudiciales cessat 2) non cauetur per stipulationes solemnnes 3) non omnes cautiones Praetoriae et iudiciales in vnu sunt, quod in Pandectis dicetur singulo loco.



TITVLVS XX.

DE

INVTLIBVS STIPVLATIONIBVS.

Stipulationes inutiles i. e. *inutiliae* sunt, vel ex causa *communi*, si omisum est, quod in genere in omni conuentione requiritur (vid. tit. de *obligationibus*) vel ex causa *propria*, si quid vitii est in *propria* stipulationum forma v. g. si non *congrue* respondum, vel inter *absentes* per epistolam stipulatio facta sit; quae hodie inutilia esse, facile est ad intelligendum.

TIVT-

TITVLVS XXI.
DE
FIDEIVSSORIBVS.

§. 559.

Connexio.

Cum apud Romanos fideiussiones solemni stipulatione fieri deberent, hinc de iis hoc titulo agitur.

§. 560.

Fideiussio quid?

FIDEIVSSIO est stipulatio (hodie paetum) qua quis alienae obtignioni in subsidium accedit, seu, quis creditori alieno promittit, se pro eius debitore soluturum, si is ipse non soluerit. Ergo I. Fideiussio est paetum, et quidem II. accessorium III. Fideiussor in subsidium soluere promittit creditori alieno.

§. 561.

Axioma primum

I. Fideiussio est PACTVM. (Iure Romano stipulatio) Qui igitur pacisci potest, is recte fideiubet, nisi ex speciali causa prohibetur, veluti: 1) feminae propter Scetum Velleianum et Avth. si qua mulier a). 2) milites b) 3) clerici pro laicis c) Ex quo simul patet, furiosorum, mentecaptorum, prodigorum, impuberum et minorum fideiussionem esse nullam, nisi tutoris curatorisue accedat consensus d).

Aa 5

a) tit.

- a) *tts. ff. de Sc̄t. Vellej. Nov. 134. c. 8.* b) *I. §. 1. ff. t. qui satisf. cog. l. 31. C. locati. De vſu hod. cf. AYRERI progr. de milite fideiūſſore in ei. opus. Tom. I. LEYS. spec 523. med. 3. 4. c) Nov. 123. c. 6. LEYS. l. c. PVFFEND. obſ. iur univ. Tom. III. obſ. 77. d) §. 8. 9. I. de inur. ſtipul. pr. I. de auctōr. tut. l. 6. ff. de V. O. iure Romano nec ſurdis nec mutis fideiūſſore licebat, quia ſtipulari non poterant, §. 7. I. b. t.*

§. 562.

Axioma secundum.

II. *Fideiūſſio eſt paſſum ACCESSORIVM a).*
Hinc 1) ea locum habet quoad omnes obligationes validas, ſive ciuiles, ſive naturales, attamen efficaces, ſive ex contratu, ſive ex delicto oriuntur, excepta poena corporali b). 2) Fideiūſſor poteſt ſe magis, non vero in maius vel in duriorē causam obli-gare c).

- a) Poteſt tamen fideiūſſio ratione temporis praecedere, ſed reſpectu effectus manet acceſſio obligationis principalis. §. 3. I. b. t. b) §. 1. I. l. 6. §. 2. l. 7. l. 8. §. 1. et 5. l. 16. §. 3. l. 56. §. vlt. l. 70. §. vlt. ff. b. t. l. 26. ff. l. 22. C. de poen. Exceptio tamen eſt 1) in obli-gatione doxis reſtituenda l. 2. C. ne fideiūſſ. dox. dent. cf. LEYS. spec. 523. med. 8. EISENHARD. de fideiūſſ. doxis in Ej. opuse. 2) in muſuo filii familias l. 9. §. 3. ff. ad Sc̄t. Maceſ. III PVETTMANNI probab. L. I. c. 19. c) §. 5. I. l. 8. §. 7. ff. b. t. VINN ad cit. §. 5. AVE-RAN. interpret. L. II. c. 3. FR. CAR. CONRADI diff. de fideiūſſ. in maior. ſumma adhibito Helmſt. 1734. Ceterum de praedibus, vadibus, et ſponsoribus cf. SAL-MAS. de modo uſur. c. 16. BRISSON. de V. S.

§. 563.

§. 563.

Axioma tertium.

III. *Fideiussor CREDITORI promittit, SE soluturum.* Hinc 1) si quis promittit, se curare velle, vt debitor soluat, non adest fideiussio 2) si quis debitori ipsi promittit, se pro eo soluturum esse, aequae deficit fideiussio.

§. 564.

De effectu fideiussionis.

Effectus fideiussionis est, vt creditor aduersus fideiussorem actione EX STIPVLATV, ad praefundum quod debitor principalis debet, experiri possit. Sunt tamen tria iure novo fideiussoribus data beneficia; nempe diuisionis, ordinis et cedendarum actionum.

§. 565.

De beneficio diuisionis.

I) Beneficium DIVISIONIS est, quo confideiussor petere potest, ut obligatio soluendi inter eum et reliquos confideiussores diuidatur. In regula enim singulus confideiussor in solidum tenetur. Iam de eo nota: 1) Eius auctor est D. Hadrianus, vnde et epistola D. Hadriani appellatur a) 2) Eo non ipso iure, sed opposita demum exceptione diuiditur obligatio b) 3) Cessat: α) si reliqui confideiussores vel insoluendo sint, vel comode conueniri nequeant c) β) si quis vel cum feminis, vel cum minore, isque in integrum restitutus sit, vel in causa individua fideiusserit d) γ) si quis inficiatus sit fideiussionem e) δ) si ei renunciauerit.

a) §. 4. l. b. t. Sed tribuitur quoque D. Pio in l. II. §.

§. 1. ff. b. t. vid. RAEVARDI Varia L. III. c. 10. OTTO

h. t. §. 4. b) §. 4. l. 26. 39. ff. l. n. C. b. t. c)

§. 4.

§. 4. I. l. 10. §. 1. C. b. r. d) l. io. §. 1. l. 48. pr.
§. 1. ff. h. r. Q. SEPT. FLOR. RIVINI diff. de poena
fidej. infic. Lips. 1748. STRECKER diff. de inficiat. eius-
que poenis Erf. 1734. e) l. pen. C. de paſt. cf. LAV-
TERBACH diff. de benef. diuis. Tub. 1658.

§. 566.

De beneficio ordinis.

II. Beneficium ORDINIS seu EXCVSSIONIS, est, quo fideiussor non potest conueniri, nisi excusso prius debitore principali. De eo obserua: 1) Auctor eius est Iustinianus a) 2) fideiussor conuentus eo uti debet opposita exceptione 3) Cessat: α) 2) si debitor principalis vel insoluendo sit, vel latitet, nisi fideiussor eum intra certum tempus deducere velit b) β) si ei renuntiatum sit c) γ) si fideiussor se ut debitorem principalem obligauerit d).

- a) Nov. 4. c. I. b) cit. Nov. c) l. pen. C. de paſt.
d) GAIL. L. II. Obf. 28. LAVTERBACH. diff. de be-
neſ. excusſ. in diff. Tubing. Vol I. GVNDLING. ſingu-
laria deſ. benef. excusſ. cap. Hal. 1728. SAM. STRYCK.
diff. de benef. excusſ. in diff. Francof. Vol. I. CANZIL
diff. ſiftens quæſtiones de benef. excusſ. Tub. 1770.

§. 567.

Beneficium cedendarum actionum.

III. Beneficium CEDENDARVM ACTIONVM est, quo confideiussor ſolidum ſoluturus a creditore petere potest, ut ſibi actiones aduersus confideiuffores cedat. De eo quoque obſeruandum: 1) Eius finem eſſe, ut con-
fideiuffor ſolidum ſoluens a confideiufforibus ratas
repetere poſſit; 2) cessionem iſlam ante ſolutionem
fieri debere, niſi haec faſta ſit ſub conditione, ut
actiones cedantur.

cf. l.

cf. l. 17. 36. 39. ff. l. ii. 14. C. b. r. l. 76. ff. de solut. De alio remedio constitutione Iustiniani introducto et ex Basiliis restituto vid. CVIAC. obs. L. XIX. c. 34. Cf. LEYS. spec. 525.

§. 568.

Remedia fideiussoris contra debitorem.

Aduersus ipsum, pro quo fideiussor soluit, debitorem, alia dantur iuris remedia; nimirum: 1) qui pro prohibente soluit, nullam habet actionem a) 2) qui pro ignorantie, sed non prohibente soluit, vtitur negotiorum gestorum actione 3) qui pro scientie solvit, habet mandati actionem contrariam b).

a) l. 6. §. 2. l. 40. ff. mandati, l. vlt. C. de negot. gest.

b)

§. 6. l. 4. pr. ff. b. z.

§. 569.

Continuatio.

Nonnunquam tamen fideiussor quod soluit, non potest repetrere, et vice versa, quod non soluit, potest petere.

Prius sit: 1) si debitum principale contra bonos mores fuerit a). 2) si fideiussor in plus, quam debito principali inest, condemnatus non appellauerit b) 3) si exceptiones, quibus se liberare poterat, non opposuerit, nec aduersus iniustam sententiam adpellauerit c) 4) si exceptiones, quibus debitor principalis liberari poterat, non opposuerit, nec desiderauerit, cum posset, vt debitor ipse litem fusciperet d) 5) si pecunia accepta fideiusserit e) 6) si falso creditoris procuratori soluerit f) 7) si de facta solutione debitorem principalem non certiorauerit, isque etiam solverit

uerit g) 8) si denique *antē diem* soluerit, non potest agere nisi existente die h).

Posteriorius accidit 1) si creditor fideiussori obligationem remiserit i) 2) si fideiussor ad soluendum condemnatus sit, licet nondum soluerit k) 3) si debitōr principalis bona sua dilapidet l) 4) si pecuniam, quam creditor non accepit in iudicio deposuerit m).

a) l. 12. §. 11. ff. *Mandat.* b) l. 8. §. 8. ff. *cod.* c)
l. 10. C. *cod.* d) l. 10. §. 12. ff. *cod.* e) l. 6. §.
vlt. ff. *cod.* f) l. 26. §. 5. ff. *cod.* g) l. 29. §. 3.
ff. *cod.* h) l. 31. ff. b. t. i) l. 10. §. vlt. l. 26. §.
3. ff. *Mand.* k) l. 6. C. *cod.* l) l. 38. §. 1. ff. l.
10. C. *cod.* STRYCKIUS. vs. mod. h. t. §. 30. m) l. 64.
ff. b. t. CHR. THOMASII. diff. de act. fidei. ansequam
soluit, in diff. Vol. I.

§. 570.

Quando evanescat fideiussio?

Euanescit denique fideiussio 1) sublata obligatione principali a) 2) lapsu temporis b) 3) confusione c) 4) et nouatione d).

a) l. 91. §. 4. ff. de V. O. LEYS. *Spec.* 523. m. 15. b)
l. 7. C. *Locat.* c) l. 50. l. 71. pr. ff. b. t. l. 95. §.
3. ff. de *solut.* d) l. 18. ff. de *nouat.* *Cet. conf.* HENR.
RINGII tr. de fideiuss. Frf. 16. 7. 4. et in Opp. HENR.
HAHN. diff. de fideiuss. in Ej. diff. sel. LAVTERBACH.
diff. de fidei. in Ej. diff. Tubing. Vol. II. PVFFEND.
obs. iur. vn. T. I. obs. 128. IO. LVD. SCHMIDT lib.
sing. de fideiussore plane non obligato, Ienae 1763. 4.
EIVSD. lib sing. de fideiussore principaliter obligato ibid.
1767. 4.

§. 571.

§. 571.

Negotia a fideiussione distinguida.

Haec de ipsa fideiussione, a qua tamen distingui debet:

I. EXPROMISSIO, quae est *pactum*, quo quis alienam obligationem in se suscipit. Ea a fideiussione differt, quod expromissor non accedat obligationi, sed eam in se transferat, adeoque prior debitor plane liberetur a).

II. CONSTITVTVM PRO ALIO, quod est *pactum*, quo quis alienae obligationi sine solemnis stipulatione accedit. Igitur constitutum sit nudo pacto, sed fideiussio solemnis stipulatione. Cessante vero hodie solemnis stipulatione (§. 545) constitutum pro alio apud nos a fideiussione non differre, intelligitur b).

III. MANDATVM, quo quis alteri mandat, ut tertio cuidam pecuniam credat. (v. g. si ego Titio mandarem, ut Mevio crederet). Tunc enim, qui accepit pecuniam, obligatur principaliter ei, qui dedit contractu mutui; Mandans vero obligatur eidem actione subsidiaria ex contractu mandati. Hinc, qui dedit pecuniam, prius mutuatarium actione mutui conuenire debet, quo demum *insoluendo* existente aduersus mandatorem in *subsidium* actione mandati agere potest c). Differt autem fideiussor et mandator, quod 1) ille *praesens* et *solemni stipulatione* obligetur; hic vero quoque *absens* et per *epistolam*; d) 2) quod ille tenetur ex debitoris principalis obligatione, hic vero *ex propria*, nempe *mandati*, quod dedit e) 3) quod ille vel actione *mandati* vel *negotiorum gestorum* (§. 569) aduer-

aduersus debitorem, pro quo soluit, agat; hic vero non alia, nisi a creditore *cesseret* f).

a) §. 3. I. quib. mod. toll. obl. b) tix. ff. de pecun. con-
stit. c) l. 6. §. 4. ff. Mandat. d) CVIAC. parar.
ad C. h. t. e) c. l. 6. §. 4. ff. Mand. f) COD.
FABR. L. VIII. T. 28. def. 17.

TITVLVS XXII.

DE

LITTERARVM OBLIGATIONE.

§. 572.

Connexio.

Sequitur nunc de *tertia* contractuum specie, nem-
pe de litteralibus, tractatio.

§. 573.

Litterarum obligatio quae?

LITTERARVM OBLIGATIO seu CONTRA-
CTVS LITTERALIS est *is*, quo quis ad id obligatur,
quod litteris, (i. e. scriptura) intra certum tempus non
revoCATis, confessus est licet; falsum sit. Ergo hic
contractus REQVIRIT scripturam, quam scribens a tertio
intra certum tempus non revoCavit seu repetiit, cum
potuisset; et EFEICIT, vt scribens teneatur secun-
dum id, quod in scriptura adfirmavit, licet falsum sit.
Quae vt intelligas, nota:

L. In

I. In regula non requiritur scriptura ad obligationem efficiendam, sed sufficit nudum promissum. At tamen *semper* POTEST, et *nonnunquam* DEBET scriptura interuenire. PRIVS fit, cum scriptura *memoriae* vel *probationis* causa conficitur, ut ex ea constet, rem *hoc*, nec alio modo, actam esse. POSTERIVS vero, quando scriptura ad *substantiam* negotii requiritur, ut obligatio *non prius* nascatur, quam scriptura *confecta* fuerit; id quod contingit vel ex *legum voluntate* v. g. in *contractu*, de quo loquimur, *litterali*, et hodie in *contractu cambiali*; vel ex *partium voluntate*, dum conueniunt, ut *contractus ante non obliget seu perfectus sit*, quam scriptura *accedente a*).

II. In regula nemo ex *sola* scriptura, sed ex *veritate* eorum, quae continet, obligatur. Hinc qui probare potest, *falsa* esse scripturae contenta, non tenetur.

III. In regula nemo ex *hac sola* ratione obligatur, quia scripturam intra *certum tempus* ab aduersario *non repetierit*, modo scripturae *falsitatem* probare possit.

Ab his tamen regulis recesserunt leges in *contractu litterali*. Ibi enim 1) scriptura pertinet ad *substantiam* obligationis, et 2) scribens seu subscriptor obligatur secundum contenta scripturae, si eam *intra certum tempus non repetierit*, licet, quae in ea continentur, *falsa* sint. Vnde hoc non queritur, *vtrum verum sit*, quod scripsit, sed: *an scripsit, et: an scripturam intra certum tempus non repetierit*.

- a) GVIL. LEYSERI diff. II. de contractibus qui in scriptis
fiunt, Vir. 1682. 1687. STRYCK. caur. cour. in App. HV-
BER. ad π. tit. contrab. emt. vend. n. 2. 3. BERGER.
Oec. p. WERNHER. P. II. obs. 384. PVFFEND. Obs.
iur. un. T. II. Obs. 52. LEYSER. Spec. 204. Med. I.

§. 574.

Obligationis litterarum fundamenum.

Ex quibus intelligitur, duplex esse litterarum obligationis fundamentum. Alterum, scripturam aduersario datam; alterum, negligentiam, qua scribens scripturam intra certum tempus ab aduersario repeteret omisit, licet postea, quae adfirmavit, falsa esse cognouerit.

§. 575.

In quibus causis adest litterarum obligatio?

Ceterum occurrit haec litterarum obligatio seu contractus chirographarius primo in causa *mutui*, deinde in causa *dotis*, denique in causa *epochae* datae.

§. 576.

A. De contractu chirographario in causa MVTVI.

In MVTVO adest contractus chirographarius, si quis certam se pecuniae summam mutuo accepisse fas-sus est in chirographo, quod intra biennium non repe-tiit. Hinc requiritur: 1) vt haec confessio in chi-rographo facta sit; unde, quae nudis verbis, licet co-ram testibus, facta est, nihil efficit; 2) vt chirogra-pho disertis verbis scribens expresserit, se reuera ac-cepisse pecuniam 3) vt nec tempore chirographi dati nec postea aliquid, vel certe non tantum pecuniae, quantum accepisse scripsit, acceperit, 4) vt scribens chirographum intra biennium non repetierit.

Nora

Nota 1) CHIROGRAPHVM est *scriptura, qua me aliquid accepisse adfirmo.* Ab eo differt SYNGRAPHA, quae est *scriptura super contractu bilateralis confessio.* Nota 2. Iure antiquo in vslu erat contra^stus *nominum* seu obligatio ex nominibus. cf. GVNDLINGIANA Part. 40. obs. 2. HEINEC. *Synt. ant. h. t. EV. OTTO h. t.*

§. 577.

De effectu chirographi.

Cum igitur necesse sit, vt *intra biennium non repetitum* sit chirographum, sequitur:

I. Vt scribens *intra* biennium soluere *non* debeat, sed potius ei competat exceptio NON NVMERATAE PECVNIAE aduersus creditorem *intra* biennium agentem; qua id efficitur, vt creditor, se numerasse pecuniam, probare debeat a). Cessat tamen haec; exceptio 1) contra argentarium b) 2) si scribens *postea* vel expresse vel tacite iterum fassus sit, se pecuniam reuera accepisse, v. g. si *alio subsequente* instrumento vel *testamento* hoc adfirmauerit, vel *vsuras* soluerit c) 3) si ei in *separata* scriptura, non in *ipso* chirographo, renunciauerit d).

II. Vt *post* biennium scribens soluere *omnino* teneatur, licet probare velit, sibi pecuniam *non esse* numeratam e).

III. Vt si scribens actione aduersus creditorem *intra* biennium ad *repetendum* chirographum vslu sit, licet id non receperit, *non possit* obligari, quia negligens *non* fuit, hincque ei *perpetuo* competat *non* numeratae pecuniae exceptio. Sufficit tamen, si coram magistratu protestatus sit, sibi non esse pecu-

niam numeratam f). Si scribens tamen numerationem temere negauerit, punitur g).

a) Quod diserte est in l. 3. et 10. C. de non¹ num. pec. Hinc frustra dissentit HERM. ZOLL. diff. de exc. non num. pec. Rint. 1732. sed vide IO. SLVETER. diff. de exc. N. N. P. non priuilegiata, Gieffe 1742. b) Nov. 13^o. c. 5. HVBERTI diff. II. de argentariis veterum in OELLRICH. thes. diff. Vol. II. T. I. SIEBERI diff. II. de argentari. Lipſ. 1737. et 1739. CVIAC. obs. II. 14. XXII. 4. c) l. 4. 13. C. de non num. pec. l. pen. C. de pact. l. 4. 22. C. ad Sct. Vell. d) CARPZ. p. I. c. 32. def. 65. n. 7. e) vid. omn. l. 14. §. 2. C. de non num. pec. Consentit DONELL. comment. iur. civ. L. XIV. c. 38. FACHINEV Scontrov. L. II. c. 81. VINN. sel. quaest. L. I. c. 41. Dissent. SCHILTER. ad Pand. Ex. XXII. thes. 31. VOET. ad tit. ff. de reb. cred. n. 33. TITIVS diff. de pusatio contraactu lit. in Ej. diff. PVFFEND. Tom. I. obs. 64. MEVRERS iur. Abbandl. p. 60. cf. HOEPFNERI comm. ad Inst. §. 858. MANZELII diff. de probat. exceptionis N. N. P. Rost. 1747. WERNHERI obs. T. III. 4. P. 3. obs. 160. f) l. 7. 8. 9. §. 4. C. cod. g) Arth. contra qui C. cod.

§. 578.

B. De contraactu chirographario in causa DOTIS.

In DOTE occurrit chirographaria obligatio, quoties gener in chirographo fassis est, dotem se a foce-ro accepisse. Iam nota: 1) matrimonio intra biennium soluto, marito eiusque heredibus datur intra annum querela et exceptio non numeratae dotis. 2) Matrimonio post biennium sed intra decennium, soluto, marito eiusque heredibus querela illa et exceptio datur intra tres menses. 3) Matrimonio denique post decennium soluto, nulla datur marito querela et exceptio. Ceterum de transitu et praescriptione huius querelae et exceptionis adde: 1) si maritus minor sit, et intra memorata tempora non quaeratur, com-petit

petit ipsi restitutio in integrum intra duodecim annos a die nuptiarum; eo vero moriente intra hoc tempus, heredibus eius competit annus ad querelam mouendam. 2) Sin ipsi heredes mariti minores sint, quinquennium habent ad mouendam querelam. Nov.

100. c. 2.

§. 579.

Actio ex contractu chirographario.

Ceterum ex hoc contractu datur actio personalis, nimurum CONDICTIO EX CHIROGRAPHO, quae competit ei, qui possidet chirographum ex causa mutui vel dotis, aduersus scribentem, ad solvendum, quod chirographo, intra legitimum tempus non repetito, accepisse fassus est. §. un. I. h. t.

Nota 1) Sunt, qui hunc contractum chirographarium ad alios quoque contractus extendant, vid. LAVTERB. colleg. Theor. pract. ad tit. de reb. cred. §. 63. COCCEII ius controv. eod. tit. quæst. 23. MEVRER. l. c. p. 41. sed cf. HVBER. ad Inst. . h. t. I. STRVBENS rechtl. Bedenk. 3. Theil p. 93. HOEPFNERVS l. c.

Nota 2) Sunt porro, qui hodie contractum chirographarium non dari statuant. MEVRER. l. c. GE. SAM. MADIHN de vera indole litter. oblig. et exc. N. N. P. earumque usu in foris nostris cassante, Halae 1759. Cet. cf. GOD. LVD. MENKENII diss. de vera indole litter. oblig. et exc. N. N. P. in Ej. opusc. LYNKERVS delitt. oblig. Ienae 1693. 8. De LVDEWIG de litter. oblig. nexusque scripturae et subscriptoris, Halae 1723 et in Disput. T. II.

§. 580.

C. De litterali obligatione quoad APOCHAM.

APOCHA est scriptura, qua creditor profitetur, sibi esse solutum. Iam si creditor sub spe solutionis in antecellsum dederit apocham, ei competit querela non numeratae pecuniae intra XXX. dies, si apocha priuata fuerit.

l. 14. §. 1. 2. C. de n. n. p. RAMOS ad tit. C. de epoch. publ. in MEERM. thes. T. VII. LEYSER. ad Pand. Sp. 530. CASP. ZIEGLERI diff. de aposb. in Ej. discept. PHIL. LIPPI diff. de quarela N. N. P. contra epoch monvenda Lips. 1684, de CRAMER. Wenzl. Nebenst. Theil. 113. n. 1.

TITVLVS XXIII.

DE

OBLIGATIONIBVS EX CONSENSV.

§. 581.

Sequitur ultima contractuum, qui consensuales sunt, specie, de quorum natura supra dictum.

TITV-

TITVLVS XXIV.
DE
EMTIONE VENDITIONE.

§. 582.
Emitio venditio quid?

EMTIO VENDITIO a) est *contractus*, de dominio alicuius rei pro certa pecuniae summa transferencendo b). Ea vel PVBLICA, vel PRIVATA est; illa vel *auctio* vel *subasta*.

a) cf. D'AVEZAN *contractuum liber* in MEERM. thes. Tom. IV. GABR. MVDAEV^S de *contrah. emt. vend.* Frf. 1586. f. RIGALTIVS in MEERM. thes. Tom. I. b) cf. CVIAC. obs. IX. 15. MERILL. obs. III. 28. licet vero non semper tranferat dominium, eius tamen translatio est sine dubio primarius huius contractus finis.

§. 583.
Substantialia E. V.

Ad emtionis venditionis substantialiam requiritur:
I. CONSENSVS et **II. PRETIVM.**

§. 584.
De consensu.

I. De consensu nota: 1) emitio venditio *statim* perfecta est, vbi de *mutua contrahentium consensu* constat i. e. vbi constat quid, quale, quantum, a quo, cui, pro quo pretio, et sub quibus conditionibus emitum venditum sit a). Hinc 2) praeter hunc con-

Bb 4

sensum nihil aliud i. e. nec verba solemnia, nec rei traditio, nec scriptura requiritur; nisi partes conuerterint, vt obligatio non prius oriatur, quam scriptura confecta sit b) 3) hinc et nemo potest ad vendendum cogi, nisi exigente salute publica c) 4) hinc perfecto contractu neuter potest altero inuito recedere, licet emtor arrham, quam dedit, amittere velit; at eo nondum perfecto potest tam emtor recedere, amissa arrha; quam vendor, restituto arrhae acceptae duplo d) 5) hinc et vir metusque reddit emtionem inualidam e) nec minus 6) dolus, qui emtioni causam dedit, secus si incidentis fuerit f) hinc denique 7) error invincibilis et efficax in substantialibus commissus eam vitiat, non vero si rei accidentalia tantum, concernat, quia tunc locus est actioni quanti minoris g).

- a) I. 8. pr. ff. de peric. rei vend. b) pr. I. l. 1. §. vlt.
 l. 2. §. 1. ff. b. t. l. 17. C. de fide instrum. De qua re
 inter GVL, LEYSERVM et STRYCKIVM disputatum
 est; HVIVS cani. contr. Sect. II. c. 8. §. 2. 4. et EIVSD.
 additam, ad laud. libr. c) l. 11. 14. C. b. t. CVIAC.
 obf. XXVII. 9. d) pr. I. b. t. l. 17. C. de fide instr.
 l. 11. §. 6. ff. de act. emti l. 3. 6. C. de rescind. emt.
 CVIAC. obf. XI. 17. CHR. THOMASII diff. de arrbis
 emtionum in diff. Vol. II. IO. CAR. HENR. DREYERI
 diff. de diff. iur. rom. et germ. in arrbis emt. Kül. 1747.
 e) I. 1. l. 9. §. 3. ff. quod met. caus. l. 1. C. de rescind.
 emt. f) l. 13. §. 4. 5. ff. de act. emt. g) l. 9. pr.
 §. 1. 2. l. 14 l. 41. §. 1. l. 45. ff. b. t.

§. 585.

De pretiis.

II. PRETIVM est certa pecuniae summa ab emtore venditori soluenda. De eo nota: 1) Debet consistere in pecunia numerata; adeoque si res pro redatur,

tur, contractus est *permutatio*. Sin vero partim *res* partim *nummi* dentur, distingue: α) si plus *rerum*, quam *pecuniae* traditur, adeſt PERMVTATIO β) ſin plus *pecuniae*, quam *rerum*, contractus eſt *emtio venditio*, quia a potiori fit *denominatio* γ) ſin partim *rerum et nummorum* quantitas, aequē contractus pro *emtione venditione* habetur, quippe quae in vita communi eſt frequentior α). 2) Pretium ipsum debet eſſe: I. VERVM, i. e. vt ex eo intelligi poſſit, contrahentes ſerio emere vendere voluiffle. Hinc ſi dicis cauſa adiectum ſit, magis *donatio* inita eſt, a qua tamen diſſert *emtio venditio gratiae* b). II. IV-STVM i. e. quod ſaltim *dimidium* veri valoris rei attingit, alias contractus propter laefionem enormem reſcindi poſſet c). III. CERTVM i. e. certa quantitas determinata. Quae determinatio ſit vel 1) a LEGIBVS quo caſu obſerua: ſi determinatio in fauorem venditoris facta ſit, is quidem maioris, non vero minoris vendere poſteſt d), ſin in fauorem emtoris, poſteſt is quidem minoris, non vero maioris emere. Vel determinatur 2) ab IPSIS CONTRAHENTIBVS et quidem vel absolute vel relative, prout vel in ipſo contracitu, vel per relationem ad aliam ſcripturam, in qua quantitas continentur, de pretio conueniunt e). Vel 3) a TERTIO, in cuius arbitrium contrahentes pretii quantitatē contulerunt, modo is poſtea reuera certam quantitatē definiat f).

- a) §. 2. I. l. 1. §. 1. ff. b. t. l. 9. C. de reſcind. emt. l. 17.
C. de ſolut. MASCOV. de ſect. Sab. et Proc. p. 182.
- b) l. 36. 38. ff. l. 3. C. b. t. l. vlt. ff. pro donato. c)
l. 2. C. de reſcind. emt. Ampl. GEHLERI diſſ. de laefione enormi recte computanda. Lips. 1777. d) Exemplum eſt in Rec. Imp. de 1548. Tit. XVII. §. 1, cf. THOMASII iurisprud. div. L. II. c. ii. §. 54. Sqq. e) l. 7. §. 2. ff. b. t. f) §. 1. I. l. vlt. C. b. t.

§. 586.

De obiecto E. V.

Sicut in omni contractu requiritur obiectum, de quo paciscimur, ita et emtio venditio praesupponit rem, quae emitur venditur. Iam nota regulam: *Res OMNES, quae in COMMERCIO sunt, possunt vendi et emi, siue sint mobiles, siue immobiles, siue corporales, siue incorporales.* Hinc:

A) VENDI possunt: 1) res tam existentes quam futurae a) 2) iura v. g. actiones, seruitutes, hereditates b) 3) Immo et alienae, eo tamen effectu, vt c) dominus rem suam ab emtore euincere possit; β) vt vendor, facta euictione, emtori adj euictionis praestationem teneatur; nisi aut eterque aut solus emtor sciuerit, rem esse alienam; γ) ut emtor, non facta euictione, usucapere rem possit, si in bona fide sit c).

B) VENDI non possunt: 1) Res sacrae, religiosae, sanctae, publicae, et ciuitatum d) 2) res furtivae e) 3) res litigiosae f) 4) homines liberi g) 5) venena mala h) 6) fundus dotalis i) 7) tignum iunctum k).

C) EMI non possunt: 1) res extinctae l) 2) res propriae, nisi sub conditione, si res propria esse defierit m).

a) I. §. 1. l. 39. §. 1. l. 78. §. vlt. ff. b. t. l. 12. 25. ff.
de act. emt. HEINECCII diss. de vendit. *Fructuum in
herbis*, Halae 1738. b) Tit. ff. de hered. vend.
c) l. 28. ff. b. t. l. 30. §. 1. ff. de act. emt. HADR. PVL-
VAEVS de rei alien. distract. in tract. Tom. XVII. d)
§. vlt. I. l. 62. §. 1. ff. b. t. l. 3. C. de vend. rer. civ.
e) l. 34. §. 3. ff. b. t. f) tit. ff. de liiig. g) l.
6. l. 34. §. 2. l. 70. ff. b. t. h) l. 35. §. 2. ff. b. t.
i) tit.

i) tit. ff. de fundo dot. k) tit. ff. de tign. iunct.
l) l. 57. 58. ff. b. r. m) l. 61. ff. cod.

§. 587.

Qui possint emere et vendere?

In regula quilibet potest et emere et vendere.
Prohibentur tamen 1) magistratus prouinciales a) 2)
tutores et curatores b) 3) clerici c).

a) l. 46. ff. b. b) l. 34. §. vlt. ff. b.r. c) c. 15 16.
X. denit.

§. 588.

Effectus E. V.

Effectus huius contractus sunt:

I. Ratione VENDITORIS: 1) vt rei venditae possessionem *vacuam*, fructus a tempore contractus perfecti perceptos, *aceffiones* et *pertinentias* tradat a)
2) vt vel *facta* vel *oblata* traditione *premium* petere possit b).

II. Ratione EMTORIS: 1) vt *premium soluat* 2)
vt rei emtae *periculum* et *commodum* post *perfectum* contra*ctum* contingens percipiat et fentiat e) 3) vt,
vel *facta* vel *oblata* pretii solutione, rei emtae *traditionem* petere possit, nisi emtor eius *fidem* fecutus sit f).

III. Ratione VTRIVSQUE: vt alter alteri cul-
pam *leuem* praefitet, quia *par est* vtriusque ex hoc con-
tractu *commodum* g).

§. 589.

§. 589.

Ex quibus intelligitur, cur *duplex ex emtione venditione oriatur actio:*

I. *Actio VENDITI*, quae datur *venditori, ad aduersus emtorem ad pretium cum usuris morae solendum; et damnum culpa leui datum resarcendum.*

II. *Actio EMTI*, quae datur *emtori aduersus venditorē ad rem cum omni causa tradendam, damnumque culpa leui datum, resarcendum. Vtraque tamen actio non potest moueri, nisi actor pro sua parte contractui iam satisficerit, alias ipsi obstat non adimpteli contractus exceptio h).*

- a) l. II. §. 2. ff de act. emt. LVD. MENKENII diff. de venditore ad rei tradit. obligato in Ej. sel. diff. n. 17. HVBER. ad Inst. b. t. n. 4. OTTO b. t. VINN. b. t. pr. Add. §. 494. b) l. 2. §. 1. l. 3. pr. ff. l. 8. C. eod. c) l. 13. §. 10. l. 17. pr. §. 5. 6. l. 38. §. 2. ff. l. 13. 16. C. eod. d) l. 25. ff. eod. e) tit. ff. de peric. rei vend. f) l. 11. §. 2. l. 13. §. 8. 9. ff. eod. SAM. STRYCK diff. de fide habita, in Eius diff. Francof. Vol. III. g) l. 5. §. 2. ff. commod. l. 23. de R. l. vid. supra §. 522. h) l. 13. §. 8. l. 25. ff. de act. emti. WERNHER. obj. Part. I. n. 49.

TITV.

TITVLVS XXV.

DE

LOCATIONE CONDVCTIONE.

§. 590.

Locatio conductio quid?

Alter contractus consensualis est LOCATIO CONDVCTIO, quae est *contraftus*, quo *ufus* alicuius obiecti pro certa mercede et ad certum tempus alteri promittitur.

D'AVEZAN de loc. cont. in MEERM. thes. Tom. IV. BRVMMER. de loc. cond. in Ej. opusc. DE GOEBEL obseruati. de loc. cond. HELMST. 1742. 4. MEERMANNI diff. de loc. cond. Lugd. 1737. WEGE Tr. de loc. cond. Lips. 1696. 4. I. H. BOEHMERI diff. Sel. cap. pract. circa loc. cond. praed. rust. in Exerc. ad. ff. Tom. III.

§. 591.

Locatio conductio quotuplex?

Ea vero varie diuiditur. Nimirum:

I. Ratione OBIECTI, cuius usus conceditur, ea est vel RERVM, quando *rei* NON FVNGIBILIS *ufus* promittitur; vel OPERARVM, quando quis alteri operas HONESTAS et ILLIBERALES pro certa mercede *praefare* promittit a).

II. Ra-

II. Ratione MODI CONTRAHENDI est:

- A) vel locatio in *specie* vel RELOCATIO. Illa est, prima locatio. Haec est continuatio primae locationis; quae iterum vel expressa est vel tacita, quae posterior in praediis rusticis per annum, et in praediis urbanis prout quis habitauerit facta censetur b).
- B) vel VERA, si certum tempus utendi definitur; vel PRECARIO facta, si, quoad locator voluerit, conuenit c).
- C) Vel REGULARIS, quoties conductor eandem rem in *specie* restituere tenet, vel IRREGULARIS, quoties aliam rem eiusdem generis et qualitatis conductor restituit d).

III. Ratione LOCATORIS ea est: Vel PRINCIPALIS, cum res ab ipso domino conductitur; vel SUBLOCATIO cum ipso locator rem alii iterum locat e).

- a) Qui agros conductit, COLONVS, qui aedes, INQUILINVS; qui vectigalia, PUBLICANVS dicitur, l. 37. ff. de adq. poss. Addunt plerumque tertiam speciem, locationem nempe OPERIS; sed ea reuera esse locatione operarum videtur. b) l. 13 §. vlt. ff. l. 16. C. b. t. KVNZE diff. de tac. reloc. Marb. 1741. PAVLSEN diff. de tac. reloc. praed. urb. Gott. 1775. BERGER. Oec. p. 499. STRVBENS rechtl. Bedenk. Vol I. n. 34. PVFEND. obs. iur. vn. Vol. I. obs. 134 LEYSER. Spec. 214. med. 5. DE CANNHIESER decis. Cassel. Tom. I, n. 15. c) l. 4 ff. b. t. d) l. 31, ff. b. HOMMEL. rhaps. obs. 432. §. 7. BERGER. Oec. p. 500. n. 5. TABOR. de contractu societate e) l. 7 ff. l. 6. C. b. t. WILDOVGOEL diff. de subloc. lenae 1727.

§. 590.

§. 592.

Communia locationis conductionis.

Omnis vero locationis conductionis *essentialia* sunt :

I. CONSENSVS, hinc ea statim perfecta est, vbi de obiecto locando, eiusque *mercede* constat, licet nulla interueniat scriptura, nisi aliter conuentum a).

II. MERCES, quae est *certa pecuniae summa a conductore locatori pro usu rei soluenda*. Ea: 1) in pecunia consistere debet. Hinc si alia res datur, contractus *iunominatus* adest. Si tamen res *frugifera* locatur, pars *fructuum* loco pecuniae dari potest, modo eorum quantitas *absolute* definita sit; cum, si *relativa* determinata sit, conductor potius esset COLONVS PARTIARIVS, quam verus conductor, cuius distinctionis varia est *vitalitas b)*. 2) Ea debet esse *α) vera*, alias enim magis esset *donatio c) β) iusta*, alias adest *laefio* *enormis d)*; et *γ) certa. e) Re* fer *huc dicta* §. 504.

III. CERTVM TEMPVS tanquam terminus *ad quem*. Hinc *nullo certo tempore definito*, contractus potius est PRECARIVM f).

IV. Ut VSVS rei concedatur. Hinc 1) si sola *custodia* transfertur, adest *contractus depositi* 2) si sola *possessio* *securitatis* causa, adest *contractus pignoratitius* 3) si *dominium* rei transfertur *gratis*, adest *paectum donationis*; pro *pecunia*, adest *emtio venditio*; pro *alia re*, *permutatio* adest.

a) pr.

- a) pr. I. b. t. l. 17. C. de fid. instr. b) §. 2. I. l. 25. §.
 6. ff. b. t. LAVTERBACH. diff. de col. part. in Ej. diff.
 Vol. I. DE CRAMER Wetzlar. Nebenst. Th. 108. n.
 16. c) l. 20. §. 1. l. 46. ff. b. t. d) arg. l. 2.
 C. de rescind. emt. STRVB. rechtl. Bedenk. Th. 3. n.
 119. Diffent. FABER de error. pragm. dec. VIII. error
 §. Part. I. e) §. 1. l. b. t. f) Cel. STOCKMAN-
 NI diff. de precar. Lips. 1774.

§. 593.

Proavia locutionum.

In SPECIE requirit:

I. Locatio OPERARVM: vt operaे sint 1) illiberales (nam liberales non locantur, sed mandantur, nec pro iis merces, sed honorarium soluitur et 2) locari solitae a).

II. Locatio RERVVM: vt sint res NON fungibles; nam fungibilium usus conceditur per mutui contractum. (§.) Hinc axiomata: I. Omnes res, quae usum praefstant et in commercio sunt, possunt locari conduci; siue mobiles sint, siue immobiles, siue corporales, siue incorporales. II. Omnes, qui re aliqua vti possunt, eandem conducere et locare possunt, hinc conductor ipse sublocare, creditor pignus antichreticum b), usufructarius rem usufructuariam, c) et habitator aedium aedes locare potest d); exceptis decurionibus, militibus e) clericis f) et tutoribus curatoribusque, quibus non semper conduce-re licet g).

WEGE cap. 4. n. 49. TRENDELENBURGII. diff. de differ. merced. et honor. Kiel. 1775. b) l. 37. ff. de pign. act. l. 23. ff. de pign. et hyp. c) l. 12. §. 2. de usufr. d) §. pen. Inst. de habit. e) l. 30. 31. C. b.

C. b. t. STRYCK. Vs mod. P. h. t. §. 66. f) Nov.
123. c. 6. BOEHMER *ius eccles.* Prot. L. III. Tit. 18.
§. 7. Sqq. g) l. 49. pr. §. 1. ff. b. t. Addunt: *opifices*, qui cum *Spiritu* artem faciunt, conducere non
posse domos iuxta aedes *litteratorum*. Vid. THOMAS.
*iur. Haendel Part. 3. n. 17. Rebuff. de priuil. univ. et
studios. LVDOVICI obseruar. ad Rebuff. Halae 1705. 8.*

§. 594.

Effectus locationum conductionum.

Effectus huius contractus sunt:

A) Quoad RERVM conductionem:

I. Ratione LOCATORIS: 1) vt rem conducedori vtendam tradat a) 2) vt eam ante lapsum temporis repetere nequeat b) 3) vt in regula totam mercudem a conductore exigere possit, nisi is propter calamitatem re vti non potuerit c) 4) vt dominus maneat, hincque casum sentiat, onera rei ferat et impensas necessarias et utiles, in rem ipsam factas, restituat d).

II. Ratione CONDVCTORIS: 1) vt rem ante temporis lapsum non deserat, nisi ob iustum causam e) 2) vt eam finito contraetu in specie nec deterioratam restituat f) 3) vt onera fructuum ferat g).

III. Respectu VTRIVSQVE: vt alter altericulam leuem praestet h).

a) l. 9. pr. l. 15. §. 1. ff. b. t. b) l. 3. C. b. t. c)
l. 25. §. 6. ff. b. t. S. V. et Gen. de WINKLER.
Abband. von Kriegschaeden der Pachter. RIEDESEL ab
EISENBACH. diff. de remiss. merc. ob calam. bell. Gott.
1760. FRIESEN diff. de remiss. merc. propt. steril. Ie-
nae 1720. EV. OTTO de praefat. casuum sollicet infor-
mis
Cc

*lit. in Ej. diff. iur. publ. et priu. G. L. BOEHMER diff. de oblig. locat. ob impedit. rei usum, in Elec*t.* iur. civ. T. I. d) l. 39. §. 1. l. 61. pr. ff. b. e) l. 13. §. 7. l. 27. §. 1. ff. b. t. l. 28. ff. de danno inf. An propter metum spectrorum? Vid CHR. THOMASII diff. de non rescind. conduct. ob metum spectr. in diff. Vol III. ROMANI diff. de rescind. loc. ob met. spectr. Lips. 1703. f) l. 25. et pen. C. b. t. g) LEYSER. Spec. 216. Med. 9. h) l. 5. §. 2. ff. commod. Sed obstat videtur §. 5. I. b. t. vid. IAC. GODOFRED. ad l. 23. de R. I.*

§. 595.

Clo n t i n u a t i o.

BY Qnoad OPERARVM conductionem: vt locator praecise operas, quas promisit; et eo, quo conventum est, modo praestare; conductor vero, praefitis operis, mercedem soluere debeat. l. 24. pr. l. 38. ff. h. t.

§. 596.

Actiones ex locatione conductione.

Ex quibus intelligitur, cur aequo duplex ex hoc contractu detur actio:

I. Actio LOCATI, quae datur locatori aduersus conductorem rei: 1) ad rem finito tempore in specie restituendam 2) ad damnum dolo, culpa lata et leui datum resarcendum 3) ad mercedem iusto tempore non solutam cum usuris morae soluendam. Aduersus conductorem operarum: ad mercedem, praefitis operis, soluendam.

II. Actio CONDVCTI, quae datur conductori aduersus locatorem rei: 1) ad rem utendam tradendam 2) ad refundendas impensas necessarias et viles in rem

rem ipsam factas 3) ad damnum dolo culpa lata et leui datum refaciendum. Aduersus locatorem operarum: ad operas promissas praestandas.

§. 597.

Quando euanescat locatio conductione?

Euanescit locatio conductione:

I. RERVM: 1) lapso tempore 2) mercede per biennium non soluta a) 3) propter peruersum usum b). His speciebus locator conductori non tenetur ad id, quod interest. 4) Si locator re ipse egeat, 5) si res necessario reficienda sit c) 6) si res locata titulo singulari ad alium perueniat d). 7) Soluto matrimonio, si fundum dotalem maritus locauerit e). His speciebus locator omnino ad id, quod interest, obligatur.

II. OPERARVM: Si per locatorem non steterit, quo minus operas praestaret f).

- a) l. 54. §. 1. l. 56. ff. b. t. b) l. 3. C. b. t. c) c.
 l. 3. GOD. LVDOV. MENKENII diff. de iure expell. conduct. ob necessit. in Ej. opusc. STRVBENS recubl. Bed. Th. II. p. 211. d) Veluti si res aut donata aut legata aut vendita sit, l. 32. ff. b. t. l. 120. §. 2. de leg. l. ZAVNSCHLIFFER. diff. Kauf bricht Mietbe. ZOLL diff. Kauf bricht nicht Mietbe, Rint. 1687. De quorum controuerbia vid. NETTEBLADTS Beyer. zur iur. Gel. Gescb. 2. B. p. 525. Sqq. GERHARDI diff. de reg. iur. Kauf geht vor Mietbe, Alt. 1718. HERTIVS in paroem. iur. germ. p. 482. 487. I. F. W. PAGENSTECHER in sel. quaeft. n. 11. QVISTORPII diff. quatenus successores locatoris locatione tenentur? Roff 1766. Addunt alii: nisi conductor de non expellendo hypothecam habeat, sed vid. VOET. ad P. b. t. n. 18. WERNHER. Part. VII. obs. 227. BERGER. Oec. p. 513. n. 1. Sed nec conductor cogi potest facta venditione, ut in locatione
 Cc 2

catione maneat, l. 32. ff. l. 9. C. b. r. BECKII diff. de conduct. in locatorem recte retorquentie paroem. Kaufbricht Mietbe. Alt. 1745. Nec emtor actionem locati aduersus conductorem instituere potest, nisi ex iore cesso. AYRERI pr. de genere actionis aduersus conductorem emtori cedere nolentem in opusc. T. I. DE CANNIGESSER. decif. Cassel. T. I. n. 14. e) l. 25. §. vlt. ff. fol. matr. f) l. 19. §. 9. l. 38. ff. b. z.

DE IURE EMPHYTEUTICARIO.

§. 598.

Emphyteusis quid?

EMPHYTEVSIS sumta 1) pro IVRE, est dominium utile in re aliena pro anno canone praeflando sub lege meliorationis competens. 2) pro RE, est res ipsa, in qua alteri dominium illud utile competit 3) pro CONTRACTV, est contractus, quo dominus dominium utile pro canone anno praeflando sub lege meliorationis alteri concedit. Ergo omnis emphyteusis supponit I. Concedentem seu dominum directum, qui DOMINVS EMPHYTEVSEOS dicitur II. Accipientem, i. e. eum, cui conceditur dominium utile, qui EMPHYTEVTA appellatur, III. Praedium, quod in emphyteusin datur, quod EMPHYTEVTICARIVM vocant IV. Legem MELIORATIONIS, vnde et negotium ipsum nomen accepit (*απο τω συρτευειν α colendo*) V. CANONEM ANNVM.

LEONINVS ad tit. C. de iure emphyt. in Otton. thes. T. V. CORASIVS enarrat. ad tit. C. de iure empb. in opp. IANVS A COSTA ad eund. tit. in. prael. iur. ciu. HOFFMANNI diff. collat. iur. Rom. Germ. et Can. in emphyt. rec. Lips. 1746. Dej origine emphyt. cf. EURMANN. de vestig pop. Rom. p. 120. 148.

§. 599.

§. 599.

Quomodo constituantur emphyteusis?

Constituitur emphyteusis I. VLTIMA VOLVN,
TATE. II. PRAESCRIPIONE, et III. CONTRA-
CTV; de quo in specie nota: iure antiquo de eius
natura disputatum esse, aliis eum ad emtionem vendi-
tionem, aliis ad locationem conductionem referentibus.
Sed iure novo ei ex constitutione Zenonis separata
datam esse naturam a) Differt autem hic contractus
I. ab EMTIONE VENDITIONE, quod in hac plen-
num dominium pro pretio; in illo vero utile dun-
taxat pro canone annuo transferatur; II. a LOCATIO-
NE CONDVCTIOME quod 1) in hac res ad certum
tempus vteda detur, in illo vero res in perpetuum
dari possit; 2) quod illa locum habeat quoque in re-
bus mobilibus et operis, his vero solum quoad res im-
mobiles 3) Quod conductor nullum sentiat rei casum,
emphyteuta ferat particulare rei damnum 4) quod
conductor propter sterilitatem remissionem mercedis
petere possit, emphyteuta vero integrum canonem
soluere debeat, licet nihil fructum percepit.

a) §. 3. Inst. b. t. l. 1. C. de iure emphyt.

§. 600.

Emphyteusis quotuplex?

Dividitur emphyteusis:

I. Ratione OBIECTI: in SECVLAREM et EC-
CLESIASTICAM. Illa est, qua res *secularis*, haec
quando res *ecclesiastica* datur. Cuius distinctionis
vhus est: 1) in illa non opus est *scriptura*; in hac
omnino a) 2) Illa evanescit canone per triennium; haec,
eo per biennium non soluto b).

Cc 3

II.

II. Ratione TRANSITVS AD HEREDES: 1) in MERE PERSONALEM, quando ad nullos transit heredes, adeoque morte emphyteutae extinguitur 2) in HEREDITARIAM, quae transit ad quoscunque heredes, sive ad familiam emphyteutae pertineant, sive extranei sint c) 3) In emphyteusin FAMILIAE, quae transit tantum ad cognatos emphyteutae d).

- a) l. 14. §. 5. C. de S. S. eccl. ibi: atque CONSCRIBAT. cf. tamen COCCEII ius controv. tit. si ager vectig. Quaest. 2 b) l. 2. C. de iure empb. Nov. VII. c. 3. Iure antiquo emphyteuses ecclesiastica ultra nepotes non extendebatur, c. Nov. VII. c. 3. quod iure novo mutatum Nov. 120. c. 6. §. 1. c) Emphyteus in professa et heredibus datam etiam ad testamentoarios heredes transire, tradit de CRAMER Wezl. Nobenst. Th. 31. n. 3. d) l. 3. C. de iure empb. Nov. VII. c. 3. Nov. 120. c. 6. §. 1. STRVVII. sýnt. Ex XI. thes. 65.

§. 601.

Effectus emphyteuseos.

Effectus emphyteuseos sunt variij:

I. Respectu DOMINI, et quidem:

A) Eius IVRA tam in personam emphyteutae quam in rem emphyteuticaram. Ad priora pertinet: I. ius exigendi CANONEM, qui est certa pecunia (vel alia praefatio) ab emphyteuta domino in recognitionem dominii quotannis soluenda. De quo nota: 1) Eius quantitas pacto vel obseruantia definitur 2) Eius finis est recognitio dominii, hinc nec propter fundi augmentum augetur, nec ob sterilitatem diminuitur, nisi in determinanda eius quantitate simul ad fructus percipiendos respexerint contrahentes a) 3) Soluendus est ab omni emphyteuta b) II. ius exigendi LAVDE.

MIVM

MIVM, quod a canone omnino differt c). III. ius exigendi editionem apocharum fiscalium de tributis solutis d) IV. Ius prohibendi emphyteutam, quo minus fundum deteriorare possit e).

Posteriora sunt: I. Dominium directum in rem emphyteuticaram II. ius PROTIMISEOS et RETRACTVS f).

B) Ex aduerso obligatur dominus: 1) ut emphyteutae tradat fundi possessionem; 2) ut ei omnes praedii fructus relinquat.

II. Effectus ratione EMPHYTEVTAE itidem sunt iura et obligationes.

A) Eius IVRA: I. ius POSSESSIONIS DOMINI NIQUE VTLIS ex quo ipsi simul datur VTLIS REL VINDICATIO aduersus quemcunque fundi posseforem, immo contra ipsum dominum ad praedium cum omni causa restituendum g). II. Ius percipiendi OMNES praedii fructus, immo et thesaurum h) III. Ius MVTANDI fundi faciem, quatensis deterior non redditur IV. Ius DISPONENDI de ipso fundo tam mortis causa, quam inter viuor, modo hoc casu accedat domini consensus i).

B) Eius OBLIGATIONES: I. debet onera realia soluere II. debet meliorare fundum.

- a) l. 3. C. de alluv. l. 1. C. de iure empb. b) §. 3. I. b.
- c) l. 3. C. de iure emphyr. d) l. 2. C. eod.
- e) Nov. 120. c. 8. f) l. 3. d. C. de iure emphyt. BERGER. Oecon. p. 516. n. 5. g) l. 1. §. 1. ff. si ager vicitig. h) cf. VINN. ad tit. de rer. div. §. 39. n.
- 3. i) l. vlt. C. da iure emphyr. LEYSER. Spec. 95. Med.

Med. 3. et Spec. 105. Med. 5. Sqq. FRANZK. de laudem. c. 9. n. 90. Sqq.

§. 602.

Actio ex emphyteusi.

Ex emphyteusi datur actio EMPHYTEVTICA-
RIA vtrinque directa, quae datur tam DOMINO ad
versus emphyteutam ad canonem et laudem praestandum;
quam EMPHYTEVTAE aduersus dominum, ad
rem ipsi praestandam. §. 8. I. h. t. l. x. C. de iure
emph.

§. 603.

Quando finitur emphyteusis?

Ceterum finitur emphyteusis I. TOTIVS rei
interitu a). II. Canone, si emphyteusis secularis fue-
rit, intra triennium; sin ecclesiastica, intra biennium
non soluto b). III. Re ignorante domino VENDI-
TA c). IV. Re insigniter deteriore reddita d) V. con-
solidatione e) VI. prescriptione f).

a) l. 1. C. de iure empb. b) l. 2. C. eod. Nov. 7. c. 3.
§. 2. et Nov. 120. c. 8. c) l. ult. in f. C. de iure em-
phyt. d) Actib. qui rem C. de S. S. eccl. e) l. 3.
ff. si ager vectig. f) VOET. ad tit. si ager vectig.
CARPZ. P. II. const. 3. def. 17. et const. 38. def. 15.

§. 604.

Vsus hodiernus.

Hodie quidem existunt bona emphyteuticaria,
attamen probe ab iis secernenda sunt apud nos bona
CENSITICA et FEVDALIA. Illa enim sunt, quae
PLENO dominio pro anno CENSU praestanto possi-
dentur

dentur. Haec vero, quae ex dominio VTI LI cum aliqua tamen proprietatis particula alicui competitunt. De quorum differentiis in preelectionibus.

SPENGEL. diff. de nat. et ind. emphys. German. Gott. 1771.

TITVLVS XXIV.
DE
SOCIETATE.

§. 605.

Societas quid?

Quartus contractus consensualis est **SOCIETAS**, quae est *contractus de lucro alicuius obiecti communicando a*). Ergo: I. Ea est *contractus consensualis*. II. Eius finis est *communicatio lucri*.

Ex PRIORI intelligitur: 1) Ad societatis *substantiam* requiri solum *consensum*, non vero rerum communium traditionem, quae tantum ad eius *implementum* necessaria est. 2) Ab ea differre societatem, quam dicunt *incidentem seu necessariam b)*.

Ex POSTERIORI clarum est, quod ad *veram* societatem requiratur, ut *lucrum commune sit*; hinc 1) *societas*, in qua alter solus *omne lucrum*, alter vero solus *omne damnum sentire debet*, et quae LEO-NINA dieitur, *inualida sit* 2) ea vero, in qua alter solus *omne quidem damnum sentit*, attamen *simul lucri*

Cc 5

lucri *particeps* fit, omnino valeat, sicut 3) et ea, in qua conuenit, ut lucrum *inaequaliter* diuidatur d).

a) GEDDAEVS de *contrab. societ.* Marb. 1603. GABR. MVDAEVS ad tit. ff. *pro soc.* in Eius libro de contract. Frf. 1586. f. D'AVEZAN in MEERM. T. IV. b) I. 31. 32. 34. ff. b. r. KAYSER. diff. de *societ. incid.* Giessae 1719. c) I. 29. §. 2. ff. *pro socio.* GVNDLING. *rechtl. Ausarb.* Th. 2. p. 233. ESTOR. diff. de *soc. leon.* Ienae 1738. WERNHFR. P. 8. obs. 494. STRYCK. *cant. contr.* Sect. II. c. 10. §. 5. d) §. 1. I. I. 29. pr. §. 1. ff. b. r.

§. 606.

Societatum species.

Sequitur, ut de variis societatum speciebus videamus. Namque:

I. Ratione MODI, quo coentur socii, societas esse potest vel *expressa* vel *tacita*, vel *in perpetuum*, vel *ad tempus*, vel *ex tempore*, vel *pure*, vel *sub conditione inita* a).

II. Ratione OBIECTI ea est vel *PUBLICA*, quae *circa causam publicam initur*, v. g. si qui vestigalia fisci conducant; vel *PRIVATA*, quae *de re priuata*. Illa non solum non finitur morte unius socii, sed quoque ad heredes extendi potest c). Porro vel societas *RERVM* vel *OPERARVM*; quatenus lucrum vel *ex rebus* vel *ex operis* adquisitum diuiditur. Rerum vero societas quoad ambitum iterum est 1) vel *VNIVERSALIS*, qua *omne lucrum ex omnibus bonis communis* est 2) vel *GENERALIS*, qua *lucrum ex certo bonorum genere diuiditur* 3) vel *PARTICULARIS* seu *SPECIALIS*, qua *lucrum certae in specie determinatae rei communicatur*.

III.

III. Respectu FINIS ea est vel QVAESTVARIA (negotiatoria, mercatoria) vel non. Prior quando lucrum *quaestu* (negotiatione, mercatura) adquisitum; posterior, quando lucrum *aliunde* etiam proueniens diuiditur d).

- a) l. 1. pr. l. 4. ff. l. 2. 6. C. b. r. HERTIVS de *societ. facto constituta*, in opus. Vol I. T. 3. b) l. 35. l. 59. l. 63. §. 9. ff. b. r. SIGON. de *ant. iur. civ.* L. II. c. 4.
c) l. 59. ff. b. r. CVIAC. L. X. obs. 28. inf. d) EN-
GAV. dilig. de *soc. mercat. vulgo von der Masopey oder Compagnie Handlung*, Ienae 1747.

§. 607.

Effectus societatis.

Effectus societatis sunt:

A) GENERALES: 1) vt socius socio res communes tradat, (excepta societate vniuersali) vel *operas conferat* a) 2) vt socius cum socio lucrum communicet, et quidem aequaliter i. e. pro rata eius, quod *quisque contulerit*; nisi aliter conuenerint b) 3) vt socius socio culpam leuem in *concreto praestet* c) 4) vt *dolus socii infamia puniatur*, quia socii fratum loco habentur, et turpissimum est, fratrem fallere d).

B) SPECIALES:

I) Societatis VNIVERSALIS: 1) vt omnes res corporales ipso iure, (i. e. sine traditione) communes fiant. Nomina enim et actiones inuicem cedi debent e)
2) vt diuidatur *omne lucrum quocunque honesto modo*, licet *soluta societate*, adquisitum, si causa adquisitio-

sitionis iam durante societate extiterit f) 3) vt, quae in gratiam unius erogata sunt, utrinque imputentur g).

II. Societatis GENERALIS et SPECIALIS: vt illud tantum lucrum, quod occasione rerum vel rei adquiritur, commune sit; illud vero, quod aliunde oritur, proprium sit cuique adquirenti.

III. Societatis QVAESTVARIAE: vt quod quaestu i. e. industria et labore, ratione negotii adquiritur, communicetur, non vero quod aliunde vel alio labore, ad negotium commune non pertinente, oritur h).

- a) l. 1. §. 1. l. 2. ff. b. r. WERNH. p. 1. obf. 103. b)
- §. 1. l. 1. 6. l. 29. pr. §. 1. ff. b. r. BALDVIN. iurispr. Mur. 256. sq. edit. Gundl. EV. OTTO h. r. §. 1. et diff. de Serv. Sulpic. p. 35. 59. 60. NOODTII comm. ad P. b. r. THOMASII schol. ad HVBER. h. t n. 3. c) §. 9.
- l. l. 72. ff. b. r. VENN. et HEIN. ad §. 9. d) l. 1. ff. de his qui not. infam. e) l. 1. §. 1. l. 2. 3. pr. b. r. f) l. 3. §. 1. l. 53. 58. l. 65. §. vlt. l. 66. 74. 81.
- ff. b. r. g) l. 73. ff. eod. CVIAC. L. XXIII. obf. 27. h) l. 8. — 14. ff. eod.

§. 608.

Quando finiatur societas?

Soluitur societas quinque modis:

I. Ex PERSONIS: 1) capitis diminutione maxima et media unius socii 2) morte unius socii naturali a). Hinc α) eius heres non obligatur ad continuandam societatem ipsam, licet effectus finitae societatis i. e. iura et obligationes ex ea ortae, ad eum trans-eant b); β) socii superflites societatem continuare volen-

volentes nouum contractum inire debent, nisi conuerterint, vt uno mortuo societas maneat c).

II. Ex REBUS: 1) finito negotio d) 2) rei, de qua societas inita est, interitu e) 3) bonis vnius socii publicatis aut cessis f).

III. Ex CONTRACTV: 1) lapsu, ad quod inita est, tempore g) 2) deficiente, sub qua contracta est, conditione h).

IV. Ex VOLVNTATE sociorum: 1) mutuo dissensu i) 2) renunciatione vnius, non absenti, ne fraudulenter, nec intempestive facta k).

V. Ex ACTIONE: cum aut stipulatione aut iudicio mutata sit causa societatis l).

a) §. 5. I. l. 63. §. vlt. ff. b. z. Excepta vestigalium societate l. 59. b. z. l. 35. 56. 40. 59. 63 §. 8. ff. b. z. c) l. 65. §. 9. ff. b. z. d) l. 65. §. 10. ff. b. z. e) l. 63. §. vlt. ff. eod. f) §. 7. 8. I. l. 63. §. vlt. l. 65. §. 1. ff. evd. g) l. 65. §. 6. b. z. h) l. 6. C. b. z. i) l. 63. §. vlt. b. z. k) §. 4. I. l. 14. l. 17. §. 1. 2. l. 64. l. 65. §. 3. ff. b. z. CVIAC. L. XVI. obs. II. GAIL. L. II. obs. 24. WERNH. P. I. obs. 167. HAMBERGER. de renunc. societ. absenti facta in opusc. de CANNGIESS. decif. Cass. T. I. l) l. 65. pr. b. z.

§. 609.

Actio pro socio.

Ceterum ex hoc contractu nascitur actio PRO SOCIO, utrinque directa, quae datur socio aduersus socium 1) ad conferendas res sociales 2) ad reddendas rationes, 3) ad lucrum communicandum et 4) ad damnum dolo, culpa lata et leui in concreto datum

tum refaciendum. Ab ea igitur differt actio COM-
MVNI DIVIDVNDO.

TITVLVS XXVII.

DE

M A N D A T O.

§. 610.

Mandarum quid?

Sequitur MANDATVM quod est contractus, quo quis alterius negotiorum honestum gratis gerere promittit.

D'AVEZAN in MEERM. th. T. IV. CANISIVS de *contr. mand.* Ingolst. 1592. 4. LAVTERBACH. diff. ad Tit. *ff. mandati*, in diff. Vol. II. De orig. et etym. mand. cf. EV. OTTO de *iuris p. symb.* Exerc. II. n. 10. NOODT. *Prob. L. IV. c. 12.* et in *comm.* ad *P. h. t.*

§. 611.

Mandati diuisiones.

Mandatum varie diuiditur:

I. Ratione *consensus*, in VERVM et PRAESVM-
TVM a) et illud in EXPRESSVM et TACITVM b).

II. Quoad *modum*, quo datur, est vel PVRVM,
vel CONDITIONATVM, vel EX tempore vel AD
tempus datum c).

III. Re-

III. Respectu loci, quo datur, est vel IUDICIALE vel EXTRAJUDICIALE, prout vel in iudicio vel extra illud datur.

IV. Intuitu ambitus, est GENERALE et SPECIALE, quatenus vel omnia vel certa negotia aliqui committuntur d).

V. Ratione effectus, in mandatum in REM SVAM et REM ALIENAM. Illud est, ex quo ipso mandatarius utilitatem percipit; hoc vero, ex quo utilitas in mandantem redundat e)

VI. Quoad obiectum, in IUDICIALE et EXTRAJUDICIALE, prout vel negotium iudiciale vel extra-iudiciale alteri demandatur.

VII. Propter potestatem mandatario datum in mandatum CVM libera et SINE libera f).

- a) l. 21. C. de procur. l. 2. C. de consort eiusd. lit. CHR. GOTTL. HOFFMANNI diff. de mand. praesumio Vit. 1716. LEYS. Spec. 118. MANZEL diff. de mand. praef. Rostock. 1732. HENNE diff. de person. ex mand. praef. in iud. agentib. Erf. 1768. b) l. 1. §. 2. l. 6. §. 2. l. 53. ff. b. r. c) §. 12. l. l. 1. §. 3. ff. b. r. d) l. 58. 60. 63. ff. de procur. GRIEBNER diff. de mand. spec. in Opusc. iur. priv. Seft. VII. e) l. 33. §. 5. l. 34. ff. eod. Mandatum in genere sit in gratiam: 1) vel mandantis 2) vel mandantis et mandatarii simul 3) mandantis et tertii 4) mandantis, mandatarii et tertii 5) tertii tantum 6) tertii et mandatarii vid. §. 1 — 6. l. l. 2. ff. b. r. HVBER. et VENN ad l. b. r. In specie de Procur. in rem suam v. GVNDLINGIANA part. 6. obs. 2. f) De qua divisione vid. VOET. ad tit. ff. de procur. n. 7. HEINECC. Pand. tit. de proc. §. 430. n. 7. NOODT. de pact. et transf. c. XXVII. VENN. Sel. quaest. l. I. c. 10. BOEHMER. ius eccl. prot. tit. de procur. p. 902.

§. 613.

§. 612.

Requisita mandari.

Ceterum ex definitione patet, ad mandatum requiri :

I. CONSENSVM vtriusque, quia nemo nec ad committenda sua, nec ad suscipienda aliena negotia cogitur. Hinc: 1) sufficit *solum* consensus, si ve praecesserit, siue *ratihabito* accesserit a) 2) qui consentire et pacisci valide potest, is et recte mandat et mandatum suscepit. (§. 499.) 3) de quibus negotiis pacisci possumus, eas et in regula mandamus. 4) si quis *ignorantis* negotium suscepit, non mandatum, sed *negotiorum gestio* adest b) 5) si quis ad gerenda aliena negotia *cogi* potest, quia in *poteſtate* est, non mandatum, sed *iussus* interuenit c).

II. Ut negotium alteri *committatur*. Hinc CONSILIVM et COMMENDATIO non est mandatum, nec obligat, nisi vel *dolus* vel *artis imperitia* vel *specialis persuasio* interuenierit d).

III. Ut negotium FVTVRVM suscipiatur, quoniam, si quis aliena negotia iam *gessit*, iterum adest *negotiorum gestio*.

IV. Ut negotium sit HONESTVM et LICITVM, alias nulla oritur obligatio, et vterque *punitur* e).

V. Ut negotium GRATIS suscipiatur, quoniam, si *pecunia* datur, locatio conductio operarum; si *alia res*, contractus innominatus, facio ut des oriatur; nisi sit negotium liberale, quippe pro quo *honorum accipere* licet f).

a) l.

a) l. 50. pr. ff. b. t. l. 60. de R. I. Putat tamen BACHOV.
 ad TREVTL. Vol. I. Disp. X. th. 6. l. B. ratihabitio-
 nem nondum perfecto negotio accedere debere Cer-
 vid. CASP. ZIEGLERI diss. de ratibab. in Ej. diss. HE-
 ROLDI tr. de ratib. Lips. 1681. 4. b) vid. infra §.
 c) vid. infra §. d) §. 6. I. l. 12. ff. b. t. l. 47.
 pr. de R. I. LAVTERBACH. de consilii corumque iure
 in diss. Tubing. Vol. I. LYNKER. de commend. spec-
 ialii Ienae 1693. HOMBVRG. diss. de litter. commenda-
 zitiis c. 4. §. 2. LEYSER. Spec. 182. STRYCK. Caut.
 contr. Sect. II. c. II. §. 19. et Vs. mod. h. t. §. 8. Sqq.
 BERGER. Oec. p. 523. de CRAMER Wezl. Nebenst-
 Theil. 45. n. 3. EV. OTTO diss. de oblig. ex consil. Vlt.
 1734. e) l. 6. §. 3. l. 22. §. 6. ff. b. t. l. 7. §. vlt. ff.
 de turisd. l. 35. §. 1. ff. ad L. Corn. de Sic. l. 5. C. de
 adcs. LYNKERI diss. de mandato rei turpis. SAMVEL
 STRYCK de mandato delinquenda in Ej. diss. Francof.
 T. VI. f) REINHARDTS vermischt Schrifft. Stück.
 V. n. 3. TRENDELENBURGII diss. de differ. honor. et
 merced. Kil. 1775.

§. 613.

Effectus mandati.

Iam facile huius contractus effectus intelligun-
 tur. Nimirum:

I. Respectu MANDATORII efficitur: 1) vt
 negotium suscepit in utilitatem domini peragat 2)
 vt praecise negotium ipsum, non aliud, faciat, nisi
 mandatum incertum sit a) 3) vt fines mandati haud
 egrediatur b). 4) Vt, si quem sibi substituerit, te-
 neatur ex facto substituti c) 5) vt rationes reddat 6)
 vt culpam leuissimam praestet d) 7) vt propter dolum,
 culpamue latam infamia puniatur e) 8) vt indemnita-
 tem a mandante petere possit.

II. Ratione MANDANTIS: 1) vt rei manda-
 to adquisitae traditionem cum fructibus et usuris f)
 Dd 2)

2) *vt rationum redditionem* 3) *vt id, quod intereft,*
si mandatarius non peregerit negotium g) 4) *vt do-*
lum omnemque culpam exigere possit; 5) *vt man-*
datarium indemnum praefet.

III. Intuitu TERTII, quocum mandatarius contrahit. De qua re obserues: A) si mandatarius contraxerit nomine *mandantis*, hic immediate *ex contractu et agere et conueniri* potest, quia mandans et mandatarius pro una persona habentur. B) Si vero mandatarius nomine *proprio* contraxerit, *ipse actione directa ex contractu* uti potest, sed repellitur *exceptio ne doli*. Mandans vero actione *mandati* a mandatario petere potest, *vt ipsi cedat actiones aduersus tertium ex contractu* competentes. Sunt tamen, qui hodie hac cessione *non opus esse* putent. Tertius denique, si plane *ignorauerit* mandatum, *actione directa aduersus mandatarium*; sin *sciuerit*, aduersus ipsum *mandantem* experiri potest, modo probet mandatum. C) Si *falsus* mandatarius, quamvis nomine *mandantis*, contraxerit, *ipse* solus obligatur, nisi mandatum *in rem* mandantis versum sit h).

a) I. 46. b. 2. LEYS. spec. 180. med. 3. BECKMANNI diff. *de oblig. mand. erga mandatar. fines mand. exceed.* Haae 17,7 VENN. h.t. §. 8. b) §. 8. I.b. 2. CVIAC. L. XII. obs. 34. c) SAM. STRYCKII Vs mod. h.t. §. 13. d) I. 13. 21. C. b. r. VINNII Sel. quæst. L. I. c. 52. LEYS. spec. 179. Cor. I. Alii tamen de culpa *leui*, EV. OTTO h.t. §. u. HOEPFN. Com.h.t. §. 926. Alii de culpa tantum *lata* mandatarium teneri statuunt. SCHILT. ad P.Ex. XXVIII. th. 88. PAGENSTECH. *sicil.* Manip. I. p. 61. e) I. 1. l. 6. §. 5. ff. *qui not. inf. l. 21. C. b.* f) l. 10. §. 3. l. 12. §. 10. ff. r. g) l. 5. §. 1. ff. b. t. h) cf. HERTII diff. *de oblig. mandant. et mandatar. contemplatu tertii* in Ej. opuse. Vol. I. T. III. LEYSER. Sp. 179. Med. I. STRYCK. Vs. mod. h. t. §. 6.

§. 616.

§. 614.

Actiones ex mandato.

Iam facile actiones ex mandato competentes intelliguntur. Datur enim:

I. *Actio mandati DIRECTA* mandanti aduersus mandatarium ad negotium perficiendum vel praefundum id, quod intereat, rem cum fructibus et usuris tradendam, rationes reddendas, praestandumque damnum dolo et culpa quamvis datum.

II. *Actio mandati CONTRARIA* mandatario aduersus mandantem ad indemnitudinem consequendam.

§. 615.

Quibus modis finiatur mandatum?

Ceterum, quia mandatum, ut societas, consensu initur; et ad specialem mandatarii, sicut socii, industriam respicitur, hinc quoque iisdem fere, quibus societas, modis finitur. Nimirum:

I. *Ex PERSONIS:* 1) morte vel mandantis vel mandatarii, ita tamen, ut effectus eius ad heredes transeant, aequo ac in societate v) 2) conditione mandantis ita mutata, ut negotium ipsi nunc inutile foret b).

II. *Ex REBUS:* 1) perfecto negotio 2) rei, super qua datum est, interitu,

III. *Ex CONTRACTV:* 1) lapsu, ad quod datum est, tempore 2) conditione, si qua adiecta erat, deficiente.

IV. Ex VOLVNTATE partium: 1) mutuo
dissensu 2) reuocatione mandantis, re adhuc *integ-
rata*; 3) renunciatione mandatarii non *dolosa* et
intempestiu d).

- a) l. 26. pr. l. 27. §. 3. ff. b. t. EV. OTTO h. t. §. 10.
COCCHEI dist. de mand. ad hered. transfeuer, in diff.
cur. T. IL b) LEYSER. Spec. 180. Cor. 3. c)
§. 9. I. b. t. d) §. n. I. l. 22. §. vlt. ff. b. t.

TITVLVS XXVIII.

DE

OBLIGATIONIBVS QVAE QVASI EX
CONTRACTV NASCVNTVR.

§. 616.

Connexio.

Haec de obligationibus vere ex contractu proue-
nientibus; sequuntur aliae, quae quasi ex con-
tractu nasci dieuntur.

§. 617.

Obligatio quasi ex contractu quid?

Obligatio quasi ex contractu est, obligatio per-
sonalis occasione facti liciti propter utilitatem et ae-
quitatem immediate a legibus imposta. Igitur:

D 42

I. Es

I. Ea est obligatio *personalis*, i. e. ad praestationem personalem incumbens. Hinc quae ex iure *in re* oritur obligatio, non ad obligationes *quasi* ex contractu pertinet.

II. Ea oritur occasione *facti liciti*; nam quae ex *illicito* nascitur, ad *delicta*, hinc ne *quasi* quidem ad contractus pertinet.

III. Eius fundamentum *proximum* est *utilitas* et *aequitas* a legibus confirmata. Hinc ad eam non requiritur *consensus*, nec *situs*, nec *praesumtus*; cum, quae ex *consensu*, sive *expresso* sive *tacito*, oritur, obligatio non *quasi*, sed *vere* ex *contractu* nascatur. Propterea vero leges nonnunquam obligationem personalem perfectam *sine contractu* et *consensu* introduxerunt, quoniam in vita communi multa obueniebant negotia, quae non erant *contradictus*, et ex quibus tamen *vile* et *aequum* videbatur, obligationem nasci perfectam.

Ex quibus intelligitur: 1) obligationem *quasi ex contractu finitem* quidem esse ei, quae *vere* ex *contractu* oritur, sed et simul ab ea *differre*. Similitudo enim in eo consistit, quod aequa ex *facto*, et quidem *licito*, oriatur, quod aequa pertineat ad *ius ad rem*, et quod aequa ad eam implendam *cogi* possumus, ac si *vere* *contraxissemus*. Differentia vero est, quod obligationis *vere* ex *contractu* ortae fundamentum proximum sit *mutuus consensus*; at eius, quae *quasi* ex *contractu* nasci dicitur, proximum fundamentum sit *utilitas* et *aequitas* sola a legibus approbata, *sine praecedente consensu*, 2) obligationem *quasi ex contractu* plane *non esse ex contractu*, hinc

D d 3

non

non dari *quasi contractus*, 3) obligationem *quasi ex contractu* non nisi consensu *præsumto* aut *ficto*, sed sola *utilitate et aequitate*, cui leges vim *contractus* tribuerunt.

WOLRAD. BVRCHARDI *causam quasi — contr. non in consensu ficto vel praef. sed in solo facto lic. cui leges vim oblig. tribuer. sine consensu esse ponend.* Herbom. 1759.

§. 618.

Exempla obligationum quasi ex contractu.

Sed superest, vt, quae huc usque diximus, ipsis, quae hoc titulo proferuntur, exemplis illustrerimus. Pertinet huc:

I. Obligatio ex NEGOTIORVM GESTIONE, quae est actus, quo quis aliena negotia, domino absente et ignorantie, sponte administrat. Ad eam itaque requiritur, vt gestor sponte i. e. *sine mandato*, absenti vel ignorantis negotia suscipiat, cum, si mandatum interuenerit, obligatio vere ex contractu, mandati nempe, oriatur. Ergo manifestum est, in negotiorum gestione nullum plane contractum adesse; hinc stricto iure dominum negotii non obligari ad indemnitatē gestori praestandam. Sed utilitatis causa receptum est, vt dominus gestorem indemnem praestet, aequē ac si ipsi mandatum deditset, ne forte absentium, qui subita festinatione coacti, nulli demandata negotiorum suorum administratione, perege profecti essent, desererentur negotia, quae sane nemo curaturus esset, si de eo, quod quis impendiisset, nullam habiturus esset aduersus dominum actionem. En obligacionem *quasi ex contractu*, a parte domini. Sicut autem is, qui gessit, obligatus habet dominum, ita et contra aequitatis causa iste dominus

mino obligatus est, ad rationes reddendas, damnumque dolo culpaue datum refaciendum, aequē ac si vere ex mandato administrasset. En iterum obligationem *quasi ex mandato a parte gestoris!* En igitur *duplicem* obligationem immediate a legibus impositam. Hinc ex obligatione negotiorum gestorum duplex datur actio. Altera negotiorum gestorum DIRECTA, quae competit negotii domino aduersus gestorem, ad administrationis rationes reddendas damnumque restituendum. Altera vero negotiorum gestorum CONTRARIA, qua vtitur gestor aduersus dominum ad indemnitudinem consequendam.

II. Obligatio ex TVTELA. Tutor enim, vt supra §. 145. vidimus, obligatur pupillo ad rationes reddendas, bona restituenda, et dampnum datum refaciendum; Sicut pupillus tutori ad indemnitudinem praestandam tenetur. Quae reciproca obligatio non oritur vere ex contractu, nullum enim negotium inter tutorem et pupillum contrahitur. Sed utilitatis causa iterum vtrique a legibus imposta est obligatio. De actionibus ipsis inter tutorem pupillumque obtinentibus vide §. 145.

III. Obligatio ex ADMINISTRATIONE REI vel HEREDITATIS COMMVNIS. Administrator enim socio tenetur ad rationes reddendas damnumque restituendum; et hic illi ad indemnitudinem pro rata sua praestandam. Neuter vero alteri vere ex contractu obligatus est, quippe nihil inter se, quoad administrationem, contraxerunt. Sed aequitas exigit, vt alter alteri obligetur. Hinc iis obligatio immediate a legibus imposta est, ac si vere de administratione contraxerint, et datur actio COMMVNIDIVIDVNDO et FAMILIAE EXCISCVNDAE.

IV. Obligatio ex ADITIONE HEREDITATIS.

Supra §. 382. dictum est, heredem, qui adiit, obligari ad legata et fideicomissa soluenda. At haec obligatio non nascitur *vere ex contractu* (neque enim cum defuncto, neque cum herede negotium aliquod legatarius aut fideicommissarius contraxisse dici potest); sed ex legibus immediate, cum aequum videretur, ut haberent legatarii agendi, ad legata petenda, fundamentum. Hinc iis aduersus heredem, qui adiit, datur actio ex testamento personalis.

V. Obligatio ad restituendum, quod INDEBITE solutum est. Indebitum est omne id, ad quod obligatus non sum. Cum vero omnis obligatio vel ex iure naturali, vel ex ciuili, vel ex utroque oriatur, sequitur, indebitum esse vel naturale, vel ciuile, vel mixtum. Prius, quando ne naturalis quidem adest obligatio; posterius, quando naturalis quidem obligatio adest, sed deficit ciuilis; ultimum, quando ex neutro iure aliquis tenetur. Iam ponamus, aliquem indebite aliquid soluisse, is stricto iure, quod soluit, non potest repetere, neque enim promisit accipiens pacto, se indebitum esse restitutorum. Sed ex aequitate imponunt leges accipienti obligationem, restituendi indebitum ac si vere promisisset, se, si quid in debite acceperit, esse restitutorum. In quo tamen haec obserua: 1) si accipiens non ex errore et ignorantia, sed *dolo malo* sciens indebitum acceperit, obligatur ad restituendum ex delicto. Furti enim reus est. 2) Si quis sciens, se nihil debere, soluerit, accipiens plane non ad restituendum tenetur, quia ipsis donatio facta censetur 3) Si quis ex ignorantia iuris indebitum soluerit, accipiens nihil restituit, quia iuris ignorantia in regula nocet. Ergo obligationi quasi ex contractu ad restituendum indebitum

tum locus est est: 1) si soluens ex errore et quidem facti, soluerit, 2) si accipiens ex errore acceperit. Datur hoc casu indebite soluenti CONDICTIO IN DERITI aduersus accipientem ad restituendum cum omni causa, quod accepit.

TITVLVS XXIX.

PERQVAS PERSONAS NOBIS OBLIGATIO
AD QVIRITVR.

§. 619.

Connexio.

Sicut res nobis adquiruntur per liberos et seruos nostros (§. 280.) ita et obligationes nobis per eosdem adquiruntur.

Dd 5

TITV-

TITVLVS XXX.

QVIBVS MODIS TOLLITVR OBLIGATIO.

§. 620.

Connexio.

Haec tenus de modis, quibus obligationes ex factis licitis nascuntur; nunc, quibus modis iterum tollantur, traditur.

§. 621.

Quibus modis tollatur obligatio?

Obligatio tollitur vel IPSO IVRE vel ope EXCEPTIONIS. Prius sit, quando non solum ex *aequitate*, sed simul iure *stricto* cessat obligatio; posteriorius, quando iure *stricto* manet obligatio, sed ea tamen ex *aequitate* tollitur a). En differentias: I) Si prius, obligatio *statim* extinguitur; si posteriorius, ea demum cessat, causa, ex qua finitur, in iudicio *allegata*. II) Si prius, creditori *nulla* amplius competit *actio*; si posteriorius, creditor omnino agit aduersus debitorem, qui tamen *opposita exceptione* actionem elidere potest. III) Si prius, debitor, quod soluit, *repetere* potest conditione *indebiti*, quia nec *naturalis*, nec *civilis* obligatio aderat; si posteriorius, non potest *repetere*, quia *exceptione* non *vsus* est, adeoque ei tacite *renunciasse* censetur. pr. I. de except.

§. 621.

§. 622.

Quando ipso iure tollatur obligatio?

Modi, quibus *ipso iure* tollitur obligatio, sunt vel COMMVNES, i. e. quibus *omnis* obligatio ex *quocunque* contraetu orta; vel PROPRII i. e. quibus *certa* obligatio ex *certo* contraetu orta, tollitur. Ad priores pertinet 1) solutio 2) datio in solutum 3) compensatio 4) confusio 5) oblatio et consignatio 6) nouatio 7) delegatio 8) remissio 9) paetum de non petendo. Ad posteriores: 1) rei interitus 2) mutuus dissensus 3) acceptilatio 4) deficiens conditio. Iam de singulis,

§. 623.

Solutio quid?

SOLVTIO hoc loco est *naturalis* et *rite facta* praefatio eius quod debetur a). De qua nota axiomata: I. Ei ineſt alienatio II. Ea tollitur obligatio III. Debet rite fieri.

a) l. 176. de V. S. Improprie enim soluere est 1) *quocunque* modo obligationi satis facere. Hinc v. g. qui compensat, soluſſe videtur. 2) obligationi *parata* pecunia satis facere. l. 49. ff. de solut.

§. 624.

Axioma primum.

I. Solutioni ineſt ALIENATIO. Creditor enim, dominus eius, quod ipsi solutum est, fieri debet, quia alias inutilis foret solutio. Ex quo fluit regula: *qui non potest ALIENARE* (i. e. qui non habet liberam rerum suarum administrationem) *is nec valide SOLVEKE potest*. Vnde furiosi, prodigi, impuberes et minores sine tutorum curatorumue consensu non

non recte soluunt a). Ceterum perinde est, vtrum debitor ipse an eius procurator, aut tertius, eo etiam inuitio, soluerit, quamvis hoc casu soluens aduersus debitorem non habeat regressum b).

a) §. ult. I. quib. alien. lic. l. 9. §. 2. ff. de auctor. rur. l. 3. C. de in int. restit. min. b) l. 23. 40. 53. ff. de solut. HERTII diff. de solut. pro alio facta in opusc. Vol. II. T. III.

§. 625.

Axioma secundum.

II. Solutione TOLLITVR obligatio; modo ei, cui debebat et poterat solui, facta sit. Cum vero sublata debitoris obligatione tollatur simul ius creditoris, adeoque facile laedi creditor in solutione possit, vera est alia regula: *Ei, qui NON gaudet libera rerum suarum administratione, non recte soluitur, sicut ipse non recte soluit.* Hinc patet 1) solui non posse furiosis, prodigiis, impuberibus et minoribus, nisi accedat et tutoris auctoritas, et iudicis decretum a), 2) ex opposito recte solui: α) ipsi creditori, qui nec tutelae nec curae iure tenetur; β) eius procuratori vero b); γ) ei, cui creditor solui iussit c); δ) tutori et curatori, cui administratio bonorum non interdicta est d).

Ex quibus porro intelligitur: 1) sublata obligatione principalis simul tolli accessoriā, propter regulam: accessorium sequitur principale. Hinc 1)solutione liberantur fideiūflores, hypothecae et pignora, modo non aliud super sit debitum, propter quod pignus retineri possit e) 2) Nudam ADSIGNATIO-
NEM

NEM non esse solutionem, quia ea non tollitur obligatio f).

- a) §. 2. I. quib. al. lic. I. 15. ff. de solut. b) I. 12. pr.
I. 34. §. 3. 4. ff. eod. c) I. 12. §. 2. I. 38. §. 1. ff.
eod. d) I. 14. §. 1. I. 49. et 100. ff. eod. e) pro.
I. b. r. I. l. 43. ff. de solut. rir. C. etiam ob chirogr. f)
cf. STRYCKII diss. de iure assign. in Ej. Vs mod. T. II.
p. 373. Sqq.

§. 626.

Axioma tertium.

III. Solutio debet RITE fieri. Rite autem sit:

A) Respectu PERSONARVM: Si soluit, qui potest, et soluitur, cui potest, (§. §. praec.) B) respectu MODI: I. si NATVRALITER soluitur, i. e. praecise ea res, quae debetur, non alia; propter regulam: creditori aliud pro alio non potest obtrudi a), nisi necessitas aliud suadeat. (v. g. si res aliena legata non possit redimi, si res praestanda dolo culpae debitoris perierit, si beneficio dationis in solutum locus sit, de quo §. sequente). II. Si IVSTO TEMPORE soluitur. In quo tamen obserua: 1) nullo solutionis tempore adiecto, a creditore pendet, quando exigere solutionem velit, nisi iudex ex aequitate modicum solutionis tempus praescriperit b) 2) adiectio tempore, debitor statim, vbi illud uenerit, soluere debet; quum, eo pendente, nec creditor debitorem, vt ante illud soluat, nec debitor creditorem, vt solutionem ante illud accipiat, cogere possit, nisi ultimo casu tempus in fauorem debitoris adiectum sit, quod in dubio praesumitur 2). III. Si EXISTENTE, quae adiecta fuit, CONDITIONE soluitur; hinc, qui ea pendente soluit, conditione indebiti solutum repetit, nisi

nisi sit conditio omnimodo extitura d). IV. Si IVSTO LOCO soluitur. Vbi iterum obserua: 1) nullo definito loco, debitor in loco aut *contractus* aut *domicili* potest conueniri 2) eo vero definito, nec creditor alio loco solutionem *petere*, nec debitor *offerre* potest, nisi aut, quod creditoris ratione loci *interesset* e) relittiure velit, aut locus in *debitoris* fauorem definitus sit, quod iterum *praesumendum* videtur. V. si TOTVM soluitur. Neque enim creditori per *partes* solui potest, nisi 1) debitum pro parte *liquidum* pro parte *illiquidum* sit 2) vel ex *diuersis* causis debeatur 3) vel plures sint debitoris heredes, quorum singularis *ratam* soluere potest, quia nomina inter heredes ipso iure diuisa sunt, 4) vel plures sint debitores, quibus *beneficium* *diuisionis* competit 5) vel pacto debitori *solutio partialis* *concessa* sit, vel 6) creditor postea expresse aut tacite in *partiale* solutionem *consenserit* f).

a) pr. I. b. 1. l. 2. ff. de reb. cred. b) Dissent. LEYSER spec. §28. m. 3. DARIES diff. de solut. termino, si definitus non sit, Fr. 1774. c) l. 70 ff. de solut. d) l. 16. 18. 48. ff. de conduct. indeb. e) l. 3. ff. de co. quod certo loco f) CRELL. de solut. part. in diff. Falc. XII. Cet. cf. FLORENTIS diff. de solut. in Ej. opp. T. I. BRISSONI Libri III. de liberat. et solut. Fr. 1587. et Saep.

§. 627.

Datio in solutum quid?

DATIO IN SOLVTVM est actus, quo debitor creditori loco pecuniae aliam rem tradit in effectum solutionis. Quae datio est beneficium debitoribus in subsidium datum, ad eoque requirit: 1) vt debitor pecuniam non habeat, 2) vt nec emtorem bonorum suo-

suorum inuenierit. Alias enim pecunia; ex *venditione* redacta, solui debet. Ceterum nota: I. Ipsa *datio* ita fieri debet ut 1) res meliores *creditori* dentur, de-
teriores apud *debitorem* maneant 2) ut res datae secun-
dum certum *preium aestimentur*. II. *EFFECTVS* datio-
nis in solutum est: 1) ut *debitor* liberetur, ac si *naturaliter* soluisset; 2) ut *creditor* fiat rei datae *domi-
nus*; 3) ut iura *realia* (v. g. *seruitutes* et *hypothecae*) non extinguantur, sed transeant ad *creditorē*; III.
DIFFERT datio in solutum a *mandato*, quod *debi-
tor* *creditori* dat, ut rem certam *vendat*, et ex eius
preio sibi satisfaciat. *Creditor* enim tunc instar
mandatarii est, adeoque casum non ferre, rationes
venditionis reddere, impensas in eam factas repetere,
quodque plus accepit, quam in debito est, restituere
debet.

Nov. 4. c. 3. STRYCKII diff. de benef. dat. in sol. in Ej.
diff. Franc. T. I. WILLENBERG diff. de dat. in solur.
Gedan. 1728. LEYSER. Spec. 531.

§. 628.

Compensatio quid?

COMPENSATIO est, qua modus tollendi ob-
ligationem, *sublatio obligationis* orta ex mutua et ae-
quali *creditoris obligatione*. Sed qua modus soluendi est
actus, quo *debitor imputat*, seu *detrahit* in ipsa solutione,
quod *creditor ipsi* *viciissim* debet.

§. 629.

Axiomata.

Ex priori definitione patet:

I. Com-

I. Compensationem MVTVVVM praesupponere debitum. Vnde regula: IDEM creditor et IDEM debtor compensare possunt; ex qua fluit 1) cum pupillo non posse compensari, quod tutor debitori pupilli debet 2) nec cum procuratore, quod is debitori domini debet 3) nec si duo rei promittendi sint, unus conuentus potest compensare, quod stipulator alteri debet, nisi socii sint a) Quia his casibus diuersus aut creditor aut debitor adest.

II. Compensationem simul AEQVALE requirere debitum. Hinc non potest compensari 1) species cum specie aut cum genere 2) diuersum genus cum diverso genere 3) liquidam cum illiquidam 4) purum cum conditionato 5) quod statim debetur cum eo, quod post diem debetur b) 6) obligatio criminalis cum ciuiti, excepta satisfactione priuata c) 7) actio realis cum personali d). Attamen non necesse est, ut debitum mutuum quoad quantitatem aequale sit; modo honestum sit, et certe naturale efficax e).

III. Compensatione IPSO IVRE tolli obligationem, siue sit bona fidei siue stricti iuris f). Ergo: 1) non ab eo demum tempore, quo opponitur compensationis exceptio, sed statim ab initio, quo mutuum debitum existere coepit, debitor liberatur g) 2) compensatio obtinet vicem solutionis, vnde simul fideiustores et pignora debitoris liberantur, cursusque usurvarum sistitur.

a) l. 18. 23. ff. de compens. l. 10. ff. de duob. reis stip. b) l. 7. pr. l. 16. §. t. l. 22. ff. l. vlt. §. I. C. de compens. IO. TOB. CARRACH. diff. de broc. liquidam cum illiquidam nullo est compensatio, Halle. 1751. et in Ej. programmatt. Hal. 1767. 4. Ill. PVET-

PVETTMANNI interpr. c.32. c) l. 10. pr. ff. de comp. l. 36.
 ff. de dolo. l. 2. §. 4. l. 13. §. 5. ff. ad L. Iul. de adulst. KAFFII
 diff. de compens. circa delicta, Tab. 1778. d) l. vlt.
 pr. C. de compens. e) l. 6. 14. ff. l. 2. 5. 6. C. eod.
 f) Ita iure nouo; antiquo enim obligatio stricti iuris
 non ipso iure, sed exceptione dolii elidebatur, §. 30.
 I. b. r. g) PVFFEND. Obs. T. I. obs. 177. Cet cf.
 BELLOIVS de comp. in MEERM. thes. T. IV. MAE-
 STERTIVS de comp. in tract. illustr. n. 2. L. B. 1539.
 8. BORCHOLTI comment. ad tit. ff. de compens. Helmst.
 1596. 8. SCIPIO GENTILIS de compens. Alt. 1592. 4.
 ERN. MART. CHLADENII diff. decompens. Vit. 1757. IO.
 TOB. CARRACH. de differ. iur. Rom. et Germ. in com-
 pens. Halae 1739.

§. 630.

De confusione.

Confusio est concursus crediti et debiti in eandem
 personam. Ea potissimum per successionem oritur.
 Cum vero obligatio sit vel principalis vel accessoria
 seu fideiussoria, vel diuisa vel correalis, obserua, quae
 sequuntur, species:

I. Si vel debitor creditori vel creditor debitori
 heres existit, tollitur obligatio pro parte, qua he-
 res est.

II. Si vel debitor fideiussori suo, vel fideiussor
 debitori, vel creditor fideiussori vel fideiussor credi-
 tori succedit, tollitur quidem obligatio fideiussoria,
 adeoque omnes, quibus fideiussor vti poterat, exce-
 ptiones cessant, sed remanet obligatio principalis. a)

III. Si debitor vni correorum credendi, vel
 vnum correorum credendi debitori succedit, tollitur
 tantum ius heredis et defuncti; ratione reliquorum nihil
 mutatur. v. g. Primus, Secundus et Tertius sunt
 Ee correi

correi credendi. Ego sum eorum debitor. Primus moritur, ego ei succedo. Maneo superstitibus correis credendi in solidum obligatus. Vel: Ego debitor decedo; Primus correorum credendi mihi succedit. Heres meus reliquis correis credendi in solidum praestare debet, sicut ego ipse debuisset. Ratio: quia per successionem confundi tantum possunt iura defuncti et heredis, non vero tertii.

IV. Si creditor vni correorum debendi, aut vnuſ correorum debendi creditori succedit, tollitur rurſus obligatio tantum heredis et defuncti; ratione reliquorum nihil mutatur. v. g. Primus, Secundus et Tertius sunt correi debendi. Ego sum eorum creditor. Primus moritur, ego ei succedo. Manent mihi *superstites* correi debendi in solidum obligati. Aut: Ego creditor decedo. Primus correorum debendi mihi succedit. Is potest a reliquis correis debendi solidum petere, sicut ego ipse potuisset. Ratio: Quia per successionem confundi tantum possunt obligationes defunctorum et heredis, non vero tertii b).

V. Si correus credendi succedit alteri correo credendi, non confunditur ius, sed vel *suo* vel *hereditario* nomine agere aduersus debitorem potest. Cuius rei effectus est 1) vt, si proprio nomine agat, leitopponi non possint exceptiones, quae defuncto opponi poterant 2) sin *hereditario*, non locum habeant exceptiones, quae auctori suo nomine agenti opponi potuissent c).

VI. Si correus debendi succedit alteri correo debendi, aequo non confunditur obligatio, sed creditor eligere potest, vtrum aduersus defuncti correi heredem, qua *talem*, an qua *proprium* debitorem agere velit. Cuius rei effectus est, 1) vt, si heres proprio nomine conueniatur, is non possit opponere exceptiones, quibus ipse pro persona sua vti potuisset d).

VII.

VII. Fideiussor, qui succedit vni correorum debendi, pro quibus fideiussit, manet obligatus ratione superflitum correorum debendi; sicut, si succedit vni correorum credendi, apud quos fideiussit, aequem manet obligatus superflitibus correis credendi e).

VIII. Si fideiussor confideiussori succedit, non confunditur obligatio, sed heres fideiussor ex utraque, i. e. tam propria, quam hereditaria obligatione tenetur. Cuius rei effectus est; 1) vt, si propria obligatione conueniatur, cessent, quas defunctus allegare poterat, exceptiones 2) si hereditario, cesserent, quibus ipse vti poterat, exceptiones f).

- a) l. 50. 71. pr. ff. de fidei. l. 95. §. 2. 3. ff. de solut.
- b) l. 71. pr. ff. de fidei. c) l. 93. pr. ff. de solut.
- d) l. 93. §. 1. ff. eod. ad quam cf. CVIAC. L. XI. obf. 34. inf. e) l. 21. §. 4. ff. de fidei. f) c. l. 21. §. 1. ff. eod. Add. CVIAC. ad Afric. ad c. l. 21. de fidei. FABRI coniect. L. VII. c. 16. 17. et L. VIII. c. 4. VOET. com. ad P. Tit. de solut. IO. STRAVCHII diff. de confus. oblig. Ienae 1661. LAVTERBACH. diff. de confus. in Exerc. Tubing. Vol. I. BASTINELLER. diff. de confus. Vit. 1751.

§. 631.

Oblatio et consignatio quid?

OBLATIONE et CONSIGNATIONE tollitur obligatio, quoties debitor totam summam iusto tempore et loco creditori oblatam et ab eo non acceptam, in iudicio, citata altera parte, deponit. Cuius rei effectus est, vt debitor offerens ab omni libere. tur obligatione, adeoque et cursus usurarum fistatur, et periculum in creditorem recusantem transferatur.

I. 8. ff. de condic^t. furt. l. 72. pr. ff. l. 9. C. de solut. STRYCKII Vs. mod. tit. de solut. §. 15. seqq. SCHVLZE tr. de oblat. confign. et depos. rei debitae Vit. 1632.

§. 632.

Nouatio quid?

NOVATIO est mutatio circa obligationem facta. Ea vero oritur vel ex *pacio*, vel ex iusl*u legum*; unde vel VOLVNTARIA est, vel NECESSARIA a). Prior duplice modo fieri potest 1) vel, quando genus obligationis mutatur, i. e. quando prior obligatio plane tollitur, et in eius locum noua, adeoque obligatio obligationi, substituitur; v. g. si pretium emtionis mutatur in *mutuum* b). Aliud, si in *rem* mutatur c) 2) cum *accidentalia* obligationis mutantur, sed ipsa obligatio manet v. g. si obligatio pura in conditionata, et vice versa, transmutatur d).

Necessaria fit per LITIS CONTESTATIONEM. Ea differt a priori hoc modo: 1) voluntaria requirit animum nouandi *expressum*; necessaria fecus e) 2) illa potest obligatio *perimi* et noua institui; hac manet prior obligatio, quae tamen, si *temporalis* fuit, *perpetua* sit, et ad *heredes* transit f) 3) illa liberantur simul *fideiussores* et *pignora*, si prior obligatio plane sublata sit; hac obligatio *accessoria* *nunquam* tollitur, quia *principalis* semper manet g) 4) illa fissitur *cursus usurarum* prioris obligationis; hac *nunquam* h) 5) illa tolluntur simul *priuilegia causae*, quia prior causa tollitur; hac fecus i) 6) illam inire non potest, nisi qui libere de rebus, suis disponere potest; sed haec sit a quo libet k).

a) *I. 29. ff. de nouat.* b) §. 3. I. b. t. c) *I. 9. C. de rescind. vend.* d) §. 3. I. b. t. e) §. 3. I. b. t. l.

z. l. vlt. C. de nouar. CRELLII obs. de anima nouandi factis expresso. in Ej. diff. Falc. IV. STRVBEN. recul. Bed. Theil. 4. n. 194. f) l. 29. ff. de nouar. g)
l. 18. ff. eod. h) l. 35. ff. de usur. i) l. 29. ff. de nouar. k) l. 1. f. 1. l. 3. 10. 20. §. I. l. 25. ff. de nouar. cf. LEYSER. Spec. 526.

§. 633.

Delegatio quid?

DELEGATIO est pactum, quo nouus debitor consensit in locum prioris consentientis substituitur cum consensu creditoris. Ex qua definitione patet: 1) Tres in hoc negotio occurrere personas α) DE LEGANTEM, qui est debitor substituens β) DELEGATVM, qui est nouus debitor substitutus, et γ) DELEGATARIVM, qui est creditor prioris. 2) Tria quoque occurrere pacta α): pactum inter delegantem et delegatum, quo hic promittit: se pro illo soluturum esse β) pactum inter delegatum et delegatarium, quo ille huic, se loco delegantis soluere velle, promittit γ) pactum inter delegantem et delegatarium, quo hic illi promittit, se accipere delegatum, et liberare delegantem a). Qui consensus non tacitus, sed expressus esse debet b).

Ex quo triplici pacto intelligitur, delegationem esse: I) ratione DELEGANTIS, modum tollendi; II. Respectu DELEGATI, modum constitueri; et III. intuitu DELEGATARII modum amittendi et adquirendi obligationem.

Ex priori fluit: 1) delegantem plane liberari, licet delegatus insoluendo sit, nisi delegatarius regressum sibi adversus delegantem reseruauerit c), 2) liberari simul delegantis fideiussores, pignora et hypothecas

theicas; 3) fisti quoque usurarum cursum a momento delegationis d)

Ex posteriori patet: 1) delegatum non posse delegatario opponere exceptiones, quas vel delegans delegatario, vel delegatus deleganti opponere potest; modo beneficium Scti Velleiani et restitutionis propter minorem aetatem excepéris e) 2) delegari posse eum, qui valide obligari potest f).

Ex ultimo denique clarum est: eum tantum creditorem, qui liberam habet rerum suarum administrationem, posse in delegationem consentire.

- | | |
|--|---|
| a) l. 1. 6. C. de nouat. | b) §. 3. l. b. r. l. vlt. C. de nouat. |
| LEYSER. spec. 527. med. 2. Dissent. de CANN- | GIESER. decisi. Cassel. T. I. n. 54. c) l. 2. 3. vlt. |
| C. de nouat. | C. cod. |
| d) l. 18. ff. l. 2. cod. | e) l. 19. ff. |
| ed. | f) §. 3. l. b. r. |

§. 634.

Differat delegatio ab aliis negotiis.

Quibus perspectis facili distingui delegatio potest: 1) a FIDEIVSSIONE et CONSTITVVO PRO ALIO, quia neutro prior debitor liberatur. (§. 571) 2) ab ADSIGNATIONE, quia assignans non liberatur, nisi tanquam *datio in solutum* facta sit 3) ab EXPROMISSIONE, quippe quae et *in uito* debitore fieri potest 4) a NOVATIONE, quia non *obligatio ipsa*, sed *persona* debitoris mutatur, quamvis nouatio cum delegatione coniungi queat.

§. 635.

§. 635.

Remissio quid?

REMISSIO est declaratio creditoris, se nolle debitum petere a). Ea vel expresse vel tacite fieri potest, nec requirit debitoris acceptationem b).

- a) LEONH. LVD. MENKEN. diff. de remiss. debiti, Vid. 1755.
 b) Diffent. WOLBER. diff. de opinata remiss. deb. sine acceptat. valid. Gott. 1748.

§. 636.

Pactum de non perendo quid?

PACTVM DE NON PETENDO est pactum, quo creditor debitori promittit, se debitum non esse exacturum. Id vel in REM vel in PERSONAM initur, omninoque requirit debitoris acceptationem.

- l. 7. §. 8. l. 21. pr. §. ult. l. 25. pr. §. 1. l. 40. pr. l. ult. ff. de pact. ADR. STEGER. diff. de nat. pacti de non pet. Lips. 1727.

§. 637.

De praescriptione.

PRAESRIPTIO EXTINCTIVA, de qua tamen supr. §. 265. iam dictum.

§. 638.

Modi proprii.

Haec de modis communibus, sequuntur PROPRII, quales sunt:

I. REI INTERITVS, de quo nota regulam: *Debitor speciei liberatur casuali eius interitu.* Ergo prae-supponitur: 1) vt species debeatur, quia genus
 E e 4 et

et quantitas non perire videntur; 2) ut haec species casu interierit. Fur tamen et violentus possessor non liberatur a).

II. MVTVVVS DISSENSVS qui est mutua pacientium declaratio de contractu consensuali tollendo. Ea tamen re adhuc integra fieri debet b).

III. ACCEPTILATIO, quae est actus quo interrogatione debitoris et congrua responsione creditoris obligatio stipulationis dissoluitur. Pertinet huc quoque stipulatio Aquiliana c).

- a) I. 23. 49. pr. ff. de V. O. I. vlt. ff. de cond. furt. I. i. §.
34. I. pen. ff. de vi et vi arm. IO. BALTH. WERNHE. RI diff. de exceptione casualis interitus Vit. 1702. b)
§. 4. I. b. r. PVFFEND. ohf. iur. vn. T. I. obf. 41.
c) §. I. 2. I. eod. MAIANS. ad fragm. 30. Ver. Ictior. T. II. in vita C Aquilii Gall. p. 120.

§. 639.

Quomodo exceptione tollatur obligatio?

Ad exceptiones, quarum ope soluitur obligatio, pertinet v. g.

I. Exceptio RESTITUTIONIS IN INTEGRVM. Est autem restitutio in integrum rescissio negotii iure stricto validi propter aequitatem a Praetore facta. Hinc ad eam requiritur: 1) negotium iure stricto validum, et 2) specialis aequitatis causa, qualis est dolus, vis, metus, minor aetas et absentia; 3) edictum Praetoris. Plura in Pandectis.

II. Exceptio NON NVMERATAE PECVNIAE de qua dictum §. 577.

III.

III. Exceptio IVRISIVRANDI, quando debitor,
deferente creditore, iurauit, se nihil debere.

IV. Exceptio REI IVDICATAE, quando debi-
tor iudicis, quae in rem iudicatam abiit, sententia ab-
solutus est. Sed haec exempli causa retulisse
sufficiat.

cf. pr. §. I. — 8. I. de except. Cet. vid. LAVTERBACH.
diff. de modis, quib. toll. oblig. in Diff. P. II. BOCERVS
de mod. qu. obl. toll. in Eius diff.

LIBER QVARTVS.

TITVLVS I.

DE

OBBLIGATIONIBVS QVAE EX DELICTO
NASCVNTVR.

§. 640.

Connexio.

Cum sit expositum superiore libro de obligationibus ex facto licito, sequitur, ut de obligationibus ex maleficio dispiciamus.

§. 641.

Maleficium quid?

Sed distingui debet factum ILLICITVM et MALEFICIVM. Illud est *omne factum legibus contrarium*. Hoc autem est *factum legi POENALI contrarium*.

§. 642.

Maleficium quotuplex?

Lex penal is respicit vel salutem publicam, vel priuatam. Hinc maleficium est vel CRIMEN vel DELICTVM. Illud est *factum contra salutem PUBLICAM perpetratum*, quodque propterea poena publica punitur. Hoc est *factum contra salutem PRIVATI commissum*, quodque propterea satis factione priuata punitur.

Nota:

Nota: in sensu *lato* delictum est genus, et comprehendit simul *crimina*, l. 1. 2. ff. de leg. Sed in sensu *proprio* crimen et delictum eo, quo diximus, modo distinguitur l. 2. §. 8. C. de *Vet. iure encl.* l. 17. §. 18. ff. de *Aediz. editio*.

§. 643.

Crimen quoruplex?

Crimen punitur vel poena *ordinaria*, i. e. certa lege definita; vel poena *extraordinaria*. Si prius, crimen *ORDINARIUM*; sin posterius, *EXTRAORDINARIUM* dicitur.

§. 644.

De delictis.

Delicti in specie sic dicti nulla est diuisio. De ea enim, qua vel *vera* vel *quasi* talia dicuntur, infra.

Nota: Solent tamen delicta in *publica* et *priuata* diuidere, LAVTERBACH. diss. *de del. priv.* in diss. Tubing. Vol. II.

§. 645.

Diuisiones maleficiarum.

Maleficium diuiditur:

I. Ratione modi, quo perpetratur. Potest enim perpetrari: vel *omittendo*. Hinc delictum *OMISSIONIS* est, quando non facimus, quod propter legem *poenalem* facere debemus; et *COMMISSIONIS*, quando facimus, quod lex *poenalis* prohibet a).

II. Vel ex *dolo*, vel ex *negligentia* et *imprudentia*. Hinc, quoad *animum*, *DOLOSUM* est, quod dolo;

et

et CVLPOSVM, quod imprudentia et negligentia perpetratur b).

III. Respectu personarum, a quibus perpetratur, in COMMUNE et PROPRIVM, prout vel ab omnibus, vel a certis hominibus perpetrari potest c).

IV. Intuitu poenae, quae vel capitalis est vel non. Hinc delictum CAPITALE est, cuius poena est MORS aut naturalis aut civilis. NON CAPITALE, cuius poena est aut coercitio corporis, aut multa d).

a) Exempla sunt in l. 45. pr. ff. ad L. Aquil. l. 2. pr. ff. de nox. acf. l. 2. ff. ad L. Pompei. de parric. Add. Confult. FVNKLERI diff. de crimine omis. Lips. 1776. Ill. PVETTMANNI aduersar. L. II. c. 31. b) l. 1. I. de vi bon. rapt. l. 3. §. 1. ff. de iniur. l. 9. 11. ff. de incend. c) l. 2. pr. 3. ff. de re milit. d) §. 2. I. de publ. iud. l. 103. de V. S.

§. 646.

Qui delicti capaces sint?

Cum vero omnis actio, quam poena aut præmium sequitur, eiusmodi esse debeat, quae possit imputari, facile patet, non esse delictorum capaces, dormientes, furiosos, infantes et impuberes, nisi proximi sint pubertati a). Prodigus, quia non caret rationis usu, omnino puniri potest. Ebrios vero et iratos mitius puniendos esse, sunt, qui statuant b).

a) §. pen. I. b. b. t. l. 23. §. 2. ff. de Aedil. edict. l. 12. ff. ad L. Corn. de sclar. l. 22. ff. ad L. Corn. de fals. l. 1. §. 3. ff. de adquir. poss. b) cf. ANT. MATTHAEVS de crimin. Proleg. c. 2. WESTPHALS Abhandl. von rechtl. Beurteil. der im Zorn unternommenen. Handl. c. 2. Halae 1784. 4.

§. 647.

§. 647.

Continuatio.

Iam transeamus ad delicta priuata, qualia sunt
1) furtum 2) rapina 3) damnum datum 4) iniuriae.

§. 648.

Furtum quid?

FVRTVM in genere est *actus*, quo alicui *invito*
obiectum quoddam clam et lucri causa aufertur. Quod
obiectum cum sit vel *res* vel *possessio*, vel *vsus*, ideo
et furtum vel REI vel POSSESSIONIS, vel VSVS
esse dicitur.

§. 649.

De furto rei.

A) Furtum REI est *contrestatio rei alienae clam*
et lucri causa inuito domino facta. Ergo requiritur:
I. RES. Possunt vero omnes res mobiles furto auferri,
imo et liberi, servi et ancillae, non vero homines
sui iuris, quippe in quibus crimen *plagii* committi-
tur a). II. Res ALIENA; adeoque: 1) *rei propriae*
vel *nullius furtum non datur*, 2) si ex hereditate ja-
cente aliquid aufertur, non furtum proprium, sed
crimen EXPILATAE HEREDITATIS committitur b).
III. CONTRECTATIO, quae est *amotio rei a loco*.
Hinc, qui nondum contrectauit, i. e. nihil adhuc ab-
stulit, non est fur c). IV. VT CLAM facta sit con-
trectatio, hinc, si quis vim adhibuit, non furtum,
sed *rapina* est d). V. VT ANIMVS LVCRANDI ad-
sit; hinc, qui *calumniae causa* vel *summa necessitate*
vrgente vel ex *alio fine* aufert, fur non est e). VI.
VT dominus rei non *consentiat*. Hinc, licet quis
putauerit, se *invito domino contrectare*, sed is post-
ea *consentiat*, furtum non fit f).

a) §.

- a) §. 9. I. b. r. l. 14. §. 13. l. 38. §. 1. ff. de furt. l. 1. 6.
 §. 2. ff. ad L. Fab. de plag. b) tit. ff. de expil. hered.
 c) l. 21. §. 7. ff. de furt. l. 7. ff. de extraord. crim. l.
 l. §. 2. ff. de effract. BRISSON. de V. S. sub voce con-
 tructare. MARKARTI probab. rec. lect. part. I. p. 129.
 III. PVEETTMANNI diss. de directoriis, Lips. 1784.
 d) tit seq. de rap. e) l. 39. pr. 53. pr. ff. de furt. l.
 41. §. 1. ff. ad L. Aquil. l. 3. §. 18. ff. de adqu. poss. AVG.
 LVDW. SCHOTTI diss. de furto ex necessit. Tub.
 1772 f) §. 8. I. b. r.

§. 650.

Furtum rei quotuplex?

Sunt autem furti rei variae diuisiones. Etenim:

I. Ratione temporis est vel NOCTVRNVM, vel DIVRNVM. Si illud, fur occidi potest, si clamor occidentis praecesserit. Sin hoc, fur non potest occidi, nisi se *telo* defendat a).

II. Respectu modi, aliud est 1) MANIFESTVM, quum fur in ipso furto, antequam eo peruererit, quo rem furtiuam deferre destinauerat, adelamando vel occurrendo deprehenditur. Idque quadruplo puniebatur. Aliud est 2) NEC MANIFESTVM quum fur hoc modo non deprehenditur. Eius poena est *duplicum* b). Aliud 3) per LANCEM ET LICIVM CONCEPTVM, quando res furtiuia per lancem et liciam quæsita apud aliquem, qui, licet fur ipse non sit, tamen furti conscius est, inuenitur c). Aliud 4) OBLATVM, quum res furtiuia alicui ignorantib[us] oblata, apud eum inuenitur. Aliud 5) PROHIBITVM, quum quis rem furtiuam quaerere volentem coram testibus prohibuerit. Aliud denique 6) NON EXHIBITVM, quum quis rem furtiuam apud se inventam restituere refusat d).

a) l.

- a) l. 54. §. 2. ff. de furt. l. 4. §. 1. ff. ad L. Aquil. CVIAC. obſ. L. XIV. c. 15. et L. XIX. c. 12. IO. FLOR. RIVINI diſſ. de iure virae et nec. in furem noct. et diurn. Lips. 1740. b) §. 3. 5. I. b. z. l. 3. Sqq. ff. de furt. CVIAC. obſ. L. XI. c. 38. MARKARTI prob. rec lect. part. I. p. 129. c) ALPINI epift. de furto per lanc. et lic. conc. in VAN DE WATERI edit. Instit. p. 641. et in MEERM. theſ. T. VII. WIELINGII ſchediaſma de ead. re, Marb. 1717. 8. AVERAN. interpr. L. I. c. 26. HEINECC. ſynt. ant. h. t. CANNEGIETER. obſ. iur. Rom. L. III. c. 20. VAN DE WATER obſ. L. II. c. 1. WOLBERS in addit. ad Petr. de Toullieu collect. c. 2. d) §. 4. I. b. z.

§. 650.

Vſus hodiernus.

Hodie 1) furtum est delictum publicum 2) poena apud nos sunt aliae. Sic v. g. actiones in duplum cert. cefſant (vid. infra) et ipsa poena corporis varia est, prout furtum vel simplex, vel qualificatum, vel magnum, paruum, primum, secundum et tertium fuit.

§. 651.

Furtum poſſeſſionis quid?

B) Sequitur furtum POSSESSIONIS, quod committitur a domino rei, quam rem suam alteri, iuste eam possidenti, aufert v. g. si debitor creditori pignus aufert.

§. 10. I. b. z. l. 12. §. 2. l. 19. §. 2. pen. l. 79. ff. de furt.

§. 652.

Furtum vſus quid?

C) Furtum denique VSVS adeſt, quando quis re aliena ad vtendum ipſi non confeſſa, vtitur; vel,

fi

Si concessa sit, aliter vel longius vtitur; quam ex pa-
eto deberet.

§. 6. I. b. t. l. 40. 54. pr. 76. pr. ff. de furt. l. 3. §. 18. de
 adq. poffi. AVERAN. interpr. L. I. c. 28.

TITVLVS II.
DE
VI BONORVM RAPTORVM,

§. 653.

Rapina quid?

Alterum delictum priuatum est RAPINA, quae
 est rei alienae violenta ablato lucri causa et dolo
 facta. Ex qua definitione patet 1) furtum et rapinam
 in eo differre quod illud *sine vi*, hoc vero *cum vi* com-
 mittatur a) 2) raptorem *simul esse furem*, hinc aduer-
 sus eum locum quoque habere actiones, quae aduer-
 sus furem; excepto edicto *vi bonorum raptorum*, quod
 in *triplum* datur b). 3) rei *immobilis* non dari rapinam
 sed *inuasionem*. Vnde inuasor vel interdicto *unde vi*,
 vel ex lege Iulia *de vi publica vel priuata tenetur* c) 4)
 a raptoribus differre *graffatores*, qui ferro *instructi*
rapiunt, et *latrones*, qui simul occidunt d).

- a) I. 2. §. 1. ff. b. t. b) pr. §. 2. I. I. 1. 2. §. 10. 23. ff.
 b. t. cf. VAN DE WATER obf. iur. Rom. L. I. CHRIST.
 WAECHTLERVS in actis erud. Lips. de 1714. p. 374.
 c) I. 2. §. 1. ff. b. t. d) I. 28. §. 10. 15. ff. de poen.

§. 653

§. 654.

Vsus bodernus.

Ceterum hodie rapina aequa est delictum *publicum*, nec locum habet actio in *quadruplum*, sed aliae poenae criminales statutae sunt.

TITVLVS III.

DE

LEGE AQVILIA.

§. 655.

Tertium delictum priuatum est DAMNVM IN-
IVRIA DATVM; i. e. *damnum ab homine SVI
iuris SINE iusta causa CORPORE et CORPORI il-
latum.*

BALDVINI comm. ad L. Aquil. in HEIN. iurispr. Rom.
et Att. T. I. MENDOZA ad L. Aquil. in MEERMANN.
thes. Tom. II. NOODT. ad L. Aq. in Ej. opp.

§. 656.

Req u i s i t a.

Ergo requiritur: I. Vt *damnum inferens* sit
homo sui juris α). II. Vt *nulla iusta nocendi causa*
adfuerit, i. e. vt *damnum vel dolo vel culpa* *datum*
sit. Hinc 1) qui *moderamine INCVLPTAE TV-*
TELAE *vititur*, non *tenetur*, modo: α) *iniusta et im-*
prouisa aggressio fuerit β) *damnum irreparabile ex*
aggressione ipsi imminuerit γ) *in continentia se defen-*

Ff

derit

derit *d*) nec aliud, ad se tuendum, remedium adfuerit *b*). *z*) propter damnum *casuale* nemo tenetur, i. e. si quis *re licita, loco, tempore et modo licto* v*l*us sit *c*). Sed *z*) propter *culpam*, licet *leuissimam*, quae in *committendo*, non in *omittendo*, consistit, legi Aquiliae locus est *d*). Porro, si in *contraktu* dolose aut culposo versatus sit, *actio* ordinaria ex *contraktu* utendum est *e*). *III.* Ut *corpo*re *corpori* nocitum sit, quamuis, si *corpo*ri, sed non *corpo*re nocitum, *actio* v*tilis*; et si nec *corpo*re nec *corpori* nocitum, *actio* in factum competat *f*).

- a)* Tit. de nox. act. b) §. 2. I. l. 4. s. pr. ff. b. t. l. 3. ff. de iust. et iure. Ill. PVETTMANNI diff. de mod. inculp. tut. ad orat. Cic. Milon. C. I. Lips. 1783. c) §. 3. fqq. I. b. z. d) STRYCK V*s*. mod. h. §. 14. e) BERGER. Oec. p. 584. de CANNIESER. decisi. Cassel. T. I. n. 91. f) §. vlt. I. b. t. cf. THOMASII nov. Add. ad. HVBER. h. t. n. 7.

§. 657.

Primum L. Aquiliae caput.

Ceterum tria potissimum fuerunt legis Aquiliae capita, quorum primo cautum, *vt*, qui SERVVM SERVAMue alienum alienamue QVADRVPEDEMue pecudem iniuria OCCIDERIT, is tantum domino a*es dare* damnas sit, quanti id in eo ANNO plurimi fuerit *a*). Ergo ad primum caput pertinebat *z*) damnum occidendo datum *z*) occisio serui seruaeue quadrupedisue pecudis. *Actio* ex hoc capite dabatur domino (vel ei cuius intererat) aduersus occidentem, (vel si plures fuerint, et ignoratur, cuius iste res periret, aduersus omnes) ad praestandum, quanti non*solum* res ipsa eo anno plurimi fuerit, sed et quod eius occasione simul amissum est *b*).

a) l.

- a) *I. 2. pr. §. 2. I. 7. §. 1. 2. ff. b. t.* b) *§. 9. 10. I. I.*
ii. §. 2. g. 10. I. 22. §. 1. I. 23. pr. §. 1. 2. 6. ff. b. t.

§. 658.

Caput secundum.

Secundum caput iam Iustiniani temporibus ex
usu recessit, et, quid eo caustum fuerit, hodie igno-
ratur.

BYNKERSH. *obsf. L. I. c. 13. CHIFLETIVS de secundo cap.*
L. Aquil. in OTTON. thes. T. V. HEIN. syn. ant. h.
t. CANNEGIETER. obsf. iur. Rom. L. IV. c. 9.

§. 659.

Terium caput.

Tertio capite caustum erat, ut, si quis ALIAS
res, praeter hominem pecudemue, OCCIDERIT, vel si quis
alteri damnum dederit VRENDO, FRANGENDO,
RVMPENDOVE, is tantum aes domino damnas dare
esset, quanti ea res fuerit in TRIGINTA DIEBVS
proximis. *I. 27. §. 5. ff. h. t.*

§. 660.

Consecaria.

Ceterum ex his patet: 1) homine libero occiso
non locum fuisse legi Aquiliae, quia homo liber non
recipit aestimationem 2) eo vero vulnerato ex tertio
capite actionem legis Aquiliae utilem institui potuisse,
ad praestandas operas cessantes et restituenda impen-
dia, in curationem facta, non vero ad doloris, cica-
tricum et deformitatis aestimationem.

I. 13. ff. b. t. I. 3. ff. si quadrup. I. vlt. ff. de effus.

Ff 2

§. 661.

§. 661.

Aliud caput.

Aliud caput et hoc fuit, ut *lis inficiando cresceret*,
i. e. vt laedens damnum dolose negans duplo punire-
tur, l. 2. §. I. ff. h. t.

§. 662.

Vfus bodiernus.

Hodie 1) aestimatur res, quanti tempore *damni dati*
fuit; 2) occisio hominis culposa imprimis Wehrigel-
do punitur 3) vulneratio hominis ex aliis principiis
diiudicatur; 4) lis inficiando non crescit.

THOMASII diff. *Larus L. Aquil, detracta* in diff. Vol. II.

TITVLVS IV.

DE

I N I V R I I S.

§. 663.

Inuria quid?

Vltimum delictum priuatum est INIVRIA, quae
hoc loco dicitur, quod in alterius contumeliam do-
loſe dirigitur.

Nota: Alias iniuria dicitur, 1) omne, quod *sine iure*
fit; 2) iniquitas et iniuritia pr. l. b. t. LAVTERBACH
diff de iniur. in diff. Tubing. Vol. II. GOEDDAEVS
de iniur. Marb. 1594.

§. 664.

§. 664.

De animo iniuriandi.

Ex qua definitione patet, ad iniuriam requiri-
dolum seu ANIMVM INIVRIANDI, i. e. vt aliquid
dicatur aut fiat eo fine, vt alicui contemtus oriatur a)
Hinc: 1) qui in genere doli capax non est, *paci* qui-
dem iniuriam, sed non *facere* potest, v. g. furiosus,
impubes, rel. b) 2) qui quidem in genere doli *capax*
habetur, sed in hoc actu *speciali* animum iniuriandi
non habuit, non committit iniuriam, quo pertinet:
a) qui per *iocum* aliquid fecit, modo habuerit *ius iocandi*, nec fines ioci *licitos* egressus sit c) β) qui ani-
mum *corrigendi* habuit, licet fines egressus sit, quippe qui ex L. Aquilia tenetur d) γ) qui, hominem sibi
subiectum percussurus, alium ex *improuiso* percussit e).

- a) l. 33. ff. l. 5. C. b. r. LVDER. MENKEN. diff. *de pro-*
bar. animi inferendi iniur. Lips. 1685. b) l. 3. §. r.
ff. b. r. c) l. 3. §. 3. ff. eod. d) l. 15. §. 38. ff. b.
r. l. 5. §. 3. ff. ad L. Aquil. e) l. 3. §. 4. l. 4. ff. b. r.

§. 665.

*Iniuria quatuorplex?**Iniuria est:*

I. Quoad modum, vel VERBALIS vel REALIS a).
Ad priorem pertinet *conuicium* et *libellus famosus* b).
Ad posteriorem *pictura contumeliosa* et *verbera* c).

II. Quoad gradum, vel ATROX vel LEVIS, seu
SIMPLEX. Atrocitas dijudicatur: 1) ex persona *iniuriantis* et *iniuriati* 2) ex *qualitate facti* 3) ex *loco* et
4) ex *tempore* d).

III. Ratione iniuriati vel DIRECTA vel INDIRECTA, prout vel mihi *ipſi*, vel personae, mecum *coniunctae*, iniuria illata est e).

IV. Respectu *iniuriantis*, vel MEDIATA vel IMMEDIATA, prout vel ab eo *ipſo*, vel eius *iuffu et mandato* iniuria commissa est f).

- a) §. 1. I. l. 1. §. 1. b. t. b) l. 5. §. 9. ff. eod. I. vn. C. de fam. lib. HERM. CANNGIESSER. obſ. iur. R. L. II. c. 19. de voce convic. vid. CHRISTII noct. acad. spec. I. FR. BALDVINVS de lib. fam. in HEIN. iurispr. Rom. et Att. T. I. c) BRVNQVELLVS de pīct. contum. Ienae 1733. 4. d) §. 9. I. l. 7. §. 7. 8. l. 8. 9. ff. b. t. e) §. 2. I. l. 2. l. u. §. 8. l. 1. §. 3. et vlt. l. 15. §. 35. fgg. l. 19. §. 4. 5. l. 41. ff. b. t. f) §. II. I. l. u. pr. §. 3. ff. b. t.

§. 666.

Remedia iuris propter iuriarias.

Dantur propter iuriarias remedia tam *iudicialia* quam *extrajudicialia*. Ad illa pertinent *actiones*, quae iterum vel *civiles* sunt, vel *criminales*; ad haec *retorsio iuriarum*. Hinc nota:

I. *Actio CIVILIS* iuriarum est duplex, vel *praetoria* seu *AESTIMATORIA*, vel *actio ex lege CORNELIA* de iuriis. Prior datur iniuriato *quocunque modo*, aduersus iniuriantem, siue ipse siue per alium iuriariam fecerit, ad id, *quanti actor iniuriarum aestimauerit*. Ea *annalis* est a). Posterior datur si quis vel *verbatus*, vel *pulsatus*, vel eius domus *vix introita* est, ad id, *quanti aequi actor iniuriarum aestimauerit*. Ea *perpetua* est.

II.

II. Actio CRIMINALIS itidem duplex est. Prima iterum ex lege CORNELIA, quae datur verberato, pulsato, vel cuius domus vi introita est, ad poenam publicam infligendam. Ea viginti annis prescribitur b). Altera actio criminalis EXTRAORDINARIA, quae datur iniuriato cuicunque, ad poenam arbitrariam infligendam c).

III. RETORSIO INIVRIAЕ est actus, quo iniuriatus in iuriante*m in continenti* eadem afficit verbali iniuria, qua ipse v^sus erat.

a) §. 7. et II. I. l. II. pr. §. 3. ff. l. 5. C. b. t. b) §.
8. I. l. 5. pr. §. I. l. 37. §. I. ff. b. t. c) §. 10. I. t.
vlt. ff. b. t.

§. 667.

Quando cessent hae actiones?

Cessant tamen hae actiones: 1) retorsione 2)
praescriptione 3) remissione sive expressa sive tacita
a) 4) mortetum iniuriantis cum iniuriati, nisi *lis iam
contesta* sit b).

a) §. vlt. I. l. 11. §. I. ff. b. t. l. 17. §. I. ff. de pac*t.* b)
§. I. l. de perp. act. l. 13. pr. ff. h. t. Cet. vid. THO-
MASII obseruatt. de act. iniur. in Ei. diss. Vol. III.

§. 668.

Vsus bodiernus.

Hodie 1) retorsioni et aestimatoriae actioni non ubique locus est 2) dantur alia remedia, veluti *recanta-*
tio, deprecatio et honoris declaratio.

TITVLVS V.

DE

OBLIGATIONIBVS QVAE QVASI EX
DELICTO NASCVNTVR.

§. 669.

Connexio.

Haec tenus de obligationibus vere ex delictis ordinatis; sequuntur, quae quasi ex delictis nasci dicuntur.

§. 670.

Obligatio quasi ex delicto quid?

OBLIGATIO QVASI EX DELICTO est, qua quis tenetur ad damni, cui factō illicito occasionem dedit, reparationem, licet animum nocendi non habuerit.

Ita plerumque cf. WESTENBERG. de *caus. oblig.* diff. II.
THOMASII *scol.* ad HVBER. *prael.* h. t.

§. 671.

Exempla obligationum quasi ex delictis.

Quasi ex delicto obligatur I. iudex, LITEM SVAM FACIENS, i. e. male iudicans ex imprudentia. Quod si enim *dolo* id fecerit, ex *vero* potius delicto tenetur ad *litis aestimationem*, et *infamia ac remotione ab officio* punitur a), Sin ex *imprudentia* male iudicauerit, tenetur *actione in sanctum ad poenam arbitrariam b)*,
quae

quae et hodienum obtinere videtur, licet grauatus *appellare* potuisset i).

II. Habitator aedium ob DEIECTA et EFFV-
SA: 1) in L. Aureos, si homo liber *occisus*, vel ad
refundendum fostrum, impensas, et id quod interest,
si vulneratus sit 2) ad *duplum*, si damnum *aestimabile* fit.

III. Is, qui aliquid SVSPENSVM et POSITVM
habet supra locum, quo vulgo iter fit, cuius casu
alicui noceri possit, vel jam nocitum sit. Datur ad-
versus eum *actio popularis* IN FACTVM ad decem au-
reos actori soluendos d).

IV. NAVTAE, CAVPONES, STABVLARII,
si famuli eorum damnum rebus viatorum dederint;
cum, si ab *extraneo* damnum datum sit, obligentur
quasi EX CONTRACTV e).

V. Qui misericordia *intempestiuia* alteri nocuit f).

VI. Qui CONNIVENDO occasionem damno
dederit, quod impedire et poterat, et debebat g).

- a) l. vlt. C. de poen. iud. qui male iud. b) pr. I. b. r.
cf. tam. IANVS A COSTA in *prael. iur. civ. p. 101.*
- c) ZIEGLER. *dicastice* concl. 45. §. 5. d) tit. ff. de
bis, qui effud. e) tit. ff. *nauiae, caup. stab.* f)
l. 7. pr. ff. *depos.* g) l. 45. pr. ff. ad L. *Aquil. Ill.*
PVTTMANNI diff. de crim. *conniveniae* Lips. 1781.

TITVLVS VI.
DE
ACTIONIBVS.

Connexio.

§. 672.

Haec de duobus iuris obiectis, nimirum de personis et rebus. Sequitur de tertio i. e. de actionibus, tractatio.

§. 673.

Actio quid?

ACTIO est hoc loco *medium legitimum, iura sua in iudicio persequendi*. Alias enim actio quoque pro iure agendi sumitur.

BACHOVII tr. *de action.* Frf. 1623. 4. GABR. MVDAEVS ad h. t. I. Frf. 1686. f. DONELLVS ad h. t. Lugd. 1630. 8. BOECKELMANNI exercit. *de act.* Ulrai. 1695. 8. SCHACHERI collegium pract. c. not. MYLII et BARTHII Lipf. 1725. 4. STRYCKII tr. *de action.* for. *inuestig.* et *caute eligend.* per HOMMELIVM V. C. Vit. 1769. 4. BOEHMERI doctr. *de act.* Halae 1765. 8. CARRACH. adnot. ad Boehmer. Halae 1775. MENKENII introduct. in doctr. *de act.* cura MADIHNII Halae 1769. 8. SCHMIDTS pract. *Lehrb. v. gerichtl. Klag. u. Einreden.* Lenae 1778. 8.

§. 674.

§. 674.

Divisio[n]es actionum.

Actionum variae dantur divisiones: I. Quoad fundamentum generale II. Quoad fundamentum speciale III. Ratione specialis finis IV. Respectu obiecti V. Propter praescriptionem et VI. Ratione transitus adheredes.

§. 675.

Prima divisio.

I. Fundamentum actionum GENERALE; est vel lex civilis vel editio[n]um Praetoris, vel responsa et interpretationes prudentum. Hinc:

A) Actiones CIVILES sunt, quae ex lege civili instituuntur, quae quidem, si speciale nomen non habent, CONDICTIONES EX LEGE dicuntur a).

B) Actiones PRAETORIAE sunt, quae ex editio[n]e Praetoris competunt. Eae annales sunt b).

C) Actiones a prudentibus introductae dicuntur vel VTILES vel actiones IN FACTVM. Illae, quae ex interpretatione legis civilis extensiva c); hae, quae ex aequitate a prudentibus introductae sunt d).

a) tit. ff. de condit. ex lege WESTENBERG. de caus. oblig. diff. IV. b) §. 3. l. b. t. C. F. HOMMELII or. cur actiones praet. annal. finit. in Opusc. Lips. 1785. 8. cura ROESIGII V. C. c) Vnde actiones DIRECTAE dicuntur, quae ex ipsis legum verbis oriuntur. Alio sensu actio DIRECTA dicitur, quae post cessationem; VTIILIS, quae ante eam competit l. 16. ff. de pact. l. 8. C. de hered. vend. Deinde quoque actiones DIRECTAE dicuntur, quae ex ipsa contractuum natura nascun-

nascuntur, quibus opponuntur CONTRARIAE. d)
MEISTER. de act. in fact. in Opusc. AEG. HORTENSIVS. ad tit. ff. de praescr. verb. Frf. 1604. 4. WESTENBERG. de caus. oblig. diff. V.

§. 676.

Secunda divisio.

II. Fundamentum SPECIALE actionum est vel ius PERSONARVM, vel ius RERVM, hocque vel ius IN RE vel ius AD REM, vel VTRVMQVE simul. Hinc dantur actiones praejudiciales, reales, personales et mixtae.

A) PRAEIVDICIALES sunt, quae dantur propter statum personalem. Eae iterum vel affirmatiuae seu confessoriae, vel negatiuae seu negatoriae dicuntur. Illae, quibus actor affirmat, sibi ius in personam alterius competere; Hae vero, quibus actor negat, alteri comptere ius in personam.

B) REALES, seu VINDICATIONES in genere, sunt actiones ex iure IN RE competentes. Cum vero ius in re aduersus quemcunque exerceri possit (§. 194). et variae dentur iuris in re species (§. 195.) sequitur:

- 1) actiones reales in regula aduersus tertium quemcunque possessorem, siue vere siue ficte possideat, (§. 196) institui posse a);
- 2) eum, qui ipse possidet, non posse actione reali vti, nisi unico casu b)
- 3) eum, qui ex iure in re agere potest, non debere vti actione personali, excepta condicione furtiva e)
- 4) actiones reales non dari aduersus heredes, nisi possideant
- 5) tot dari actiones reales speciales, quot sunt iuris ipsius in re species d).

a) Sunt

a) Sunt enim exceptiones cf. OELZE diff. *de action. real.*
adv. tertium non compet. Iena 1769. LAVTERBACH
 diff. *de act. real.* in diff. Tubing. Vol. I. b) Sed
 quis ille sit, disputatur. Plerique auctoritate THEO-
 PHILI parapbr. §. 2. I. b. 2. intelligunt actionem nega-
 toriam cf. quos allegavit HOEPFNER. ad *Inst.* §. 1095.
 OTTO ad §. 2. b. 2. VINN. et HEIN. *ibid.* c) §. 14.
 I. b. 2. d) Hinc I. Ex DOMINIO datur 1) *rei vin-*
dicatio 2) *actio negatoria* 3) *actio finium regundorum* 4)
actio communi diuidendo 5) *actio familiae erciscundae* 6)
actio publicana vindicatoria 7) *actio Publiciana rescissoria*.
 Priora quinque sunt *civiles*; reliquae *praetoriae*. II.
 Ex SERVITVTE: *actio confessoria* III. Ex HEREDI-
 TATE: *hereditatis peritio*, tum *civilis cum praetoria*,
 et *querela inofficioſi*. IV. Ex PIGNORE: 1) *actio fer-*
wiana 2) *actio quasi ferwiana seu hypothecaria*. De qui-
 bus omnibus in latioribus Pandectarum libris.

§. 677.

Continuatio. *Actiones personales.*

C) PERSONALES, seu CONDICTIONES in
 genere, sunt actiones *ex iure AD REM competentes*.
 Quum vero ius ad rem supponat certam personam
specialiter obligatam, haecque specialis obligatio vel
immediate ex legibus vel mediante factō oriatur (§. 493.)
 sequitur: 1) actiones personales in regula non ad-
 versus *quemcunque*, sed contra *solam* personam *specia-*
liter obligatam posse institui; modo exceperis actiones
 IN REM SCRIPTAS a) 2) actiones personales
 esse *duplicis generis*, vel IMMEDIATAS vel ME-
 DIATAS.

a) GE. AD. STRVV. diff. *de act. in rem script.* Iena
 1666.

§. 678.

§. 678.

Continuatio. Actiones personales immediatae et mediatae

Actiones personales IMMEDIATAE sunt, quae ex arquitate legibus confirmata institui possunt. v. g. actiones ex obligatione quasi ex contractu v. g. actio negotiorum gestorum, tutelae, cet. §. 617.) Praeterea huic pertinent actio ad exhibendum, restitutions in integrum, aliaeque, quae copiose in Pandectis explicantur.

Actiones personales MEDIATAE sunt, quae ex facto obligatorio oriuntur. Quod cum vel conuentio sit, vel delictum; illa vel contractus vel pactum; contractus vel nominatus vel innominatus; vel realis, vel verbalis, vel consensualis, vel litteralis; pactum denique vel nudum vel non nudum, hocque vel legitimum, vel praetorium, vel adiectum (§. 509. Sqq) Sequitur, plures esse actionum personalium mediatarum species, de quibus nota:

I. Ex contractibus NOMINATIS realibus, et in specie A) ex MVTVO datur: *conditio certi*, vel actio ex mutuo (§. 531) B) ex COMMODATO: actio commodati directa et contraria §. 534. C) ex DEPOSITO: actio depositi directa et contraria (§. 538.) D) ex PIGNORE: actio pignoratitia directa et contraria §. 541.

II. Ex contractu VERBALI: actio ex stipulatu certi vel incerti (§. 544.). LIB. VUTTO GA 30

III. Ex contractu CHIROGRAPHARIO: *conditio ex chirographo* (§. 579.)

IV.

IV. Ex contractibus CONSENSVALIBVS, et quidem: A) ex EMTIONE VENDITIONE: actio emti et actio venditi (§. 598.) B) Ex LOCATIONE CONDVCTIONE: actio locati, et actio condutri (§. 596.) C) Ex EMPHYTEVSI: actio emphyteuticaria, utrinque directa (§. 602.) D) Ex SOCIETATE: actio pro socio (§. 609.) E) Ex MANDATO: actio mandati directa et contraria (§. 614).

V. Ex contractu INNOMINATO datur actio IN FACTVM PRAESCRIPTIIS VERBIS a).

VI. Ex pacto NVDO iure Romano nulla datur actio, sed hodie competit CONDICTIO EX MURIBVS.

VII. Ex pacto NON NVDO LEGITIMO ori-
tur conditio ex lege; ex PRAETORIO et quidem ex hypothece: actio Seruiana et quasi seruiana; ex consti-
tuto: actio de constituta pecunia b); ex iureiurando vol-
luntario: actio in factum ex iureiurando, quae compe-
tit ei, qui iurauit, sibi debere, ad praestandum, de
quo iuratum est. c) Ex pacto contractui bonae fidei
in continentia adiecto: eadem actio, quae ex ipso con-
tractu nascitur (§. 515).

- a) BRISSON. de form. L. V. MERILL. obs. L. VIII. c.
MEISTER I. c. b) GVNDLINGIANA P. XX.
c) CVIAC. Obs. XXII. 7.

§. 679.

Subdiuisiō actionum ex contractibus.

Actiones ex contractibus porro sunt vel STRI-
CTI IVRIS vel BONAE FIDEI. Illae sunt, in qui-
bus

bus iudex stricte secundum verba contractus iudicare debet; hae vero, in quibus iudex ex aequo et bono reum condemnare potest.

§. 28. I. b. t. ubi quoque extat actionum bona fidei catalogus, in quo tamen non omnes contineri videntur
cf. WALCH ad HOPP. h. t. §. 28. BACHOV. de act. disp. VI. thes. XI. — 25. BOEHMER. de act. sect. I. c. 3. §. 19. Sqq. OTTO ad §. 28. h. t.

§. 680.

Actiones arbitriae quae?

Ab his differunt actiones arbitriae i. e. *in quibus reus, qui arbitrio iudicis non satisfecit, grauius condemnatur.* Quo pertinent actiones reales, excepta hereditatis petitione, actio ad exhibendum, de dolo, quod metus causa, aliaeque §. 31. I. h. t. ibique VENN.

§. 681.

Vsus bodiernus.

Hodie distinctio in actiones stricti iuris, bonae fidei, et arbitriae inutilis esse videtur.

cf. BOEHMER. Sect. I. c. 3. §. 19. GVNDLING. de usu pract. dist. act. b. f. et. str. iur. in Exerc. acad. T. I. STRYCK. Us mod. tit. de O. et A.

§. 682.

Actiones ex delictis.

Sequuntur actiones ex delictis priuatis et ordinariis. Iam obserua:

I. Ex FVRTO datur: *conditio furtiva et actio furti* (§. 650) II. Ex RAPINA: *actio bonorum vi rapitorum*

ptorum, et actio furti (§. 650.) III. Ex DAMNO
INIVRIA DATO: actio ex lege Aquilia (§. 657.)
Ex INIVRIIS variae actiones. (§. 666.) Praeterea
1) ex aliis factis illicitis dantur actiones v. g. de albo
corrupto, de calumniatoribus, pluresque, de quibus
in Pandectis: 2) ex obligationibus quasi ex delicto
dantur actiones IN FACTVM (§. 671.)

§. 683.

Continuatio. Actiones mixtae.

D) Actiones MIXTAE sunt, quae simul ex iure
in re et ad rem nascentur; quo pertinet: 1) actio fa-
miliae eriscundae 2) actio communii diuidundo 3) actio
finium regundorum et 4) hereditatis petitio.

§. 20. I. b. 2. BACHOV. de act. disp. II. §. 7. OTTO ad
§. 20. h. t.

§. 684.

Tertia diuisio.

III. Ratione specialis finis actiones sunt.

A) Vel PETITORIAE, quando rem ipsum, vel
ius ipsum petimus, vel POSSESSORIAE, quae tan-
tum propter iuris reiue possessionem instituuntur.

B) Vel REI PERSECUTORIAE, quibus rem no-
stram petimus; POENAE PERSECUTORIAE, quibus
ad poenam infligendam agitur; et MIXTAE, quibus
et rem et poenam simul persequimur. Ad priores per-
tinent 1) actiones reales (§. 676.) 2) actiones ex con-
tractibus, excepto deposito miserabili 3) ex delictis:
conditio furtiva et actio rerum amotarum a). Ad ul-
teriores: pleraque actiones ex delictis. Ad ul-
tiores: pleraque actiones ex delictis. Ad ul-

Gg mas:

mas: 1) actio vi bonorum raptorum 2) actio L. Aquilae 2) actio contra eos, qui relicta SS. ecclesiis vel aliis venerabilibus locis legata vel fideicomissa dare diffulerint, usque adeo, ut etiam in iudicium vocarentur.

a) AYRERI diff. de act. ex del. rei persec.

§. 685.

Quarta diuisio.

IV. Ratione obiecti actiones sunt vel VNIVERSALES, vel SPECIALES. Illae, quibus uniuersitatem rerum; haec, quibus res singulares petimus. In illis non solum succedit res in locum pretii et pretium in locum rei, sed sufficit quoque petitum generale.

§. 686.

Quinta diuisio.

De diuisione actionum quoad praescriptionem et transitum ad heredes infra Tit. XII.

§. 687.

Sexta diuisio.

Praeterea omnes actiones vel in SIMPLVM vel in DVPLVM, vel in TRIPLOM dantur vel in QVADRIV-
PLVM; vltius autem nulla actio extenditur. Exempla talium actionum ipse Iustinianus recensuit §. 21. sqq.
I. h. t.

Ceterum de *vñ* harum actionum disputatur. Alii eas admittunt, vid. SCHILTER ad P. Ex. 19. Thel. 74. BERGER. comment. de *vñ* action. tum rei persecut. tum poenal. §. 40. LEYS. spec. 56. med. 2. STRYCK. *vñ* mod. ff. tit. de calumn. Alii eas reiiciunt, vid. STRV. ad ff. Ex 7. §. 60. THOMASII diff. de *vñ* act. poenal.

in

*in for. germ. C. 3. §. 13. in ej. diff. Vol I. CARPZOV.
prax. crim. quaeſt. 78. n. 8. OTTO ad §. 11.*

§. 688.

Septima diuīſio.

Sunt denique actiones, quibus non ſemper SOLIDVM perſequimur. Quod fit 1) propter compensationem 2) in actione de peculio 3) ob beneficium competentiae, quod competit parentibus, patronis, fratribus, sociis, coniugibus, ſoceris propter dotem promiſſam, militibus, donatoribus, liberis emancipatis, qui a paterna hereditate abſtinuerunt, et iis qui bonis ceflerunt, ratione bonorum poſtea adquiritorum.

§. 36. Sqq. I. b. r. l. 6. 18. 49. ff. de re iud.

§. 689.

De pluris petitione.

Nonnumquam in actione PLVS petitur, quod fit vel *re*, vel *tempore*, vel *loco*, vel *causa*, quae dilucide explicat Iustinianus §. 33. I. h. t.

TITVLVS VII.

QVOD CVM EO, QVI IN ALIENA
POTESTATE EST, NEGOTIVM GESTVM
ESSE DICITVR.

§. 690.

C o n n e x i o .

Huc usque de actionibus ex facto proprio aduersus nos competentibus. Sed dantur aliae, quae ex contractu alieno aduersus nos institui possunt, quae ADIECTITIAE QUALITATIS dicuntur, i. e. actiones ex contractu ALIENO et SPECIALI CAVSA aduersus nos competentes. Quae specialis causa est:

I. POTESTAS nostra in contrahentem, ex qua aduersus nos datur: 1) actio *quod iussu* 2) actio *de peculio* 3) actio *tributoria*.

II. LEX PRAEPOSITIONIS, ex qua aduersus praeponentem datur: 1) actio *exercitoria* 2) actio *inflitoria*, prout contrahens vel negotiis maritimis vel terrestribus praepositus fuit; siue in nostra potestate, siue liber fuerit.

III. VERSIO IN REM, licet contrahens nec in potestate nostra, nec negotiis nostris praepositus fuerit. Iam de singulis.

§. 691.

§. 691.

Actio quod iussu quid?

Actio QVOD IVSSV datur ei, qui cum filio familiis vel seruo ex iussu domini patrisue contraxit aduersus ipsum dominum patremue ad praefundum, quod filius aut seruus promisit. IVSSVM vero est mandatum filio vel seruo datum, a quo igitur differt MANDATVM in specie dictum, quippe quod homini libero datur. Quae actio proprie est adiecitiae qualitatis, quamuis et iure nouo immediate ex contractu ipso aduersus dominum patremue agi possit.

§. vlt. I. b. z. tit. ff. quod iussa.

§. 692.

Actio de peculio quid?

Actio de PECVLIO datur ei, qui cum filio seruoue ratione PECVLII PROFECTITII contraxit, aduersus dominum patremue ad soluendum, quotenus peculium sufficit. Cuius tamen actionis usus hodie fere nulus est.

§. 4. I. b. z.

§. 693.

De actione tributoria.

Actio TRIBUTORIA datur creditoribus, qui cum filio seruoue, cum patris dominie consensu negotianti, contrixerunt, aduersus dominum patremue ad mercedes pro rata distribuendas. Sed et huius actionis usus hodie est rarissimus.

§. 3. I. b. z. tit. ff. de trib. act.

G g 3

§. 694.

§. 694.

Actio exercitoria quae?

Actio EXERCITORIA datur ei, qui cum magistro nautis secundum legem praepositionis contraxit, aduersus ipsum exercitorem ad praeflandum, quod magister nautis promisit. *EXERCITOR NAVIS* autem est, ad quem negotiatio nautis pertinet licet nautis ipsa aliena sit. *MAGISTER NAVIS* est, qui ab exercitore negotiacioni nautis praepositus est; et *LEX PRAEPOSITIONIS* dicitur mandatum magistro nautis datum, quomodo et quatenus negotia peragere debeat.

§. 2. I. b. r. tit. ff. de exerc. act. LANGE introd. in notit. legum naut. Lub. 1713. 8. PETR. BECKII tr. de re naut. L. B. 1747. WEDDERKOPP, introd. in ius naut. Flensb. 1757. 4. HEINECII Fasiculus scriptor. de iure marit. Halae 1739. 4.

§. 695.

Actio institutoria quae?

Actio INSTITUTORIA competit ei, qui cum institutore secundum legem praepositionis contraxit, aduersus dominum tabernae ad id, quod institutor promisit.

Sed de his binis actionibus adhuc obserua: I) iure nouo potest etiam direc^te ex contractu aduersus praeponentem agi. II. Magistrum nautis vel institutorem posse etiam direc^te ex contracto suo aduersus contrahentes agere, quamdiu adhuc est in officio. At III. ipsum praeponentem non posse aduersus eos, qui cum praeposito contrixerunt, agere, nisi in subfidiu.

§. 2. et vlt. I. b. r. tit. ff. de exercit et instit. act. RAMOS de act. instit. in MEERM. thes. T. V.

§. 696.

§. 696.

Action de in rem verso.

Actio DE IN REM VERSO datur aduersus eum, in tuius UTILITYATEM negotium gestum est ad praestandum tantum, quantum in rem versum est. IN REM alicuius VERTERE est, in alterius utilitatem aliquid facere, licet nec iussuerit, nec mandauerit.

§. 4. I. b. r. tit. ff. de in rem verso.

TITVLVS VIII.

DE

NOXALIBVS ACTIONIBVS.

§. 697.

Connexio.

Praecedente titulo vidimus, quatenus dominus paterue ex *contractu filii* seruiae teneatur; iam vindendum, quatenus ex eius *delicto* conueniri possit.

§. 698.

Action noxalis quid?

Quodsi igitur filius aut seruus NOXIAM fecisset, aduersus dominum patremue dabatur actio NOXALIS, ad noxae resarcitionem, a qua tamen pater dominusue NOXAE DATIONE liberabatur,

Nota: NOXIA est ipsum *maleficium*, quo filius vel servus damnum dedit, veluti furtum, rapina cet. NOXA autem est *corpus ipsum*. quod nocuit, i. e. seruus aut filius §. 1. I. b. r.

Gg 4

§. 699.

§. 699.

Vsus bodiernus.

De vsu hodierno obserua: 1) aetiones noxales quoad liberos iam nouissimo iure Romano sublatae sunt, cum *ipſi* liberi ex suis delictis conueniri debant a) 2) hodie, cum tales seruos, quales Romanorum erant, non habeamus, ne quoad *hos* quidem aetionum noxialium vsus est, cum homines *proprii et mercenarii* ipſi ex suis delictis in regula conueniantur b).

a) §. 3. I. b. r. b) LEYS. spec. 113. med. I. STRYCKII vs. mod. tit. de nox aet. §. 3. BERGER. oeon. p. 645. n. 3.

TITVLVS IX.

SI QVADRVPES PAVPERIEM FECISSE
DICATVR.

§. 700.

Pauperies quid?

PAVPERIES est *dannum a QVADRVPEDE datum.* In quo tamen distinguendum 1) vtrum quadrupes *fera* bestia fuerit, an non; 2) vtrum *secundum an contra naturam* nocuerit; et 3) vtrum et *a quo infligatum* fuerit. Hinc nota regulas:

I. Si bestia FERA nocuerit, quondam eius dominus *non tenetur*, pr. I. h. t.

II. Si

II. Si animal MANSVETVM aut MANSVEFACTVM secundum naturam nocuerit, aduersus eius *dominum* vel actio DE PASTV vel actio IN FACTVM competit; illa, si animal depauerit fundum alienum; haec, si in fundo domini sui rem alienam consumferit.

I. 14. §. vlt. ff. de praesc. verb.

III. Si CONTRA naturam nocuerit, et ab ipso LAESO instigatum fuerit, cessat omnis actio; si ab ipso DOMINO vel a TERTIO, datur aduersus instigantem actio EX L. AQVILIA; sin SPONTE, seu a nemine instigatum nocuerit, datur aduersus dominum actio DE PAVPERIE, ad damnum resarcendum. Potest tamen dominus se liberare animal NOXAE DANDO.

pr. I. l. 1. §. 4. b. 2.

§. 701.

Vsus bodiernus.

Hodie 1) propter damnum depascendo datum licita est PIGNORATIO seu INCLVSIO ANIMALIS a) et 2) a restitutione damni liberamur animalis EXPVLSIONE b).

- a) HARBRECHT vom Pfändungsrechte, an dessen Tract vom Rechte der Fuhrlieze. BELLOIVS de pign. anim. in MEERM. thes. T. IV. FELTMANNVS de inclus. animal. THOMAE de noxa animal. SAM. STRYCKII diff. de pignor. anim. in diff. Vol. III. SCHUBERTHI diff. de pignor. am. Lips. 1774. DE CRAMER Wetzl. Nebenst. P. 131. b) Ius prov. Sax. L. 2. art. 40.

§. 702.

Prohibitio editio aedilitii.

Ceterum ex editio aedilitio neino potest animal nocuum ibi habere, vbi vulgo iter fit; et si aduersus

Gg 5

ea

ea factum erit, et nocitum homini libero esse dicatur, quod bonum et aequum iudici videtur, tanti dominus condemnetur; ceterarum vero rerum, quanti dampnum datum sit, dupli a). Hodie tamen et hoc casu est poena arbitraria.

a) §. 1. I. b. t. b) C. C. C. Arr. 136. CARPZ. crim
quaest. 131. n. 17, 21. SCHILT. ad pandectas Ex. XIX.
thes. 3.

TITVLVS X.

DE

IIS PER QVOS AGERE POSSVMVS.

§. 703.

Connexio.

Quoniam iure antiquo omnes actiones certis verborum formulis in prima persona conceptis, (v. g. Aio, fundum meum esse) inclusae erant; ipsae vero formulae mutari non poterant, ideo nemo pro alio, tanquam eius procurator, agere poterat, nisi pro populo, pro libertate, pro tutela, aut furti ex lege Hostilia pro iis, qui vel apud hostes, vel rei publicae causa absentes erant. Licebat tamen COGNITOREM adhibere.

IAC. GODOFR. ad C. Th. de cognit. RITTERI pr. de cognit. Lips. 1735. et praefat. ad C. Th. T. I.

§. 704.

Cum vero litigantes non semper praesentes esse in iudicio possent, hinc cooperunt postea per procurato-

ratores litigare. Quod tamen, ut saluis iuris principiis fieri posset, fingebar, procuratorem esse litis, quam alieno nomine mouerat, dominum. Hinc fidum LITIS DOMINIVM.

CHR. GOTTL. HOFFMANN. diss. *de orig. proc.* Halae 1716. I. H. BOEHMER. diss. *de dominio litis in Exerc.* ad Pand. T. II. DE BERGER diss. *de dominio lit. in diss.* Sel. iur. Gen. DE WINKLER. diss. *de Lit. cont. ver. et bod.* C. II.

§. 705.

Procurator quis?

Itaque PROCVRATOR ex sensu iuris Romani est, qui litem alienam tanquam suam, suscipit. Vnde 1) contra eum ferebatur sententia, 2) ei, et contra eum dabatur actio iudicati.

I. 28. ff. *de procur.* l. vn. C. *de satis dat.*

§. 706.

Vsus hodiernus.

Hodie cessat illud litis dominium, quia procurator nomine alieno agit, hinc nec aduersus eum fertur sententia, nec ei aut contra eum datur iudicatio actio.

TITV-

TITVLVS XL.
DE
SATIS DATIONIBVS.

§. 707.

Conne xio.

Aliquando litigantes, ne iudicium forte elusorium reddatur, *cautiones* sibi praestare debent.

§. 708.

Cautio quid et quotuplex?

CAVTIONES sunt *media securitatis praeflandae*. Eae quidem in ORDINARIAS et ERTRAORDINARIAS diuidi possunt. Illae, quae in *regula* et *plenumque*; hae, quae in *certo casu* et ex *speciali causa* praefstantur.

Priores iterum sunt: I. VERBALES, quae verbis, i. e. nulla re vel persona interueniente, praefstantur. Haec verba vel *nuda* sunt vel *iurata*. Vnde cautio NVDE *promissoria* et *iuratoria*. II. REALES, quaere quidem, sed nulla persona interueniente praefstantur i. e. *pignoribus*, *hypothecis* et *parata pecunia*. Vnde cautiones *pignoratitiae*, *hypothecariae* et *pecuniariae*. III. PERSONALES, quae persona interueniente praefstantur, et quae FIDEIVSSORIAE seu SATISDATIONES in specie dicuntur.

Ad

Ad posteriores referri possunt 1) ARRESTVM
REALE et PERSONALE 2) SEQVESTRATIO, et 3)
DEPOSITIO rei sive iudialis sive extrajudicialis.

§. 709.

Regulae cautionum praestandardarum.

Iam nota regulas: I. *Fideiussoria cautio semper*
praestanda erat, si Praetori caueretur a). II. *Pi-*
gnoratitia locum habebat, si res certae esset aestima-
tionis, et aduersarius consentiret b). III. *Turatorie*
cauebant 1) viri illustres c) et 2) possessores rerum
immobilium d). IV. *Nudis verbis cauebant 1) fiscus*
2) res publica et 3) clerici f).

a) *I. 7. ff. de praetor. stipul.* b) *I. 61. de V. S.* c)
I. 17. C. de dignit. d) NOODT. et SCHVLTING.
ad tit. ff. qui farisid. cog. CVIAC. obs. L. XII. c. 22. et
ad Nov. 53. e) *I. I. §. 18. I. 6. §. 1. ut legat. caus.*
cav. f) *I. 25. §. 1. I. 33. §. 3. C. de episc.*

§. 710.

Cautiones litigantium.

Speciatim in lite alteri cauebatalter. Et quidem I.
ACTOR reo: 1) se intra duos menses item contesta-
turum 2) se usque ad sententiam in iudicio perman-
surum et 3) se, si succubuerit, decimam partem sum-
mae libello comprehensae soluturum II. REVS acto-
ri: 1) de iudicio sisti 2) iudicatum solui.

Nov. 96. c. 1. Ibique CVIAC. ad Nov. 112. c. 2.

§. 711.

Vsus hodiernus.

Hodie in regula reus non cauet; et actor de im-
penfis, et aliquando de reconuentione satisdare debet.

TITV.

TITVLVS XII.

DE

PERPETVIS ET TEMPORALIBVS
ACTIONIBVS, ET QVAE AD HEREDES
ET IN HEREDES TRANSEANT.

§. 712.

Cognitio.

Supersunt duae in doctrina de actionibus quaestiones, altera, quando actiones praescribantur, altera, quando in et ad heredes transeant.

§. 713.

DE PRAESCRIPCTIONE ACIONVM.

Quoad praescriptionem actiones iure novo diuiduntur in PERPETVAS et TEMPORALES. Illae sunt, quae XXX. annis, hae, quae intra breuius tempus praescribuntur.

I. I. §. 1. C. de annali except. I. 3. C. de praescr. 30. annor.

§. 714.

Regula prima.

I. Actiones CIVILES sive reales sive personales, sive in rem scriptae, in regula durant XXX annis. Exceipe 1) ecclesiarum, fisci et ciuitatum actiones, quae

RL

XL annis praescribuntur a) 2) actionem hypothecariam, aduersus ipsum debitorem, quae durat aequo XL annos b) 4) querelam inofficiosi, quae praescribitur quinquennio c).

- a) vid. supra §. 268. b) l. 7. pr. C. de *praescri.*
30. annor. l. 1. §. 1. C. de *annal. oec.* c) vid supra
§. 366.

§. 715.

Regula secunda.

II. *Actiones PRAETORIAE RESCISSORIAE sunt temporales.* Sic 1) restitutio*n*es in integrum durant quadriennio, excepta doli restitutio*n*e, quae biennio absoluitur a) 2) actio Pauliana anno utili b) 3) actio redhibitoria sex mensibus, et quanti minoris anno praescribitur c).

- a) l. vlt. C. de temp. rest. in int. b) l. 1. pr. l. id. §.
18. ff. quae in fraud. creator. c) l. 38. pr. ff. de
aedil. edict.

§. 716.

Regula tercia.

III. *Actiones POENALES ex delictis PRIVATIS CIVILES perpetuae; PRAETORIAE annales sunt.* Excipe: 1) actionem furti manifesti a) 2) furti aduersus nautas, caupones et stabularios b) 3) arborum furtim caesarum c) 4) depositi miserabilis d) 5) serui corrupti e) et 6) de effusis et deiectis f) nisi liber homo occisus sit. Quae actiones, licet praeteriae sint, tamen in perpetuum dantur.

- a) pr. l. b. r. b) l. vlt ff. naut. caup. c) l. 1. §. 6.
7. arb. furt. caef. d) l. 18. ff. aepof. e) l. 13. ff.
serui corr. f) l. 5. §. 5. ff. de bis, qui effud.

§. 715

§. 717.

Regula quarta.

IV. Adcūsationes crīminalēs delictōrum PUBLICO-RVM in regula VICENNARIAE sunt a). Excipe iterum 1) adcūsationes ex L. Iulia de adulteriis b) 2) ex crīmīne peculatūs c) et 3) ex Sētō Silaniano d) quippe quibus quinquennio praeſcribitur.

- a) l. 12. C. ad L. corn. de fals ad L. Iul. de ad vlt. b) l. 29. §. 5. Sqq. ff. c) l. 7. ff. ad L. Iul. pecul. d) l. 13. ff. ad Sēt. Silan.

§. 718.

DE TRANSITV ACTIONVM.

Quoad TRANSITVM tres actionum dantur classes A) quae heredibus competunt, non vero contra heredes; B) quae et heredibus et contra heredes dantur; C) quae nec heredibus nec contra heredes dantur, sed morte actoris vel rei extinguitur. Iam nota:

A) Heredibus quidem non vero contra heredes dantur: 1) actiones REALES, quae quidem aduersus quemcunque poffessorē, non vero aduersus heredes eius competunt (§. 676.) 2) actiones POENALES siue ex maleficiis siue ex contractu orientur, quia poenae tenent suos auctores.

B) Heredibus et contra heredes dantur: 1. actiones ex CONTRACTV a) 2) actiones REI PERSECVTORIAE siue ex delicto, siue ex contractu b); 3) actiones in iudicio contestatae c)

C) Nec heredibus, nec contra heredes dantur: actiones AD VINDICTAM comparatae, veluti actio iniuria-

iniuriarum, querela inofficiosi, actio de calumniatoribus, actio ingrati d).

a) Immo propter *dolum*, quem defunctus in contractu adhibuit, et quidem in *solidum* l. 12. 49. de O. et A. l. 157. §. vlt. de R. I. Aliquando tamen solummodo quantum ad heredes ex dolo peruenit, §. 1. I. b. r. ibique VINNIVS, OTTO et VVLTEIVS. b) An vero, si ex delicto agatur, in *solidum*, aut quatenus ex delicto ad heredes peruenit? cf. l. vn. C. ex delict. defunctor. CVIAC. obs. L. VII. c. 37. et L. XIV. c. 39. PAGENSTECH. Sicil. manip. I. §. 30. p. 39. MERILL. obs. L. III. c. 7. COCCEII diff. de obligat. hered. ex delict. defuncti. LEYSER spec. 149. m. 4. AYRERI diff. de action. ex delicto rei persecut. aduersi. hered. in *solidum*. compet. Gott. 1752. De praxi vid. QVISTORPS Beyträge zu unentschied. Rechtsmat. Erstes Stüch. p. 53. Alii putant actiones ex delicto aduersus heredes non dari DVIRESMA coniect. iur. civ. L. I. c. 7. Add. WAECHTLER in actis erud. de an. 1714. p. 555. c) §. 1. I. b. r. l. 26. 58. ff. de O. et A. l. 164. de R. I. d) §. 1. I. b. r.

TITULUS XIII.

DE

EXCEPTONIBVS

§. 712.

Connexio.

Actionibus opponuntur exceptiones, hic de iis
hoc titulo.

§. 713.

Exceptio quid?

EXCEPTIO in genere est omnis allegatio (responsio, defensio) rei aduersus actionem.

l. i. pr. §. 1. l. 15. ff. b. r. Nonnullae exceptiones in specie PRAESCRIPIONES et PRAEVIDICIA dicuntur. ZANGER. de except. cura SENKENBERGII Frf. 1730. Hh et

et 1733. 4. RIVINI spec. exceptionum for. Halae 1755.
8. HERRMANNI Enleit. zu den except. forens. Ienae
1739. 8. LEYSER spec. 512. RAEVARDVS de præciud.

§. 714.

Exceptiones quoruplices?

I. Ratione fundamenti *generalis* sunt vel CIVILES
vel PRAETORIAE, prout vel ex *lege ciuili*, vel ex *editio Praetoris* opponi possunt.

II. Ratione fundamenti *specialis* sunt vel, excep-
tiones FACTI vel IVRIS. Illae sunt, quae nituntur FA-
CTO aliquo, ob quod auctori non competit *tus agendi* v. g.
exceptio solutionis et compensationis. Hae vero, quae
immediate ex legum dispositione desumuntur v. g. exce-
ptio Sci Velleiani et Macedoniani.

III. Intuitu *praescriptionis* vel PERPETVÆ, quae
quocunque tempore; vel TEMPORARIAE, quae *intra-*
certum tempus opponi debent v. g. exceptio non nu-
meratae pecuniae.

IV. Quoad effectum *specialem* vel DILATORIAE
vel PEREMTORIAE. Illae, quibus reus non liberatur
ab actione, sed lis suspenditur tamdiu, donec impedimen-
tum aliquod remotum sit; quo pertinet exceptio fori
declinatoria, suspecti iudicis, deficientis legitimatio-
nis ad causam, aliaeque. Hae, quibus ipsum IVS
auctoris perimitur, adeoque reus ab actione liberatur,
v. g. exceptio solutionis, compensationis, cet. Eae
iterum vel PRIVILEGIATAE sunt, i. e. quae in *qua-*
cunque litis parte, immo in ipsa executione; et NON
PRIVILEGIATAE, i. e. quae in *certa litis parte* op-
poni debent.

V. Ratione probationis vel EVIDENTES seu LI-
QVIDAE vel OBSCVRIORES seu ILLIQVIDAE, qua-
rum aestimatio ab arbitrio iudicis pendet. l. 3. §. 13.
ff. ad exhib.

VI.

VI. Ex persona actoris vel rei sunt REALES et PERSONALES, prout vel a *quocunque* reo et *cuiuscunque* actori, vel a *certo* reo et *terto* actori duntaxat opponi possunt v. g. exceptio pacti de non petendo in rem et in personam.

TITVLVS XIV.

DE

REPLICATI O N I B V S.

§. 715.

Replicatio et duplicatio quid?

Quemadmodum reus se defendit aduersus actorem, ita actor se defendit aduersus exceptiones sibi oppositas, quae *actoris responsio* REPLICA, seu REPLICATIO dicitur. Ad quam replicam respondet iterum actor, quae responsio DVPLICIA seu DPLICATIO dicitur. Nonnunquam TRIPPLICATIO et QVADRUPPLICATIO occurrit.

GMELIN. u. ELSAESSERS *Gemeinnützl. iur. Beobacht.* 2.
B. n. 4.

TITVLVS XV.

DE

I N D E R T I C T I S.

§. 716.

Interdictum quid?

Sequitur adhuc singularis actionum, quae interdicta nominantur, species. Erant autem iure antiquo INTERDICTA verborum conceptiones, quibus Praetor aut iubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat: quod tunc maxime fiebat, cum de possessione lis orta esset. Iure nouo

Hh 2

nouo sunt: *actio*nes extraordinariae propter POSSESSIONEM competentes.

RETES de interd. in MEERM. thes. T. VII. MINDANVS de interd. Werzl. 1741. 4. LAVTERBACH diff. de interd. in diff. Tubing. Vol. II. De etymolog. cf. OTTO. h. t.

§. 717.

Diuisio primaria.

Summa autem interdictorum diuisio est, quod aut PROHIBITORIA sunt, i. e. quibus Praetor vetat aliquid fieri, veluti: vim sine vitio possidenti, vel mortuum inferenti; Aut RESTITUTORIA i. e. quibus Praetor aliquid restitui iubet, veluti cum iubet, ei, qui vi de possessione fundi deiectus est, restitui possessionem; Aut EXHIBITORIA i. e. quibus praetor iubet aliquid exhiberi, veluti: parenti liberos, quos in potestate habet. §. I, I. h. t.

§. 718.

Secunda diuisio.

Sequens diuisio est, quod quaedam interdicta comparata sunt vel ADIPISCENDAE possessionis causa i. e. ad possessionem rei, quam nondum habui, consequendam; (v. g. interdictum quorum bonorum aut quod legatorum, aliaque.) Vel RETINENDAE possessionis, i. e. quibus possessor se defendit contra aliorum turbationes; (quo pertinet interdictum, uti possidetis, et utrubi) vel RECVPERANDAE possessionis, i. e. quibus possessor vi amissam possessionem sibi restitui petit; quod casu datur interdictum unde ei §. 2. sqq. I. h. t.

§. 719.

Tertia diuisio.

Denique sunt interdicta vel SIMPLICIA: i. e. in quibus alter actor, alter reus est, (qualia sunt omnia restitutoria aut exhibitoria) vel DVPLICIA: i. e. in quibus PAR est utriusque litigantis conditio, nec, quisquam

quam praecipue reus aut actor sit, intelligitur; qualia sunt nonnulla prohibitoria, veluti interdictum uti possidetis et utruberui. Ceterum de ipsis singulis interdictis latius in Pandectis.

TITVLVS XVI.
DE
POENA TEMERE LITIGANTIVM.

§. 720.

Temere litigans quis?

TEMERE LITIGANS est, qui absque probabili causa sciens alteri litem mouet, vel temere agendo, vel temere excipiendo. Quae litigandi temeritas ut evitetur partim, partim ut puniatur, leges curarunt. Etenim:

I. Ad eam evitandam introductum est IVRAMENTVM CALVMNIAE, i. e. quo iurans affirmat, se non calumniae causa aliquid facere aut petere. CALVMNIA est factum dolo malo (i. e. cum animo vexandi) commissum. Quod iuramentum duplex est, vel GENERALE, vel SPECIALE. Illud est, quod praestatur cum ab ipsis litigantibus, tum ab eorum aduocatis, quoad iustitiam totius litis. ACTOR enim iurat, se litem mouisse, quod se iustum litigandi causam habere putet. REVS porro iurat, se non temere negaturum, aut exceptiones oppositum esse. ADVOCATI denique iurant, sibi iustam videri clientis causam, eamque se esse deserturos, si aliud apparuerit a). SPECIALE est, quod praestatur in singulo actu, per quem aduersarius vexari posset; v. g. in defendo iure iurando, in petenda documentorum editione vel rerum exhibitione b).

§. 721.

a) l. 2. C. de iurei. prop. cal. l. 14. §. 1. C. de indic. Nov. 49. c. 3. b) l. 24. §. 4. l. 37. ff. de iurei. l. ff. ad exhib. Sunt tamen nonnulli, in quos propter reverentiam ipsi debitam non cadit calumniae suspicio, immunes ab hoc iuramento, veluti parentes et patroni l. 16. ff. de iurei.

§. 721.

Poenae temere litigantium.

II. Ad puniendam litigandi temeritatem statuta est poena PECUNIARIA, et quidem 1) restitutio dupli in causis, in quibus lis insciando crescit, veluti in damno iniuria dato, in deposito miserabili, aut in legatis ad pias causas relictis, 2) restitutio impensarum litis §. 1. l. h.

TITVLVS XVII.

DE

OFFICIO IUDICIS.

§. 722.

Officium iudicis in genere.

Imprimis illud obseruare debet iudex, ne aliter iudicet, quam legibus, constitutionibus, aut moribus proditum est.

pr. l. b. 2, quod in sequentibus exemplis illustrat Iustinius cf. PARD PRATEIVS in OTTON. thes. T. V. ZIEGLERI dicastice, seu de offic. iudic. Vit. 1726. 8. I. H. BOEHMER. de iudice precedente ex off. in process. civ. in Ex. ad Pand. T. II.

§. 723.

Divisio officii iudicis.

Dividitur plerumque officium iudicis in MERCIENARIUM et NOBILE. Ad illud pertinere dicunt, quod iudex, licet non imploratus, facere debet; ad hoc, quod iudex non nisi rogatus facere debet.

cf. BOEHMER. ius eccl. prot. T. I. p. 792.

§. 724.

§. 724.

Iurisdictio quid?

Officium praebebat iudex, cum *ius dicit*, seu *iuris dictio*ne exercet. Erat autem Romanis IVRISDICTIO, potestas magistratui competens, causas ciuiles contiouerfas cognoscendi et decidendi. Ea diuiditur:

I. Quoad obiectum in VOLVNTARIAM et CONTENTIOSAM; illa, quae exerceatur circa actus sine contentione partium et cognitione judiciali peragendos; haec, quae versatur circa actus litigiosos, aut in quibus cognitione et decreto iudicis opus est.

II. Ratione fundamenti generalis in ORDINARIAM et EXTRAORDINARIAM, prout vel vi officii vel xi specialis legis competit.

III. Ratione fundamenti specialis in PROPRIAM, MANDATAM, DELEGATAM, et PROROGATAM; quae ultima iterum vel ex prorogatione voluntaria vel necessaria oritur.

§. 725.

Imperium quid?

A iurisdictione differt IMPERIVM, i. e. potestas puniendi. Quod est vel MILITARE, vel CIVILE, hocque vel MERVM vel MIXTVM.

cf. QUINTANNADVEGNA de *iurisd.* in MEERM. thes.

T. II. NOODT. de *iurisd.* et *imp.* in Opp. GEBÄVERI diff. de *iurisd.* in Exerc. acad.

§. 726.

Vsus bodiernus?

Hodie nonnulla aliter se habent, cum nec inter iurisdictionem et imperium distinguamus, nec iurisdictionem

risditio finiatur sola causae *decifione*, sed accedente sententiae *executione*, et plures dentur apud nos iurisdictionis *species*, veluti *administratoria* et *patrimoniales*.

PVFENDORF, liber de *iurisd. germ.*

TITVLVS XVIII.

DE

IVDICIIS PVBLICIS.

§. 727.

Connexio.

Sequitur de publicis delictis tractatio. Quae tamē cum ad ius publicum Romanum pertineat, et quae de iis scitu necessaria sunt, in praelectionibus ad antiquitates, historiam iuris et libros, quos dicunt, terribiles proferri possint debeantque, ideo hoc quidem loco plura dicenda non videntur.

nte
iu-
no-

: i

I. V

cies
d
ali
'it,
qui
ala
aef
na
gat
eic
er
ere

e

e
eic
gt
og
lic
ui
id
ju

II.
ni

I. D

mitte den
se zudammen zu
all entige wiefel
mend barespev. N.

ppg 3. mit P. N. did
re dene dene
re damp sandung
L. g. d. d. d. d. d.
T. VI. d. d. d.

T a b u l a I.
C o n s p e c t u s I n s t i t u t i o n o m :

Ius est:

I. P E R S O N A R V M , quae sunt:

A) Quoad statum NATVRALEM

1) ratione sexus:

- a) vel masculi
- b) vel feminas

2) ratione aetatis:

- a) vel fenes
- b) vel maiores
- c) vel minores, huique:

α) vel puberes:

- vel plene
- vel minus plene

β) vel impuberis:

- vel infantes
- vel infantia maiores
- vel infantiae proximi
- vel pubertati proximi

Vid. Lib. I. Tit. 3.

B) Quoad statum CIVILEM:

I. Libertatis:

- a) vel serui
- b) vel liberi:

 - vel ingenui
 - vel liberti

Vid. Lib. II. Tit. 4—7.

II. Familiae:

- a) vel homines alieni iuris:

 - vel serui
 - vel filii familias,
 - hinc de patr. potest.
 - agitur L. I. Tit. 9—13.

- b) vel homines sui iuris; qui sunt:

 - vel sub tutela
 - vel sub cura
 - vel neutrō iure tenentur; hinc de tutela et cura agitur. L. I. Tit. 13, vsque ad finem.

III. Civitatis:

- a) vel ciues
- b) vel peregrini, de quibus tamen nihil in Institutionibus.

II. R E R V M , quod est:

A. Ius IN RE, cuius species sunt:

I. D O M I N I V M , quod adquiritur:

1) modo naturali,
vid. L. II. Tit. 1.

2) modo ciuili, qui est:

- a) vel singularis:

 - α) praefcriptio, L. II. Tit. 6.
 - β) donatio, L. II. Tit. 7.
 - γ) legatum, L. II. Tit. 20. 21. 22.
 - δ) fideicommisum particularē, L. II. T. 24.

- b) vel viuierfals.

α) hereditas, quae datur:

- 1) ex iure ciuili, et quidem:
vel ex testamento L. II. Tit. 10.
vel ab intestato, L. III. Tit. 1.

2) ex iure Praetorio per bonorum possessionem. L. III. Tit. 10.

- β) fideicommisum viuierfale, L. II. T. 23.
- γ) affignatio libertorum, Lib. III. Tit. 9.
- δ) arrogatio, Lib. III. Tit. 11.
- ε) additio bonorum libertatum feruandorum causa Lib. III. Tit. 12.
- ζ) venditio bonorum } Lib. III.
- η) adquisitio ex Scito Claudiano } Tit. 13.

II. SERVITYS, Lib. II. Tit. 3—6.

III. HEREDITAS, Lib. II. Tit. — Lib. III. Tit. 14.

IV. PIENS, de quo nihil in Institutionibus.

III. ACTIONVM, de qui-

busa Tit. 6. Lib. IV.

B. Ius AD REM, quod oritur

1) ex facto licito ex contractibus et pacis; hinc de iis agitur Lib.

III. Tit. XIV. vsque ad finem eiusdem libri.

2) ex facto illicito, i. e.
ex delictis. Lib. IV. Tit. f. sqq.

3) immediate ex lege, i. e.
ex obligatione, quae quasi ex contractu aut delicto oritur, L. III. Tit. 18. et Lib. IV. Tit. 5.



Tabula II.

De iure in genere.

vbi nota:

I. De IVSTITIA:

- 1) eius definitionem
 - a) Romanam
 - b) hodiernam
- 2) eius divisionem, in
 - { vniuersalem et
 - { particularem;
 - { commutatiuum et
 - { distributiuum;
 - { actionum et
 - { personarum.

II. De IURISPRUDENTIA:

- 1) eius definitionem
 - a) Romanam
 - b) hodiernam
- 2) eius partes, quae sunt:
 - A) THEORIA et interpretatio, quae est:
 - vel authenticā
 - vel viuis
 - vel doctrinalis, haecque:
 - vel grammatica
 - vel logica, haecque
 - vel declarativa
 - vel restrictiva
 - vel extensiva
 - B) PRAXIS, quae est:
 - a) iudicialis, quae consistit:
 - α) in agendo
 - β) in iudicandi
 - b) extra iudicialis, quae consistit!
 - α) in respondendo
 - β) in scribendo
 - γ) in cauendo.

III. De IURE:

- 1) eius varias significaciones
- 2) eius divisionem in
 - A) DIVINUM, quod est:
 - a) naturale
 - α) in sensu Romano
 - β) in sensu hodierno.
 - b) positivum:
 - α) morale
 - β) ceremoniale
 - γ) forense
 - B) HUMANUM, quod est:
 - a) publicum
 - b) privatum
 - c) scriptum, cuius species sunt:
 - populista
 - plebiscita
 - senatus consulta
 - edita magistratum
 - responso prudentum
 - constitutiones principum
 - d) non scriptum, cuius species sunt:
 - disputatio fori
 - mos maiorum
 - confuetudo.



significationes

in

v M, quod est:

urale

x) in sensu Romano

B) in sensu hodierno.

itium:

x) morale

B) ceremoniale

y) forense

N v M, quod est:

blicum

uatum

iptum, cuius species sunt:

populisita

plebiscita

senatusconsulta

edicta magistratum

responsa prudentum

constitutiones principum

n scriptum, cuius species sunt:

disputatio fori

mos maiorum

confuetudo-

I. DEFINIT

S

T

II. Eius NA

1)

2)

3)

4)

III. Eius D

A) Ve

B) Ve

C) Ve

D) V

Tabula III.

De constitutionibus principum,
que sunt:

I. GENERALES:

edicta

epistolas generales

II. SPECIALES, quae sunt:

1) **RESCRIPTA:**
vel adnotaciones seu subno-

tationes

vel epistolas speciales

vel lantiones pragmaticae

2) **DECRETA:**

vel decreta in specie

vel interlocutiones

3) **PRIVILEGIA, quae sunt:**

a) quoad modum concedendi:

 α) vel preario concessia
 β) vel in vim passa data

 vel gratis

 vel onerose

b) quoad obiectum, cui dantur:

 α) vel personalia

 β) vel realia

 γ) vel mixta

 δ) vel causae.

A priuilegiis differunt:

1) constitutiones personales

 vel odiosae

 vel favorabiles

2) beneficia iuris

3) iura singularia.

Tabula IV.

De patria Romanorum potestate
que

I. COMPREHENDIT iure novo:

A) in PERSONAS liberorum:

- a) ius modicae castigationis
- b) ius certo casu iudici senten-
tiam praescribendi
- c) ius certo casu liberos ven-
dendi
- d) ius certo casu liberos vindi-
candi
- e) ius agendi de liberis ducentis
et exhibendis
- f) ius tutorum liberis dandi.

B) in BONA liberorum:

- a) dominium peculii profectiui
- b) viamfructum pecunii adven-
titii
- c) ius pupillariter substituendi
- d) ius certo casu bonis libero-
rum curatorem dandi.

C) In ACTIONES liberorum:

- a) ius consentendi in nuptias
- b) . . . in hereditatis aditionem
- c) . . . in mutuum.

II. ADQVIRITVR:

A) IUSTIS NUPHIIS

B) LEGITIMATIONE

- 1) per oblationem cu-
riæ
- 2) per subsequens
matrimonium
- 3) per rescriptum
principis
- 4) per testamentum
patris a principe
confirmatum.

C) ADOPTIONE, quae est:

- 1) *adoption* in specie
vel plena
- 2) *arrogatio*.

III. TOLLITVR:

A) Ex cauſa NATVRALE:

- 1) morte filii
- 2) morte patris

B) Ex cauſa CIVILI, eaque:

- 1) *Voluntaria:*
per emancipationem quae est
vel Anatianea
vel Iustinianea

II. Necforia:

- a) in poenam patris:
 α) capitis eius diminu-
 tione maxima et
 media

B) lenocinio cum filia- bus exercito

C) infantis expositione

D) secundum nuptiis in- cessit

E) fœnitus

b) ex alia necessitate:

α) deportatione

β) captiuitate

γ) dignitate

δ) restituzione in

integrum

ε) si pater sub condi- tione, vt emanci- pet aliiquid acce- perit,

ζ) tacito patris con- fensus,

III. TRANSFERTVR:

1) natiaeui, superflite filio

2) datione in adoptionem

3) plenam.

3) arrogatione patris.

V. RECUPERATVR.

1) ingratitudine liberorum

2) readoptione

3) restitutione patris.

Tabula X.

De tutela nota:

I. DEFINITIONEM:

Servii Sulpicii
recentiorum

II. Eius NATVRAM. Est enim:

- 1) munus publicum
- 2) . . . personale
- 3) . . . ex legibus impositum
- 4) . . . ad curam habendam personae impuberis, qui debet esse:
 - a) patre orbatus
 - b) sui iuris,

III. Eius DIVISIONEM. Est enim:

- A) Vel **PACTITA**
- B) Vel **TESTAMENTARIA**, de qua obserua:
 - 1) eam descendere ex XII. tab.
 - 2) solum patrem posse tutorem dare
 - 3) eum tantum dare tutorem liberis in sua potestate constitutis
 - 4) tutoris dationem fieri debere:
 - a) vel in testamento solemnissimamente
 - b) vel codicilliis testamento confirmatis
 - 5) Patrem nec quoad tutelam pro parte testatum et pro parte intestatum et pro parte intestatum decedere posse
 - 6) eos tutores dari posse;
 - a) qui heredes scribi possunt,
 - b) et qui muneras publici capaces sunt,
- C) Vel **LEGITIMA**, quae est:
 - 1) *Agitorum*, haecque:
 - a) agnatorum in specie
 - b) fiducaria
 - 2) *Extranorum*, haecque:
 - a) patronorum
 - b) parentum.
- D) Vel **DATIVA**, quae est:
 - 1) actus legitimus
 - 2) oritur ex speciali lege
 - 3) ei locus est in subidiuum,

Tabula XI.

De excusatib;.

Liberarum a tutelis:

I. Vel a SVSICIENDA tutela, et quidem:

A) vel ipso IVRE §. 167.

B) Vel ope EXCUSATIONIS:

1) aut *voluntarie*, vel

a) ab omni tutela, et quidem;

a) in perpetuum §. 163.

b) ad tempus, §. 164.

b) vel a *certa*, §. 164.

2) aut *necessariae*, §. 165.

II. Vel a SVSCPTA, si quis eam deponere:

A) Vel **PROTEST**

B) Vel **DABET**, vt tamen non sit suspectus, §. 167.

2) Propriet:

1) tutelae *testamentarias*:

- a) existens dies
- b) existens conditio

2) tutelae *legitimae*:

- a) agnatorum in genere:
capitis diminutio ma-

xima et media

- b) matris aiaequa in

specie:
secundae nuptiae

3) tutelae *dativae*:

- a) existens dies
- b) existens conditio

- c) remotum in

- pedimentum,



i b u s.

:

Et quidem:

1

, et quidem:

tuum §. 163.

us, §. 164.

164.


5.

deponere:


n fit suspectus.

I b u l a VI.
computationis grac


No. 4.
Linea collateralis:
comm.



No. 5.
Linea collateralis:
comm.



No. 6.
Linea collateralis



No. 7.
Respectus paren



T
De cor

No. 1.

Proauus
prima
generatio

ve
dif

Aius
secunda
generatio

seu
dif

Pater
tertia
generatio

seu
dif

Ego.

No. 2.



Proauus ♂ per

Aius ♀ per

Pater ♂ per

Ego ♀ per

No. 3.
Computatio ciuili
pater



Tabula V.

De nuptiis nota:

I. Definitionem :

iuris antiqui
iuris noui

II. Requisita:

A) Iure naturali et Romano simul:

- 1) potentia generandi
- 2) confensus coeuntium

B) Iure mero Romano :

- 1) vt pater consentiat
- 2) vt coeuntes sint cives
- 3) vt ne sint nuptiae:

a) vel incestae,

- α) propter consanguinitatem:
 vel mere naturalem
 vel mere ciuilem
 vel mixtam
 vel spiritualem

β) propter adfinitatem:
 vel veram
 vel quasi talem.

b) vel indecorae

c) vel noxiae.

Tabula VI.


Schemata computationis graduum:

No. 4.

Linea collateralis:

comm,

slip.




No. 5.

Linea collateralis aequalis:


comm.

slip.



No. 6.

Linea collateralis inaequalis:




No. 7.

Respectus parentelae:




Tabula VII.

De computatione graduum,
ad §. 68.




No. 2.



No. 3.




Computatio ciuilis:

pater




No. 4.

Computatio canonica:




Tabula VIII.

De prohibitione iuris ciuilis.
ad §. 69.




Prohibitiones iuris Canonici:
In linea aequali:

No. 4.




In linea inaequali:




Tabula IX.


De ad infinitate vera.
ad §. 70. et 71.




No. 2.




No. 3.



No. 4.



No. 5.




Tabula IX.

De adfinitate vera.


ad §. 70. et 71.

ter

Socer et *a b c d* sunt consanguinei vxoris meae, erunt mihi sunt adfines.


 liberi fratrum.

a b c sunt fratres mei; *c d* sunt fratres vxoris meae. Ergo: 1) fratres mei *a b* sunt adfines vxori meae 2) fratres vxoris *c d* sunt mihi adfines; 3) sed *a b* non sunt adfines cum *c d*.


 *a b c* sunt liberi mei ex priori matrimonio; *d e* sunt liberi vxoris meae aequae ex priori matrimonio. Ergo *a b c* sunt adfines vxoris meae; *d e* sunt mihi adfines; sed *a b c* et *d e* inter se non sunt adfines.

4.
niguae mater

Vitricus adfinis est priuignae; priuignae mater adfinis est marito filiae suae; sed maritus priuignae et vitricus non sunt adfines.

 eius maritus.

5.

 *a* est auus; *b* est pater; *c* est filia vxoris meae seu mea priuigna; *d e* sunt fratres vxoris meae; *f g* sunt liberi fratrum vxoris meae. *a* est consanguineus vxori meae gradu secundo et *b* gradu primo; ergo mihi eodem gradu sunt adfines in linea ascendentali. Priuigna mea est consanguinea primi gradus vxoris meae in linea descendantali; ergo eodem gradu mihi adfinis est in linea descendantali; *d e* sunt adfines vxoris meae gradu primo in linea collaterali; *e f* gradu secundo. Ergo iisdem gradibus in eadem linea mihi sunt adfines.

I. Definitionem
II. Eius iura prin

III. Eius diuisior

IV. Eius modos

V. Eius modos a

L.
OCCUPATIO, de qu
A) Eius requisita

B) Eius species,

E

I

Tabula XII.

De rerum diuisione:

Res sunt:

I. Quoad proprietatem et ueram:

A) Vel in dominio D E O R V M :

res DIVINI iuris; quales sunt:

α) sacrae

β) religiose

γ) sanctae, quodammodo. §. 180. s q.

B) Vel in dominio vnuque H O M I N I V M : §. 184.

res H V M A N I iuris, quae sunt:

1) C O M M U N I S, veluti:

aer

aqua profluens

mare

littora maris. §. 185.

2) P R O P R I A E, quae sunt aut:

A) in dominio publico:

R E S P U B L I C A E, veluti:

flumina

portus. §. 186.

B) aut in dominio priuato, quod pertinet:

1) vel ad vniuersitatem:

α) R E S V N I E R S T A T I S

β) P A T R I M O N I U M V N I-

V E R S I T A T I S. §. 187.

2) vel ad singulum:

R E S S I N G V L O R V M . §. 188.

II. Quoad diuersam qualitatem; §. 189.

{ Aut percipi possunt — C O R P O R A L E S

{ aut non — I N C O R P O R A L E S . §. 190.

{ Aut se mouent vel moueri possunt — M O B I L E S

{ aut non — I M M O B I L E S , sive:

in feniu naturali

in feniu iuris. §. 191.

{ Aut vnu consumuntur vel diminuuntur — res F V N G I B I L E S

{ aut non — res N O N F V N G I B I L E S . §. 192.

{ Aut diuidi possunt — res D I V I D V A E

{ aut non — res I N D I V I D V A E . §. 193.

Tabula XIII.

De dominio nota:

I. Definitionem

II. Eis iura principalia, quae sunt:

1) P R O P R I E T A S et

2) V S V S F R V C T V S . §. 199.

III. Eis diuisiones;

A) Ratione modi finienda:

1) aut adimi potest alteri inuitu — R E V O C A B I L E
dominium

2) aut non — I R R E V O C A B I L E .

B) Ratione obiecti, quod in dominio est, quodque est:

1) res corporalis — V E R B U M

2) res incorporalis — Q V A S I dominium.

C) ratione subiecti, cui competit:

1) aut vni competit — S O L I T A R I U M

1) aut pluribus — C O N D O M I N I U M .

D) Ratione exerciti:

1) aut dominus singulairu exercere potest — I L L I M I T A T U M

2) aut non — L I M I T A T U M

{ 1) aut vhus et abusus coniunctus est — P L E N V M

{ 2) aut non — M I N V S P L E N V M ; quod est:

1) directum, et

2) utile §. 200.

IV. Eis modos adquirendi, qui sunt:

A) C I V I L E S , hique:

1) vniuersales

2) singulares

B) N A T U R A L E S , (de quibus Tab. s q.) §. 201.

V. Eis modos amittendi, quo potissimum pertinet:

1) derelictio

2) confiscatio

3) alienatio, quae est:

{ pura

{ euentu lis

{ voluntaria

{ necessaria

{ gratuita

{ onerosa

{ inter viuos

{ mortis causa facta.



Tabula XIV. a.

Modi adquirendi dominium naturales sunt:

I. OCCUPATIO, de qua nota:

A) Eius requisita:

- 1) res corporalis
- 2) res nullius
- 3) apprehensio rei
- 4) animus dominii. §. 202.

B) Eius species, quae sunt:

- 1) VENATIO in genere:
 - α) venatio in specie
 - β) aucupium
 - γ) pescatio. §. 205, sq.

- 2) OCCUPATIO BELLICA. §. 207.

- 3) INVENTIO, quo potissimum pertinet thesauri inventio,
de qua nota:

- 1) aut thesaurus inventus
est artibus MAGICIS —
redit fisico

- 2) aut NON; et quidem:

- α) in fundo ALIENO:
casu — diuiditur inter

inuentorem et
dominum fundi
data opera — totus ce-
dit domino fundi

- β) in fundo PROPRIO —
totus est inven-
tori. §. 209, sq.

II.

FRVCTVVM PERCEPTIO, vbi obserua:

A) Eius requisita:

- 1) bona fides
- 2) iusfrus titulus
- 3) animus dominii. §. 211.

B) Fructuum diuisiones:

1) Ratione CAVSAE:

- α) aut sola natura efficiuntur — NATVRALES

- β) aut hominii ope — INDVSTRIALES

2) Ratione PERCEPTIONIS:

- α) aut coherent adhuc cum fundo — PENDENTES

- β) aut non — SEPARATI, qui:

aut percipi potuerint — PERCIPENDI

aut reuera percepti sunt — PERCEPTE, qui:

aut adhuc existunt — EXTANTES

aut non — CONSUMTI, qui:

aut naturaliter

aut ciuiliter consumti sunt

- γ) aut in regula percipiuntur — ORDINARI

- δ) aut per accidentem — EXTRAORDINARI. §. 212.

C) Regulas:

Aut possides BONA FIDE:

aut nondum superuenit dominus — fructus *tui* sunt.

aut superuenit: tunc

aut fructus extant — eos restituimus

aut consumti sunt, vel:

ANTE litis contestationem — nihil restituimus

POT EST — omnes restituimus,

Aut possides MALA FIDE — indistincte omnes fructus restituimus. §. 213.



— NATVRALES
LES

—PENDENTES

Sent — PERCIPENDI
ti sunt — PERCEPTI, qui:
aut *ad huc existunt* — EXTANTES
aut *non* — CONSUMTI, qui:
aut *naturaliter*
aut *civiliter consumti sunt*

ORDINARI
NARII §. 212

- fructus tui sunt.

eos restituis
el:

VTE litis contestationem — nihil restitu*s*
est eam — omnes restituis,
stituis. §. 213.

XVI.

De

es sunt:

es:
uuo et
s fluminis
ecies:
io pertine
α) inclu
β) adfer
γ) intex
δ) scrip
ε) piētu
luae fit:
partim e
ex sola e

fit:
casu aut
ex volun
edificaui

I. Definitionem. §. 228. obser

II. Diuisiones:

{ A) Ratione modi exer

- 1) Aut possun
2) prohi. §. 241.

B) Ratione obiecti do^{ma} §. 242.

- 1) Aut domii fungibili §.
2) perso^{ale} §. 244.

C) Ratione vſus: is ordinario

- 1) Aut vtor ſen ſubstant
2) aut ad aliu vſufructuar

D) Ratione modi con^{XI}) poffeffio

- 1) Aut ea co²⁾ fructuun
2) aut fenter³⁾ dispositio

- 3) aut cum v^{ACTIONES:}

d) vt fit boni

e) vt ne mu

III. Species praecipuas: } vt cautio

{ A) Rusticarum: } vt onera

- 1) itineris differt:
2) actus, qui eſt vero vſufrue
 plenus nutuo, §. 2.
 minus ple

3) viae, aliaeque EGITIMVS, c

{ B) Vrbanarum:

- 1) oneris ferenti^{rſiti}
2) tigni immitti^{rſiis}
3) proiciendi
4) protegendi.
5) ſtillicidii vel pluntate

α) recipi^{a.} §. 249.

β) non r

6) Luminum: esoluto eius

α) lumin

β) ne lun

7) Prospectus: ario facta

α) prosp

Tabula XIV. b.

Continuatio.

III. TRADITIO:

A) Quae requirit:

- 1) rem corporalem
- 2) possessionem vacuum
- 3) iustam et
- 4) praecedentem causam
- 5) facultatem et
- 6) animum alienandi. §. 215.

B) Quae diuiditur:

{ In VERAM, quae fit:

- { Ratione rei mobilitatis:
datione in manum
depositione
- Ratione rei immobilitatis:
declaratione
adpositione custodis.

{ In FICTAM, quae est:

- 1) symbolica
- 2) longa manu facta
- 3) breui manu facta, §. 216.

Modi adquirendi dominium naturales sunt:

IV.

ACCESSIONE, quae est:

A) NATVRALIS, cuius species:

- 1) alluvio et
- 2) vis fluminis §. 219.

B) INDVSTRIALIS, cuius species:

- { 1) ADIVNCATIO, quo pertinet:
α) inclusio
β) adferruminatio
γ) intextura
δ) scriptura
ε) pictura. §. 221.

- { 2) SPECIFICATIO, quae fit:
partim ex aliena partim ex propria materia — materia cedit specificanti.
ex sola aliena materia:

aut materia reduci potest — ea cedit domino
aut non potest reduci — ea cedit specificanti. §. 222.

- { 3) CONFUSIO, quae fit:
casu aut ex voluntate utriusque — massa confusa est communis
ex voluntate solius confundentis — massa ipsi cedit. §. 223.

- { 4) INAEDIFICATIO:
Aut aedificauit in solo meo sed aliena materia — aedificium meum est,
aut in solo alieno sed mea materia — aedificium est domino soli. Attamen:
aut aedificauit **bona fide** et **possidere** aedificium — restituo domino soli aedificium, re-
stitutus mihi impensis.
· · · · · non possideo — nulla mihi datur propter impensas actio,
aut aedificauit **mala fide** — indistincte nulla mihi datur actio. §. 224.

C) MIXTA, quo pertinet:

- fatio et plantatio, quae fit:
aut in mea terra, sed alienis plantis
aut in aliena terra, sed meis plantis. §. 225.



Tabula XV.

De seruitutibus nota:

I. Definitionem. §. 228.

II. Divisiones:

(A) Ratione modi exercendi:

- 1) Aut possum aliquid facere in re aliena — seruitus **ADFFIRMATIVA**
- 2) prohibere quo minus alter quid in sua faciat — **NEGATIVA**

(B) Ratione obiecti dominantis:

- 1) Aut dominatur res mea — **REALIS**
- 2) persona mea — **PERSONALIS** seruitus.

(C) Ratione usui:

- 1) Aut vto seruitute ad usum *oeconomicum* — **RUSTICA**
- 2) aut ad *alium usum* — **URBANA** seruitus.

(D) Ratione modi constituentis:

- 1) Aut ea constituitur *lege* — **PUBLICA** seu **LEGITIMA**
- 2) aut *fententia iudicis* — **NECESSARIA**
- 3) aut cum *voluntate seruientis* — **VOLUNTARIA**, quae est:
 - α) vel *conventionalis*
 - β) vel *testamentaria*, seu *legata*. §. 229.

III. Species praecipuas:

(A) *Rusticarum*:

- 1) itineris
- 2) actus, qui est
- plenus
- minus plenus

3) viæ, aliaeque. §. 230.

(B) *Urbinarum*:

- 1) oneris ferendi
- 2) tigni immittendi
- 3) proiciendi
- 4) protegendi. §. 231.
- 5) fullicidi vel fluminis:
 - α) recipiendi
 - β) non recipiendi. §. 232.

6) Luminum:

- α) lumina habendi
- β) ne luminibus officiatur. §. 233.

7) Prospectus:

- α) prospectum habendi
- β) ne prospectui officiatur. §. 234.

8) Aedificiorum:

- α) non tollendi
- β) altius non tollendi
- γ) altius tollendi. §. 235.

Tabula XVI.

De usufructu obserua:

I. Definitionem. §. 240.

II. Divisionem, in

(A) VERVM, qui est:

- 1) ius in re. §. 241.
- 2) aliena §. 242.
- 3) non fungibili §. 243.
- 4) ius personale §. 244.
- 5) ius fructus ordinarii. §. 245.
- 6) falsa tamen substantia percipiendi. Hinc

(IVRA) usufructuarum sunt:

- 1) possessio rei
- 2) fructuum perceptio
- 3) dispositio de fructibus

OBLIGATIONES:

- 1) vt sit bonus paterfamilias
- 2) vt ne mutet rei substantiam
- 3) vt cautionem praestet
- 4) vt onera rei et fructuum soluat. §. 246.

(B) QVASI — usufructum, qui differt:

- 1) a vero usufructu
- 2) a mutuo. §. 247. sq.

III. Constitutionem, quae sit:

- 1) a lege — **usufructus LEGITIMVS**, qui competit:
 - α) patri
 - β) coniugi superstiti
- 2) a *iudice* in iudicis diuisorius
- 3) a *proprietario*:
 - α) vel pacllo
 - β) vel ultima voluntate
- 4) Praescriptione adquiritua. §. 249.

IV. Amissionem, quae sit:

- 1) ratione proprietarii: resoluto eius iure
- 2) ratione usufructuarii:
 - α) remissione
 - β) cessione proprietari facta
 - γ) non rū
 - δ) morte ciuili et naturali
 - ϵ) lapsu C. annorum et dissolutione vniuersitatis.

3) Ratione rei:

- α) interitu totali
- β) eius mutatione
- γ) consolidatione

4) Ratione modi constituentis:

- α) lapsu temporis
- β) existente et deficiente conditione
- γ) cessante qualitate. §. 250.



ua:

243.

§. 245.

ia percipiendi. Hinc

ii sunt:

rei

perceptio

de fructibus

nus paterfamilias

tet rei substantiam

nem praestet

rei et fructuum soluat. §. 246.

tu

sq.

qui competit:

iure

A) Aut occasione milit

B) Aut extra militiam

Aut ex iure naturali —

Aut ex iure positivo —

Aut ex

Aut ex

Aut da

Aut ab

I. Definitionem, Et

genre; quod:

nec perplexa aut
non potest tam
nec verba impetu

— MINVS SOLLEMNI
r solemnitates ad
scriptis — SCRIPTVI
s orationis in Iustitia

Tabula XVII.

De p r a e s c r i p t i o n e.

I. Definitio. §. 255:

II. Differentia ab vincapione:

- 1) ratione effectus
- 2) . . . obiecti
- 3) . . . temporis
- 4) . . . subiecti, §. 256.

III. Divisiones:

(A) Ratione COMMODI; quod est:

- { 1) quoad obiectum:
 - α) res — praescriptio RERVM
 - β) ius — . . . IURIVM.
 - γ) liberatio a poena — CRIMINVM.
- 2) quoad speciem effectum:

a) aut adquiro mihi aliquid — ADQVISITIVA, quae est:

{ α) translativa, quae requirit:

{ 1) a parte praescribentis:

{ bonam fidem §. 259.

{ speciale titulum, qui:

verus

iustus

habilis

irrevocabilis

validus esse debet. §. 260.

possessionem certi temporis. §. 261.

possessionem non interruptam. Interrupcio fit:

a lege

ab homine,

{ naturalis:

voluntaria

necessaria

{ ciuilis:

iudicialis

extrajudicialis. §. 262.

2) a parte eius contra quem praescribitur:

1) vt ipse rem in praescribentem non transtulerit

2) vt rem non vindicauerit. §. 263.

{ β) constitutiva, (§. 257. B.) quae requirit:

{ 1) a parte praescribentis:

quasi possessionem iuris

bonam fidem

exercitium iuris per tempus legitimum §. 264. A.

{ 2) a parte eius contra quem praescribitur:

scientiam

et silentium per tempus legitimum

b) Aut liberor ab obligatione — EXTINCTIVA praescriptio §. 257. C.

aut liberor ab obligatione patiendo
restituendi. §. 265.

B) Ratione TEMPORIS:

{ Aut certum tempus definitum est — DEFINITA praescriptio, quae est:

{ 1) ordinaria

{ 2) extraordinaria (§. 257. II. A.) quae est:

temporalis

longissimi temporis:

XXX. annor. §. 267.

XL. annor. §. 268.

L. annor. §. 269.

C. annor. §. 270.

{ Aut nullum certum tempus definitum est — praescriptio IMMORALIS. §. 271.



Tabula XVIII.

Filius familias adquirit peculium:

- A) Aut occasione militiae — *'peculium MILITARE*
 Militia aut eft *fagata* — CASTRENSE, §. 286.
 Aut *togata* — QVASI CASTRENSE, §. 287.

B) Aut extra militiam — PAGANVM:
 Aut a patre vel intiufo patris datur — PROFECTITIVM, §. 290.
 Aut aliunde venit — ADVENTITIVM, §. 291. in quo
 aut patri competit viusfructus — ordinarium,
 aut non — extraordinarium, §. 292;

Tabula XIX.

Succesfio datur:

- Aut ex iure naturali — PACTITIA
 Aut ex iure positivo — CIVILIS; quae
 Aut ex iure ciuii in specie datur — successio CIVILIS in specie
 Aut ex iure Praetorio — PRAETORIA successio seu BONORVM POSSE
 Vtraque:
 Aut datur ex testamento — TESTAMENTARIA. Instituitur aliquis:
 aut directe — DIRECTA
 aut indirecte — FIDEICOMMISSA
 Aut obsequio testamento — successio ab INTESTATO seu LEGITIMA.

Tabula XX.

De testamentis obserua:

I. Definitionem, Est enim testamentum:

voluntas
ultima
unilateralis, §. 299.
continet hereditis institutionem, quae:
certa esse debet
et tacite vel expresse fieri potest,
est testamenti fundamentum
nec tamen requirit ordinem scripturae
nec verba imperativa
non potest tamen in arbitrio tertii conferri
nec perplexa aut coptatoria esse. §. 300.

II. Diuisiones;

*Aut publica auctoritate conditur — PUBLICVM in genere; quod:
aut coram principe conficitur — PUBLICVM in specie
aut coram magistris — IUDICIALE*

Aut priuata auctoritate — PRIVATVM, in quo:

- ¶ aut heres orientiis institutus — NUNC VENATIVM
 ¶ aut in scriptis — SCRIPTVM
 ¶ aut omnes solemnitates adesse debent — SOLEMNE
 ¶ aut non — MINVS SOLEMNE seu PRIVILEGIATVM:
 1) testamentum militare, §. 305.fq.
 2) . . . parentum inter libe-
 ros, §. 311.
 3) . . . tempore contagionis
 conditum, §. 312.
 4) . . . ruri conditum, §. 313.
 5) . . . posterius in quo he-
 redes ab intestato in
 priori praeteriti insfi-
 tuuntur, §. 314.
 6) . . . principi oblatum
 7) . . . actio insinuatum,
 §. 314.

Tabula XXI.

Solemnitates testamentorum:

- { Aut concernunt formam testamenti *externam* — EXTERNAE
 { Aut materiam *internam* — INTERNAE
 { Aut in omnibus testamentis obseruari debent — COMMUNES, quales sunt:
 - 1) unitas contextus
 - 2) praesentia septem testium
 - 3) specialis rogatio testium
 - 4) habilitas testium §. 303.
 Aut in certis tantum — PROPRIAE, quales sunt:
 - 1) in testamento *nuncupativo*:
 - α) nuncupatio heredis palam facta
 - β) nuncupatio absoluta seu perfecta.
 - 2) in testamento *scripto*:
 - α) subscriptio testatoris
 - β) subscriptio et
 - γ) subsignatio testium
 - δ) omissione notarum. §. 304.

Tabula XXII.

Prohibentur testamenta condere:

I. A NATVRA:

- A) propter vitium ANIMI:

 - 1) furiosi
 - 2) mentecapti
 - 3) irati
 - 4) impudores

B) propter vitium CORPORIS:

 - 1) surdi et
 - 2) muti natura tales;

Coeci possunt testari:
α) vel praecedente
scriptura
β) vel non

II. A LEGIBVS:

- A) Homines ALIENI iuris:

 - 1) serui
 - 2) filii familiæ, nisi de peculio militari.

B) Qui non sunt CIVES:

 - 1) capti ab hostibus
 - 2) peregrini
 - 3) obfides

C) IN POENAM:

 - 1) apostatae
 - 2) heretici improbi
 - 3) incesti matrimonii rei
 - 4) aqua et igne interdicti
 - 5) autores carminis famosi
 - 6) capitum damnati, §. 317.

Tabula XXI.

Unitates testamentorum:

nam testamenti **externam** — **EXTERNAE**

nam — **INTERNAE**

entis obseruari debent — **COMMUNES**, quales sunt:

1) unitas contextus

2) praesentia septem testium

3) specialis rogatio testium

4) habilitas testium §. 303.

— **PROPRIAE**, quales sunt:

1) in testamento *nuncupatiu*o:

(A) Aut nullum certum tem-

(B) Aut certum tempus de-

b) Ratione TEMPOREIS:

b) Aut liberor

INATIM facta
cur — INTER CETEROS facta

Tabula XXIII.

Exheredatio in genere est:

I. Quoad MODVM:

Aut exheredati nulla fit mentio — PRAETERITIO

Aut *difertis* verbis exheredatur — EXHEREDATIO in specie:

aut *singulis* exprimitur — exheredatio NOMINATIM facta

aut *plures* nomine collecti^o *simil* exheredantur — INTER CETEROS facta

II. Quoad FINEM:

Aut exheredatio sit in *utilitatem* exheredati — exheredatio BONA MENTE facta

Aut in eius *praeiudicium* — exheredatio NOTAE CAUSA facta, §. 320.

III. Quoad FORMAM; quae:

Aut in *omni* exheredatione requiritur — COMMVNIS, quo pertinet, vt exheredatio fiat:

- 1) in testamento
- 2) in perpetuum
- 3) a tota legitima, §. 322.

Aut in *certa* exheredatione — PROPRIA, quae est:

(A) Ratione *liberorum*:

- 1) vt nominatim
- 2) pure
- 3) ab omni gradu
- 4) ab omni herede
- 5) ex speciali
- 6) iusta
- 7) vera et
- 8) expressa causa fiat, §. 324, sq.

(B) Ratione *parentum*:

- 1) vt saltem inter ceteros
- 2) ex speciali
- 3) iusta
- 4) vera et
- 5) expressa causa fiat, §. 326.

(C) Ratione *fratrum sororumque*:

vt ne turpis persona praeferatur, §. 327.



Tabula XXIV.

C o n d i t i o e s t :

I. Quoad *fundamentum*:

Aut nititur *expressa* testatoris voluntate — **EXPRESSA**.

Aut *praesumta* eius voluntate — **TACITA**.

II. Quoad *specialem casum*:

Aut concepta est in casum: si quid *fiat* — **ADFIRMATIVA**.

Aut in hunc: si quid *non fiat* — **NEGATIVA**.

III. Quoad *existentiam*:

(Aut potest existere — **POSSIBILIS** quae iterum est:

{ 1) ratione obiecti, quod est:

aut *datio rei* — *conditio dandi*

aut *praefatio facti* — *conditio faciendi*

2) ratione naturae:

aut a *singulo* impleri potest — *diuidua*

aut ab *omnibus* heredibus *simul* impleri debet — *individua*.

3) ratione *existentiae*:

{ aut *impleta* est — *existens*

{ aut *incertum* adhuc est, utrum et quando exitura sit — *pendens*

{ aut *non impleta* est — *deficiens*

{ aut *existentia* pendet a *casu* — *casualis*

{ aut *principaliter* a voluntate heredis — *poteſtatiua*

{ aut a *casu* et voluntate heredis *simul* — *mixta*

{ aut *sæpius* existere potest — *reiterabilis*

{ aut *non* — *non reiterabilis*

{ aut *facile* impleri potest — *facilis*

{ aut *non* — *difficilis*

4) ratione *specialis effectus*:

aut *flatim* hereses accipit hereditatem, quam *restituit* conditione deficiente — *resolutiua*

aut accipit hereditatem *existente* demum conditione — *suspensiua*

(Aut *non* potest existere — **IMPOSSIBILIS**, quae:

{ aut propter rerum naturam talis est — — *phyſice*

{ aut propter *leges* — *moraliter* talis,

{ aut in *uniuersum* non potest existere — *absolute* talis

{ aut *certo respectu* — *relative* talis,

{ aut continet *existentiam facti impossibilis* — *adfirmatiua*

{ aut *omissionem facti impossibilis* — *negatiua*.



ft:

*andi
tio facienda*

*— diuidua
mul impleri debet — indiuidua.*

*rum et quando exitura sit — pendens
fciens*

*su — casualis
te heredis — potestatiua
redis simul — mixta
— reiterabilis*

*s
— facilis*

*tatem, quam restituit conditione deficiente — resolutiuia
fente demum conditione — suspensiua*

*talis est — — physice
aliter talis,
est existere — absolute talis
ine talis,
eti impossibilis — adfirmatiua
libilis — negatiua.*

VMMO vel MI

NATVRA exif
ACTO HOMINI

{ at
at

Spec
t legatario

us legatarii —
dis — aestimat
ii:
periit tota AN

deteriorata est
periit vel deteri

PRINCIPALES ·
ipalis altera acc
rincipalis — nc
cessoria — de

Aut testator scivit, rem est
hab
non

Aut IGNORAVIT — inutile le

Aut legatarius ANTE testam
Aut POST testamentum:
adquisiuit e

{ Testator rem cum TERTIO

Testator cum LEGATARI

Aut simpliciter legati fund
Aut fundus adiectus est:
demonstr
taxatiue

Tabula XXV.

S u b s t i t u t i o :

Aut sit a milite — MILITARIS seu PRIVILEGIATA §. 351.

Aut a pagano — PAGANA.

vtraque est:

Vel	Vel
VULGARIS seu PROPRIA, quae est:	VULPILARIS seu IMPROPRIA, quae est:
{ exprefla	Vera: §. 346.
{ tacita §. 339.	{ simplex
{ simplex	{ duplex:
{ reciproca §. 340.	expressa
{ pura	tacita
{ conditionata. §. 341.	{ pura
	{ conditionata
	{ generalis
	{ specialis
	{ vel omnibus liberis
	{ vel nouissime morienti facta. §. 347.
	Quasi-pupillaris. §. 349.

Tabula XXVI.

ad §. 401.

D e l e g a t o g e n e r i s :

{ Aut ex genere SVMMO vel MEDIO legatum est — inutile legatum
 { Aut ex INFIMO:

{ aut a NATVRA existit — indistincte valet legatum
 { aut FACTO HOMINIS:

{ aut testator reliquit tales res — vtile legatum
 { aut non — inutile legatum.

Tabula XXVII.

ad §. 403.

Species legata periit:

Aut CASV — periit legatario

Aut FACTO:

- 1) ipsius legatarii — extinctum est legatum
- 2) heredit — aestimatio peritur.
- 3) tertii:

periit tota ANTE aditionem et agnitionem — datur legatario actio doli aduer-
 fusi tertium
 deteriorata est — heres cedit legatario actionem
 legis Aquiliae
 periit vel deteriorata est POST agnitionem — agit legatarius immediate ex L.
 Aquilia,

Ad verba: Quodsi plures.

Aut omnes res sunt PRINCIPALES — debetur quae superest.

Aut altera est principalis altera accessoria:

perit principalis — non debetur accessoria
 perit accessoria — debetur principalis.



Tabula XXVIII.

ad §. 408.

De legato rei ALIENAE:

Aut testator scivit, rem esse alienam — valet legatum:

habuit ius in hanc rem — hoc ius legatum est.

non habuit — res ipsa legata est;

potest redimi — praeflanta est res ipsa

non potest — praeflanta est aestimatio.

Aut IGNORAVIT — inutile legatum, nisi in quibusdam causis.

Ad verba: praeterea sciendum:

Aut legatarius ANTE testamentum sibi adquisiuit legatum — inutile est.

Aut POST testamentum:

adquisiuit ex causa onerosa — pretium ei praeflatur,

gratuita — nihil praeflatur.

De re COMMUNI legata:

Testator rem cum TERTIO communem habuit:

{ legata est simpliciter — portio tertii simul legata est:
ea potest redimi — ipsa legatario praeflatur.
non potest — eius aestimatio debetur.

legata est restrictiue — portio tertii non legata est.

Testator cum LEGATARIO communem habuit:

ex causa lucrativa — sola testatoris portio legata est

emotio:

aut emotio tempore testamenti perfecta fuit:
habuit testator ius in portionem legatarii — hoc ius legatum est,
non habuit — sola testatoris portio legata est.

aut non:

simpliciter legata est — debetur pretium
portionis legatarii
restrictiue — debetur sola testatoris portio.

De fructibus futuris legatis:

Aut simpliciter legati sunt — indistincte debentur.

Aut fundus adiectus est:

demonstrative — indistincte fructus debentur.
taxative — non debentur, nisi fructus nati.

Tabula XXIX.

ad §. 415.

De diuisione hereditatis:

Aut testator nihil disposuit — hereditas aequaliter diuiditur.

Aut disposuit:

1) singulo heredi certam PARTEM adscripsit:

{ exhausta est hereditas — secundum partes praescriptas diuiditur.
B) aut non — quod superest pro rata diuiditur.

2) singulo heredi certam REM adscripsit — tota hereditas aequaliter diuiditur.

3) nonnullis heredibus certa RES adscripsit — sunt legatarii

reliqui nullae PARTES adscripsit — diuidunt aequaliter
certas — diuidunt pro rata

4) nonnullis certas PARTES adscripsit, reliquis nihil:

{ deest aliquid affi — hoc reliquum accipiunt ex nullis partibus scriptis
as completus est:
aut testator dixit:
quod superest
reliqui habent — nihil accipiunt.
aut hoc non dixit — dimidium accipiunt reliqui.

Tabula XXX.

ad §. 417.

Coheres deceffit:

Aut vivo adhuc testatore — defecit, adeoque semper locus est iuri ad crescendi

Aut eo PRAEMORTVO:

Fuit heres SVVS — indistincte cessat ius ad crescendi
EXTRANEVS:

ante aditionem deceffit:

babet substitutum — succedit substitutus
non habet — ad crescere reliqui
post aditionem — non ad crescere reliqui.

De CONIVNCIONE heredum:

Aut singulus in separata propositione scriptus est — RE TANTVM coniuncti seu DISVNCti.

Aut plures una propositione continentur:

adiectae sunt partes singulorum — VERBIS TANTVM coniuncti
nullae partes sunt adiectae — MIXTIM coniuncti.



Tabula XXIX.

ad §. 415.

De diuisione hereditatis:

hereditas aequaliter diuiditur.

certam PARTEM adscripsit:

1) exhausta est hereditas — secundum partes praescriptas diuiditur.

2) aut non — quod superest pro rata diuiditur.

certam REM adscripsit — tota hereditas aequaliter diuiditur.

bus certas RES adscripsit — sunt legatarii

is nullas PARTES adscripsit — diuidunt aequaliter

certas — diuidunt pro rata

PARTES adscripsit, reliquis nihil:

est aliquid affi — hoc residuum accipiunt ex nullis partibus scripti

completus est:

{ aut testator dixit:

quod superest

reliqui habento — nihil accipiunt.

{ aut hoc non dixit — dimidium accipiunt reliqui.

Tabula XXX.

ad §. 417.

Coheres decepsit:

lefecit, adeoque semper locus est iuri adcrescendi

— indistincte cessat ius adcrescendi

ANEVS:

ante aditionem decepsit:

habet substitutum — succedit substitutus

non habet — adcrescit reliquis

post aditionem — non adcrescit reliquis.

De CONIUNCTIONE heredum:

positione scriptus est — RE TANTVM coniuncti seu DISIUNCTI.

continetur:

partes singulorum — VERBIS TANTVM coniuncti

sunt adiectae — MIXTIM coniuncti.

in Tābula

ad

re ad cresc

Deful

atarius habet substi

ibus heredibus le
vel certis — adc

bet substitutum v

ihuc legatariis lec

A) MERI

— non succedit

lunt — succede

legitime natu

succeditur

int. aequaliter

B) MERE

C) MIXTI:

I. LEG

Tabula XXXI.

ad pag. 268.

De iure ad crescendi coheredum:

Aut omnes DISVNCti sunt:

funt duo — alteri nihil decrevit

funt plures:

in nullis partibus scripti — ad crescit aequaliter
in certis partibus scripti — ad crescit pro rata

Aut omnes CONIVNCti sunt:

in tota hereditate — ad crescit omnibus aequaliter
in certa parte — ad crescit soli coniuncto in hac parte

Aut alii CONIVNCti sunt, ali DISVNCti:

deficit disfunctus — omnibus ad crescit
deficit coniunctus — ad crescit soli coniuncto

De onere nota:

Aut consistit in DANDO — agnosci debet cum portione vacante

Aut consistit in FACIENDO:

potest per alium impleri — agnosci debet
non potest — non debet agnosci.

Tabula XXXII.

ad §. 419.

De iure ad crescendi quoad legata.

Defunctus legavit:

I. AB HEREDIBUS:

deficiens legatarius habet substitutum vel coniunctum — nihil ad crescit heredibus
non habet:

ab omnibus heredibus legatum est — ad crescit omnibus pro rata
a certo vel certis — ad crescit soli certo vel solis certis.

II. A LEGATARIIS:

deficiens habet substitutum vel coniunctum — nihil ad crescit legatariis
non habet:
ab omnibus legatariis legatum est — ad crescit omnibus pro numero personarum
a certo vel certis — ad crescit soli certo vel certis.

IV. PLVRIVS eandem rem:

deficiens habet substitutum — nihil ad crescit collegatariis
non habet:
deficit disfunctus — non de crescet alteri disfuncto
deficit coniunctus — ad crescit:
omnibus collegatariis — si omnes accipere volunt
certis — si reliqui accipere nolunt
ei, a quo legatum est — si omnes accipere noluerint.


Tabula XXXIII.

De successione descendentium.

In quantum succedunt:

No. 1.

Schema repraesentationis.



Defunctus habuit tres filios, quorum primus praedecessit reliquo filio a, qui etiam praedefunctus est reliquo filio b et c. Filius a repraesentat filium primum defuncti, tanquam patrem suum; et filii b et c iterum repraesentant filium a, tanquam patrem suum. Ergo hereditas diuiditur in tres portiones, quarum unam accipiunt b et c, tanquam pronepotes defuncti; alteram filius superflues fecundus, et tertiam filius superflues tertius.

No. 2.


Schema successoris in Capita.



Ad sunt liberi quinque defuncti; quorum singuli accipiunt singulas partes; ergo hereditas diuiditur in quinque portiones, quia sunt quinque capita seu personae.

No. 3.


Schema successoris in Stirpes.



Defunctus habuit quatuor filios, qui omnes praedefuncti sunt, reliquo liberis. Primus enim reliquit a et b; En primam stirpem! Secundus reliquit d et e. Tertius reliquit f et g. Quarta stirps. Quartus reliquit i et l. Quarta stirps. a b et c repraesentant patrem, filium primum defuncti; ergo accipiunt a b et vnam portionem, i. e. eandem, quam ipse eorum pater accepisset, si successisset. Et si quoque in reliquis stirpis,

No. 4.

Schema successoris mixtae.



Defunctus habuit quatuor filios, quorum Primus praemortuus est, reliquo duobus filiis a et b. Secundus superflues est. Tertius quoque praemortuus est, reliquo tribus filiis c d et e. Quartus iterum superflues est. En! Filius secundus et quartus succedunt in CAPITA; a et b, deinde c d et e succedunt in STIRPES. Ergo hereditas dividitur in quatuor portiones, quarum unam accipiunt a et b ex iure repraesentationis; alteram accipit filius secundus superflues; tercias portiones ad c d et e ex iure repraesentationis, et quartam nanciscitur filius quartus superflues.

Tabula XXXIII. b.

De successione agnatorum ab intestato.

Classis prima.

A) MERE NATURALES seu ILLEGITIMI, quales sunt:

- { I. NATURALES in specie:
 - 1) matri succedunt, vt legitimi
 - 2) quoad patris successionem:
 - aut pater reliquit liberos legitimos seu coniugem legitimam — non succedunt
 - aut non reliquit — succedunt in sextantem cum matre diuidendam.
- II. SPURII et VULGO QVAESTITI:
 - 1) mater aut est illufris et habet liberos legitimos — ei non succedunt
 - aut non est et non habet — ei succedunt vt legitimi
 - 2) patri nunquam succedunt
- III. ADULTERINI et INCESTOSCI:
 - aut uterque parentum in mala fide fuit — neutri succedunt
 - aut unus in bona fide fuit — succedunt,

B) MERE CIVILES:

- { I. ARROGATI: sermo est de successione:
 - a) patris ipsius arrogatoris: — succedunt
 - b) eius uxori: — non succedunt
 - c) ascendentium eius:
 - α) aut hui confenserunt in arrogationem — succedunt
 - β) aut non — non succedunt.
 - d) parentum naturalium — succedunt
- II. ADOPTATI:
 - (1) a masculo:
 - a) plene:
 - α) durat adoptio — succedunt patri adoptiu, non vero naturali
 - β) soluta est — succedunt patri naturali, non vero adoptiu
 - b) minus plene:
 - α) durat adoptio — succedunt vtrique patri, tam adoptiu, quam naturali
 - β) soluta est — succedunt fili patri naturali
 - (2) a femina:
 - α) durat adoptio — succedunt
 - β) soluta est — non succedunt

C) MIXTI:

- { I. LEGITIME NATI:
 - (1) nascituri:
 - α) nascuntur intra legitimum tempus et vitales — succedunt
 - β) aut non — non succedunt
 - (2) nati:
 - (α) ex matrimonio vero:
 - vel eodem — omnes promiscue succedunt
 - vel diuerso:
 - mortuus est parentis communis:
 - aut sermo est de bonis a coniuge acceptis — succedunt liberi huius coniugis
 - aliounde adquisitis — succedunt omnes promiscue proprius — succedunt filii liberi huius parentis,
 - (β) ex putatio — succedunt.
 - II. LEGITIMATI:
 - 1) per subsequens matrimonium — succedunt
 - 2) per rescriptum principis:
 - plene:
 - adsumt legitime nati — non succedunt, nisi cum clausula legitimati sint
 - non adsumt — succedunt
 - minus plene — non succedunt.

D) SPIRITVALES — non succedunt.



lxxx skodaT

legitimam — non succedunt
iatre diuidendam.

— ei non succedunt
vt legitimi

cedunt

it

ali

DUS er mitia

ium.

Sc

fratre

s et
uus
sin
ad
ma-

et omnes in illis ducuntur ad
autem in istis misericordiis et in
sollicitate vestrae mentis
debet in misericordia vestra
estiq


ce-

Qu
ced
d et
in t



Tabula XXXIV.

De successione ascendentium.

Schemata ad §. 460.



a est auus, *b* est auia lineaee paternae; *c* auus, *d* auia lineaee maternae, *e* est pater defuncti. Hic folius succedit.




Ad regulam II.




a et *b* sunt parentes defuncti; *c* et *d* eius fratres, bilaterales. Succeditur in capita.

Ad regulam III.



a est pater, *b* mater defuncti *c* et *d* liberi fratribus prae defuncti primi; et *e* et *f*, liberi fratribus prae defuncti secundi.

Ad regulam IV.




Hereditas ita diuiditur: *a*, pater defuncti accipit unam; *b*, mater eius secundam; *c* et *d* accipiunt tertiam; *e* quartam; *f* et *g* quintam.

Ad regulam V.




Quia parentes *a* et *b* praedefuncti sunt, succedunt fratres *c* et *d* superflites in capita.

Ad regulam VI.



Quia parentes *a* et *b* praemortui sunt, succedunt *c* et *f*, fratres superflites in **capita**; *d* et *e* autem in **stires**. Ergo hereditas in **tres** portiones diuiditur.

Ad regulam VII.



Tabula XXXV.

De successione fratrum vnilaterum.

Schema I.




Schema 2.



a propecauit ex prima vxore *b* et *c*; et ex secundo filios *d* et *e*. Ergo *b* et *c*, sicut *d* et *e* inter se sunt fratres bilaterales; sed omnes erga se sunt vnilaterales, quia *b* et *c* habent aliam; *d* et *e* iterum aliam matrem; attamen quia patrem a communem habent, sunt consanguinei.


Schema 3.




a peperit ex primo marito *b* et *c*; et ex secundo *d* et *e*. Ergo *b* et *c*, sicut *d* et *e* inter se sunt bilaterales; sed erga se sunt vnilaterales, quia *b* et *c* habent alium, et *d* et *e* iterum alium habent patrem; sed quia matrem *a* communem habent, sunt vterini.

Schemata ad §. 466.


Ad regulam I.




Ad regulam IV.




Ad regulam V.




Ad regulam II.




Ad regulam III.



Ad regulam VI.




Ad regulam VII.




Schemata ad §. 466.


regulam I.




regulam II.



regulam III.




Ad regulam IV.




Ad regulam V.



Ad regulam VI.




Ad regulam VII.



Schem I.


Caius




Meuius.

Caius generauit tres filios, quorum primus iterum generauit filium *a*; secundus filiam *b*; et Tertius filium *Titium*. Ergo 1) *a* est *nepos*, et *b* est *neptis* Caii ex diuersis filiis; 2) *a* et *b* inter se sunt *consobrini*. Iam si hi consobrini *a* et *b* contraxissent matrimonium, et procreassent *Meuium*, hic *Meuius* foret *duplex* Caii pronepos, nempe 1) quoad lineam paternam, quia *a*, pater eius, est *nepos* Caii; et 2) simul quoad lineam maternam, quia *b* mater eius, est *neptis* eiusdem Caii. Nempe sic:

Linea paterna:



Linea materna:



res —
run
run
tru

adc
equ

i —
- su
seq

—
mus

Tabula XXXVI.

ad §. 419.

M o r t u u s e s t :

II. Heres SVVS — indistincte transmittitur hereditas ad defuncti heredes
II. . . EXTRANEVS:

Decessit post additionem — transmittitur eius portio

• • • ANTE eam:

Fuit DESCENDENS:

aut reliquit liberos nepotesue — repreäsentatur defunctus

aut non :

reliquit solos fratres — adcrecit eius portio

• • • liberi fratrum — succedunt ex editio successorio

• • • fratres fratrumque liberos final — illis adcrecit, hi repreäsentant
nec fratres nec fratum liberos reliquit — succedit classis sequens.

Fuit ASCENDENS:

adest alius eiusdem gradus — adcrecit huic.

non adest — succedit classis sequens

Fuit FRATER defuncti:

adfunt fratres fratrumque liberi — hi succedunt

adfunt filii nepotes fratrum — succedit classis sequens, cessante iure adcreendi.

non adfunt — succedit classis sequens.

Fuit VETERIOR collateralis:

adfunt plures eiusdem gradus — hi succedunt


non adfunt — succedit proximus gradus.




Tabula XXXVII.

De duplicitibus cognatis. ad §. 474.


Schem. I.




Caius generavit tres filios, quorum primus iterum generavit filium *a*; secundus filiam *b*; et Tertius filium *Titius*. Ergo 1) *a* est *nepos*, et *b* est *nepita* Caii ex diversis filiis; 2) *a* et *b* inter se sunt *confobrini*. Nam si hi confobrini *a* et *b* contraxisserint matrimonium, et procreaserent *Meuius*, hic *Meuius* foret *duplex* Caii pronepos, nempe 1) quoad lineam paternam, quia *a*, pater eius, est *nepos* Caii; et 2) simul quoad lineam maternam, quia *b* mater eius, est *nepita* eiusdem Caii. Nempe sic:




Schem. II.




Caius generavit *titius* duplex ascendentis est *Meuius*. *Titius* nunc duplex ascendentis est *Meuius*. *Iam* si *hi* confobrini *a* et *b* contraxisserint matrimonium, et procreaserent *Meuius*, hic *Meuius* foret *duplex* *Caii*, *pronepos*, nempe 1) quoad lineam paternam, quia *a*, pater eius, est *nepos* *Caii*; et 2) per *filium c* et *nepitam e*; sed *Caius* est *simplex* ascendentis *Meuius*, *nimirum* per *filium* *a* et *nepotem d*. Sic quidem:



Schem. III.




Caius procreauit *tres* filios, quorum primus *Titius*, sine prole decessit; alter generauit filium *a*; et tertius filiam *b* et filium *c*. Ergo *a* et *b* sunt *confobrini*. Hi matrimonium ineunt, ex quo natura est *Meuius*. *Iam* *Titius* est *Meuius* *patruus* magnus tum quoad patrem, cum quoad matrem *Meuius*; ergo ipse *Meuius* est! *Titio* duplex collateralis. Sed *Vlpius* est *simplex* *Titii* collateralis qui per *filium patrem* cum eo coniunctus est. Nempe sic:




Schem. IV.


Simplex, duplex et triplex collateralis.




Caia edidit *six* filios ex diversis matrimonio, quo-
rum *primus* procreauit filium *Titium*, qui sine prole
decessit; *secundus* procreauit filium *b* et filium *c*; *ter-
tius* filium *d*; *Quartus* filium *e*; *quintus* filium *f*; et
sextu filium *g*, qui iterum generauit filium *k*. *Iam*:
1) *c* et *d* sunt *confobrini*, qui, contra*cto* matrimonio,
procreauerunt filium *h*. 2) *e* et *f* aequae sunt *confobri-
ni*, qui, contra*cto* matrimonio generant filium *i*; 3)
i et *k* rursum sunt *confobrini*; qui procreau-
erunt filium *l*. Ex quibus patet: super*erit* *simplex* *titii* *collateralis*; 2
super*erit* *h* et *titii* *duplex* *titii* *collateralis*, et qui-
dem gradu *quinto*; et 3) super*erit* *h* et *titii* *triplex* *titii*
collateralis, et quidem gradu *sextio*. En schemata
specialia:



Schema IV.
Simplex, duplex et triplex collateralis.



Caia edidit *sex* filios ex diuersis matrimoniis, quorum *primus* procreauit filium *Titum*, qui sine prole decessit; *secundus* procreauit filium *b* et filiam *c*; *tertius* filiam *d*; *Quartus* filiam *e*; *quintus* filium *f*; et *sextus* filium *g*. qui iterum generauit filium *k*. Iam: 1) *c* et *d* sunt *consobrini*, qui, contracto matrimonio, procreauerunt filium *h*. 2) *e* et *f* aequae sunt *consobrini*, qui, contracto matrimonio generant filium *i*; 3) *i* et *k* rursus sunt *consobrini*; qui procreauerunt filium *l*. Ex quibus patet: superstitem *b* esse *simplicem* collateralem *Titii* et quidem gradu *quarto*; 2) superstitem *h* esse *duplicem* *Titii* collateralem, et quidem gradu *quinto*; et 3) superstitem *l* esse *triplicem* *Titii* collateralem, et quidem gradu *sesto*. En schemata specialia:



Tabula XL.

Obligatione est:

one fundamenti generali:

1) MERE NATURALIS:

efficax

plene

minus plene

inefficax

2) MERE CIVILIS:

civilis in specie.

Praetoria in specie

3) MIXTA. §. 492.

one fundamenti specialis:

1) IMMEDIATA

2) MEDIATA:

(α) ex contratu:

vel vere

expressa

tacita

vel quasi

(β) ex delicto:

vel vere

vel quasi. §. 493.

one obiecti:

aut dare aliquid debo — obligatio DANDI

aut facere — obligatio FACIENDI. §. 494.

one subiecti:

aut res obligata est — REALIS

aut persona propter bona — PERSONALIS

aūt persona propter qualitatem personalem — OSSIBVS INITIAERENS.

§. 495.

one specialis qualitatis:

aut per se subsistit — PRINCIPALIS

aut praesupponit aliam obligationem — ACCESSORIA

Tabula XXXVIII.

ad §. 477.

Bonorum possesso est:

I. Ratione *specialis finis*:

- 1) aut iuri **SUPPLENDI**
- 2) . . . **CONFIRMANDI**
- 3) aut **LITIS ORDINANDAE** causa data.

II. Ratione *specialis fundamenti*:

- 1) aut datur *immediate ex editio* — **EDICTALIS**, haecque:
aut ex editio *Praetoris* — **ORDINARIA**
aut ex lege ciuii — **EXTRAORDINARIA**
- 2) aut mediante *decreto* — **DECRETALIS**

III. Ratione *specialis causus*:

- 1) aut defunctus *intestatus*; deceſſit — **B. P. AB INTESTATO**
- 2) . . . *testatus* deceſſit:
aut *sufficitur* testamentum — **B. P. SECUNDVM tabb.**
aut *infirmatur* — **B. P. CONTRA tab.**

Tabula XXXIX.

ad §. 487.

P i g n u s e ft:

I. Ratione modi *constituendi*:

- Aut cum voluntate debitoris constituitur* — **VOLVNTARIVM**: hocque:
- | | |
|---|--|
| { | <i>Aut testamento</i> — TESTAMENTARIVM |
| { | <i>Aut pacto</i> — CONVENTIONALE ; hocque: |
| { | <i>Aut pacto expresso</i> — expressum :
publicum
quasi publicum
priuatum |
| { | <i>Aut pacto tacito</i> — tacitum . |
- Aut sine eius voluntate* — **NECESSARIVM**:
- aut *immediate a lege* — **LEGALE seu TACITVM**
 - aut a *Praetore* — **PRÆTORIVM**
 - aut a *iudice* — **INDICIALE**

II. Ratione *obieſti*, Aut oppignoratur:

- Res ipsa* — **VERVM**
- Signum rei* — **SYMBOLICAM**
- Res singularis* — **SPECIALE**
- Vniuersitas* — **GENERALIE**

Tabula XL.

Obligatio e ft:

I. Ratione fundamenti *generalis*:

- 1) **MERE NATVRALIS**:
efficax
plene
minus plene
inefficax
- 2) **MERE CIVILIS**:
civilis in specie.
Praetoria in specie
- 3) **MIXTA**. §. 492.

II. Ratione fundamenti *specialis*:

- 1) **IMMEDIATA**

- 2) **MEDIATA**:

- | | |
|---------------------------|---|
| (a) <i>ex contractu</i> : | <i>vel vere</i>
<i>expresa</i>
<i>tacita</i> |
| { | <i>vel quaq<small>ue</small></i> |
| (b) <i>ex delicto</i> : | <i>vel vere</i>
<i>vel quaq<small>ue</small></i> . §. 493. |

III. Ratione *obieſti*:

- aut *dare aliquid debo* — **obligatio DANDI**
- aut *facere* — **obligatio FACIENDI**. §. 494.

IV. Ratione *subiecti*:

- aut *res obligata est* — **REALIS**
- aut *persona propter bona* — **PERSONALIS**
- aut *persona propter qualitatem personalem* — **OBSTIBVS INHAERENS**

§. 495.

V. Ratione *specialis qualitatibus*:

- aut *per se subſiftit* — **PRINCIPALIS**
- aut *praeſupponit aliam obligationem* — **ACCESSORIA**
- aut *debet ipsa impleri* — **ANSOLVTA**
- aut *poteſt et alia praeſtari* — **ALTERNATIVA**. §. 469.

VI. Ratione *durationis*:

- aut *reſtricta eft ad certum tempus* — **TEMPORALIS seu IN DIEM CONCEPTA**
- aut *non* — **PERPETVA**.



Tabula XLII.

Conuentio est: ad §. 509. sqq.

I. Vel CONTRACTVS; qui est:

A) Ratione causa obligandi:

1) CONSENSUALIS:

- a) emtio venditio
- b) locatio conductio
- c) emphyteusis
- d) mandatum
- e) societas

2) REALIS:

- a) mutuum
- b) depositum
- c) commodatum
- d) pignus,

3) VERBALIS seu STIPULATIO

4) LITERALIS seu CHIROGRAPHARIVS. §. 511.

B) Ratione specialis actionis:

1) NOMINATVS

2) INNOMINATVS; qui est:

α) regularis:

- do vt des
- do vt facias
- facio vt facias
- facio vt des

β) irregularis. §. 512.

C) Ratione interpretationis:

1) STRICTI IURIS

2) BONAE FIDEI. §. 513.

D) Ratione specialis effectus:

1) VNILLATERALIS

2) BILATERALIS. §. 514.

II. Vel PACTVM; quod est:

A) vel NVDVM

B) vel NON NVDVM; hocque:

1) legitimum

2) praetorium

3) adiectum:

α) contractui stricti iuris

β) . . . bonae fidei:

in continentia

ex interallo

detrahens

adiciens. §. 515.

Tabula XLIII.

Actiones sunt:

I. Ratione fundamenti generalis:

A) CIVILES:

- 1) ciuiles in specie
- 2) condicione ex lege

B) PRAETORIAE

C) A PRUDENTIIS INTRODUCTAE:

- 1) viles
- 2) in factum. §. 675.

II. Ratione fundamenti specialis:

A) PRAEVIDICIALES:

- 1) affirmativa

- 2) negativa

B) REALES seu VINDICATIONES, §. 676.

C) PERSONELES seu CONDUCTIOES:

- 1) personales in specie
- 2) actiones in rem scriptae §. 677.
- 3) immediatae
- 4) mediatae §. 678.
- 5) bonae fidei
- 6) stricti iuris §. 679.
- 7) arbitriae §. 680.

D) MIXTAE. §. 683.

III. Ratione specialis finis:

A) PETITOR AE et

POSSESSORIAE

B) REI PERSECUTORIAE

POENAE PER ECUTORIAE

MIXTAE. §. 684.

IV. Ratione obiecti:

A) UNIVERSALES

B) SPECIALES. §. 685.

V. Ratione praescriptionis:

1) PERPETVAE

2) TEMPORALES §. 713.

VI. Ratione transitus:

1) TRANSITORIAE

2) NON TRANSITORIAE. §. 718.

VII. Ratione specialis effectus:

1) in simpulum

2) in duplum

3) in triplum

4) in quadruplum §. 687.

5) in solidum

6) in minus quam solidum, §. 688.



I. 美術の初步

Boston Public Library

species ex lege

INTRODVCTAE:

- 1) vtiles
2) in factum. §. 675.

5:

tiuae

ae 866

ICATIONES, p. 870.

CONDITIONES.
ales in specie

s in rem scriptae §. 677.

Latae

ae §. 678. RIDGE 1.

fidei

uris §. 679.

triae §. 680.


OBIAE

卷之六

LES Y. 713.

IAE **MASTERWORKS** **April 1973**

VISITORIAE. §. 7¹⁸.



143 037

1018

ULB Halle
006 214 363

3



